ORNITHOLOGIA

SIVE

SYNOPSIS METHODICA

Siſtens Avium Diviſionem in Ordines, Sectiones, Genera, Species, ipſarumque Varietates.

Cum brevi & accurata cujusque Speciei Deſcriptione, Citationibus Auctorum de iis tractantium, Nominibus eis ab ipſis impoſitis, Nominibusque vulgaribus.

A. D. BRISSON,

Regiæ Scientiarum Academiæ Socio.

TOMUS I.



LUGDUNI BATAVORUM,

Apud THEODORUM HAAK.

MDCCLXIII.



BIBLIOPOLA
LECTORI.

En tibi Cl. Brissonii Ornithologiam contractam, quam anno proxime elapso, ubi ex prelo nostro prodibat ejusdem Auctoris *Regnum Animale in Classes* IX. *distributum*, promisimus. Quid in hac concinnanda fuerit præstitum paucis dicemus.

Opus istud ante duos annos, sex Voluminibus in quarto constans, gallice simul & latine conscriptum, Parisiis in lucem prodiit. Textus gallicus, ut pote in nostra regione minus necessarius, in hac Editione fuit omissus; latinus vero ita fuit concisus, ut nihil fuerit prætermissum ex eis quæ requiruntur ad diversas Aves, non tantum ad suos ordines & genera, sed etiam ad species referendas. Illarum etenim differentias specificas paucis complexus est Auctor in brevi colorum expositione, quam post nomen singularum Avium traditum apposuit; quamque fuse & late in subsequenti descriptione illustravit & amplificavit. Ex hac in illam translata sunt quæ addi debebant ne quid momentosi circa colores

desideraretur, minutiis omissis, necessariis quidem ad plenariam animalis cognitionem, sed quibus tamen carere amant plerique Lectores. Cætera ad Avium figuram, magnitudinem, locum natalem, pertinentia, hic integra, sed brevius expressa, comparent: unica dimensio, illa scilicet quæ a rostro ad extremos pedes porrigitur, fuit prætermissa, quoniam ad hanc attendunt pauci.

In citationibus Auctorum nomina tantum fuere servata, remotis ipsorum operum titulis, in Catalogo hic adnexo reperiundis: solæ præterea ipsorum icones fuere laudatæ quas Cl. Brissonius accuratas judicavit, exceptis illis quas debemus *Catesbeio*, *Edwardo*, *Frischio*, atque *Sebæ;* cum hi plerumque eximie delineari curaverint quas descripserunt Aves, operæ prætium visum fuit monere de paucis ipsorum erroribus. Circa *Frischii* tabulas observandum centum & sexaginta tres Auctori nostro tantum fuisse notas; cum vero jam ducentæ & viginti tres ad nos pervenerint, recenter excusarum hic mentio fuit injecta. Inter omnes autem Avium icones quæ unquam æri fuere incisæ, eminent illæ quibus Editionem Parisinam ornavit Auctor; ducentis etenim una & sexginta tabulis elegantissime plus quam quingentas & sexaginta Aves expressit, quarum ad minimum quadringentæ nequidem hactenus fuere memoratæ, nedum ab aliis delineatæ: has indicavimus signo isthoc †, ipsarum nomini præfixo.

Inter descriptiones ab aliis Ornithologis confectas, vix ullas omisimus, præter illas quas

Cl.

Cl. *Linnæo* debemus, quasque quantumvis elegantes removere licuit, quoniam ipſius opera in omnium manibus verſantur: ſat habuimus indicare nomina quibus ſpecies deſignavit, & in his præcipue ſequuti ſumus hujus *Syſtematis Naturæ* Editionem decimam.

Nomina, quibus apud varias Nationes veniunt Aves, miſſa fecimus, ſervatis ſolis denominationibus Gallicis, Anglicis, Germanis, atque Belgicis, noſtratibus maxime neceſſariis; & ex ſingulis unica tantum hic comparet.


Tandem & locupletiſſimis Indicibus, qui in unoquoque Volumine Editionis Pariſinæ fuere additi, noſtram carere poſſe cenſuimus, utpote in minoris molis libro minus utilibus.

In Supplemento plures memoravit Auctor Aves recentius ad ipſum allatas: has retulimus ad genera ad quæ pertinent. Præterea nonnullas, quas illi videre non licuit, inſeruimus ſpeciebus ſuis: hæ ſunt 18ª Generis VII. 7ª Generis LI. 16ª Generis LXIX; illas in Muſeo noſtræ Academiæ cernere eſt, non ſecus ac *Hydrocoracem Indicum*, cujus deſcriptionem addidimus ad Numerum 4, Generis LXI. Subjunximus & haſce Anatum varietates ex *Friſchio* deſumtas; Generis ſcilicet CVII. Spec. 1. A & B: Spec. 4. D. Spec. 19. B. Spec. 31. B & C. Nec noſtra ſuis immiſcuiſſe ægre tulit eruditus & candidus BRISSONIUS; nam licet plus quam mille & quingentas Aves deſcripſerit, omnes ſibi fuiſſe notas nequaquam arbitratus, nobis ſignificavit ſe lubenter viſurum harum numerum ab aliis auctum; quod ſine moleſtia præſtari

poterit, cum ope eximiæ methodi quam ſagaciſſime excogitavit, jam omnis exulet ex Ornithologia confuſio, facillimumque ſit Aves novas ad ſuos ordines & genera referre.

Spem nobis fecit Vir ille clariſſimus ſe perrecturum in cæteris claſſibus Regni Animalis methodice exponendis & illuſtrandis; pergemus & nos de illis, qui Hiſtoriæ Naturali operam navant, bene mereri, ſub eadem hacce forma edendo quæ ab ipſo proficiſcentur. Interim fruere L. B. hac Editione, qua de præſtantia Editionis Pariſinæ, ab omnibus Ornithophilis ſedulo evolvendæ, parum fuit imminutum.





PRÆFATIO.



Anno 1756. *cum in lucem edidi* Regnum Animale in Classes IX. distributum, & duarum primarum Classium particularem divisionem, *cæteras Classes me successive cum vulgo communicaturum promisi. Jam ante aliquod tempus promissi partem explere licuisset, hanc tertiam Classem prelo subjiciendo, nisi illi, qui ex omnibus fere orbis regionibus Museo Realmuriano ditando studebant, nova continuo suppeditassent quibus Ornithologia erat augenda. Imo & recentissime, ex Indiis Orientalibus ad Cl.* Realmurium *attulit D.* Poivre *Avium collectionem, eo prætiosiorem, quod fere tota constaret speciebus, hactenus ignotis. Hac accepta, scriptis jam plurima addere, imo & fere totum retractare opus debui, ut singulas novas Aves ad suum genuinum locum referrem, vitaturus supplementa, Lectoribus semper molesta.*

Tot species, a prius cognitis diversæ, & quæ idcirco ad genera, antea stabilita, referri non poterant, demonstrant novæ Methodi Ornithologicæ concinnandæ necessitatem; cum nulli antea licuerit oculis cernere varia objecta circa quæ versatur.

Bellonius *primus omnium hanc Historiæ Naturalis partem ordine quodam exponere fuit aggressus, ad eadem genera illas referendo Aves, quæ analogiæ alicujus vinculo inter se junctæ videbantur. Ipsius opus, eximium sane eo tempore quo in lucem prodiit, nunc propter auctum nostrarum cognitionum numerum, nimis est incompletum. Equidem Auctor ille satis est accuratus; sed plerumque speciem indicat non vero describit, etiam ubi agitur de Avibus quarum plura millia se vidisse affirmat. Icones ipsius pleræque, si non omnes, pessimis sunt annumerandæ. Grates tamen ipsi debemus, quoniam primus calcavit viam quam alii facilius sequerentur.*

Gesnerus *qui proxime post ipsum scripsit, de Avibus copiosius paulo egit. Sed pauca ex propriis observationibus, plura ex aliorum libris desumsit. Non tamen ideo plagii reus est censendus: ubivis enim Auctores laudat, qui ipsi suppeditarunt quæ in medium profert. In sua Ornithologia nullum ordinem præter alphabeticum, qui proprie ordo dici non debet, est sequutus. Ipsius Icones omnes fere sunt imperfectæ admodum.*

Aldrovandus, *qui brevi postea floruit, non sat habuit suis inserere scriptis ab aliis de Avibus dicta: plures ipsemet species novas accurate satis descripsit; verum non contentus suis observationibus, eis addidit quæcunque ab aliis audiverat, ad suum objectum pertinentia, parum curans utrum vera an falsa forent. Nihil omisit, nequidem ipsamet vulgi deliramenta.*

Ipsius

Ipſius Avium Icones Geſnerianis non præſtant.

Eodem tempore Schwenckfeldius *Hiſtoriam Animalium Sileſiæ, ordine alphabetico diſpoſitam, & Iconibus deſtitutam, conſcripſit. Hanc in libros diviſit, quorum quartus circa Aves verſatur. Accuratus ſatis eſt in illis quæ deſcribit, ſed brevitati ſtudens plura prætermiſit ex illis quæ requirebantur ut poſſent dignoſci Aves.*

Jonſtonus *recentioribus temporibus in ſua Animalium Hiſtoria ſatis exacte quæ ab aliis fuerunt de Avibus dicta, vel in totum vel pro parte retulit, Iconesque ipſorum ita contraxit, ut vix in ipſius opere dignoſci queant.*

Tandem exortus eſt Rajus, *qui, me judice, omnium primus veram Synopſim Methodicam Avium confecit. Is fuit* Willugbeyani *Operis Editor, atque Aves novo ordine diſpoſuit, ac notas characteriſticas, quarum ope dignoſci poſſent, probe expoſuit: quas oculis cernere ipſi licuit, accuratiſſime deſcripſit, ſed Icones ſuas ex minus accuratis auctoribus, fere omnes fuit mutuatus.*

Tanto præeunte duce, ſpes erat rem ornithologicam ab inſequentibus promotum iri; ſed gradum remeare poſſe demonſtravit Cl. Barrere, *qui anno* 1745. *ſuum de Avibus tractatum in lucem edidit. Hoc pejorem vix poſſe confici exiſtimo. Ipſius obſervationes plerumque ſunt falſæ, atque Avium diſpoſitiones ridiculæ. Juxta ipſius methodum* Otis *collocatur inter* Hirundinem & Emberizam; Emberiza *inter* Otidem *ac* Onocrotalum; Manucodiatæ *latera claudunt*

Caſua-

Casuarius & Struthio, &c. *Diceres ipsum Aves suas in Armario disponere, atque angustia loci coactum, interstitia quæ majores vacua relinquunt minoribus replere.*

Aliquot annis antea Cl. Linnæus *suum* Systema Naturæ *cum orbe erudito communicaverat. Ipsius notæ characteristicæ nedum inservire valeant ad complectendas Aves tunc nondum cognitas, nequidem sufficiunt ad illas dignoscendas quæ ad sua genera retulit, cum plures his notis careant.*

Suum opus tamen insigniter auxit atque mutavit in decima Editione quæ ex prelo nuper prodiit. Me sequutus, v. g. Cetacea ad Quadrupeda Animalia admovit, sed simul illa in eadem classe reposuit; quod probabunt pauci. Singularissimam & in hac aliam fecit mutationem; in Editionibus quæ præcesserant, ad Hominis *genus duo tantum Animalia retulerat,* Simiam *scilicet atque* Bradypum, *nunc & tertium addidit,* Vespertilionem *nempe, & genus illud* Primatum *dixit. Norunt omnes quo fundamento affirmare liceat in Regno Animali primas tenere* Vespertilionem *una cum Homine.*

Omnium recentissima Methodus Ornithologica illa est quam anno 1752. *edidit Cl.* Moehring; *in eis quæ ipsemet observavit satis est accuratus; sed non fidendum characteribus quos ex aliorum descriptionibus desumsit; cum etenim hæ imperfectæ fuerint, exinde perperam confecit plura genera ex diversis speciebus ad unum pertinentibus, atque sub eodem comple-*

-xus

xus eſt ſpecies a ſe invicem removendas.

Deſcriptionibus carent tria hæc modo memorata Opera. Cl. Linnæus *Animalia tamen in* Suecia *obvia deſcripſit in ſua* Fauna Suecica.

Anno 1750. *Cl.* Klein, *in familias Aves diſtribuerat. Ex ſimplicitate characterum ab eo ſtabilitorum maxima oritur confuſio. Omnia in ejus* Avium Hiſtoria *promiſcue reperiuntur.* Aquila, Polytmus, Gallus domeſticus, *&* Grus, *ſecundum hunc Auctorem ad eandem, quod nemo fuiſſet ſuſpicatus, pertinent familiam; idque quoniam quatuor digitis pedes inſtructos habent, uno poſtico, tribus anticis. Juxta illud Syſtema debuiſſet & ad hancce familiam referre* Iſpidam, *quam inter* Pſittacos *collocavit. In cæteris magis accuratus non eſt; aliquando eamdem ſpeciem in duobus generibus omnino diverſis memorat, quia ſub diverſis nominibus illam deſcriptam ab aliis invenit; dum & aliquando ex duabus ſpeciebus, quæ nihil commune habent, unicam conficit.*

Præter celebres hoſce Ornithologos, plures Auctores de ſingularibus quibusdam Avibus ſcripſerunt. Nierembergius *atque* Hernandez, *Avium* Mexicanarum *meminerunt, ſed cum illas imperfecte deſcripſerint, atque ex loco natali nominibus deſumtis deſignaverint, difficillimum eſt ipſarum genus determinare.* Marcgravius *ſatis accurate* Braſilianas *deſcripſit, ſed ipſius Icones nequaquam cum deſcriptionibus conveniunt.*

Rzaczynski *Avium* Poloniæ, *Magni Ducatus* Lithuaniæ *ac Regionum circumjacentium de-*

descriptiones, ordine alphabetico dispositas, & plerumque ab aliis desumtas, tradidit.

Sloane *accuratus fuit in describendis Avibus* Jamaïcæ, *parum vero accuratus in illis Iconibus exprimendis.* Comes Marsili *brevissimus fuit in describendis Avibus Danubii, quarum Icones plerumque imperfectissimas suo operi inseruit.* Catesby *Aves* Carolinæ, Virginiæ, Floridæ, & Insularum Bahamensium, *accurate, licet aliquando breviter nimis, descripsit, ac elegantibus Iconibus, satis bene coloratis, ipsas depinxit. Tandem & Cl.* Frisch *adbucdum est occupatus in æri incidendis Avium Europæarum Iconibus, ipsisque coloribus, naturam vere referentibus, ornandis; si tamen quid in ipsis reprebendere liceat, mibi videntur Aves sæpius majores quam sunt exbibere.* Olina *quadraginta circiter Aves exacte satis delineavit.* Albertus Seba, *in eleganti suo Opere, plures Aves ex diversis regionibus allatas memoravit, illasque satis imperfecte descripsit ac delineavit.*

Duo & alii Auctores Avium tabulas coloratas ediderunt, Eleazar Albin, *scilicet, qui* Willugbeyanas *descriptiones, sæpe satis inepte, suas fecit, atque suis Iconibus adeo perperam colores apposuit, ut dignosci nequeant Aves. Postea* Georgius Edwards, *cujus descriptiones sunt accuratissimæ, atque Icones exacte coloribus ornatæ; aliquando tamen nimio splendore fulgent, & ipsam naturam pulcbritudine superant.*

Non finem facerem si recensere vellem singulos

los Auctores, Itineratores aliosve, qui quasdam descripserunt Aves. Illos memoravi in locis ubi memorandos credidi: de prætio descriptionum quas ipsis debemus judicium ferre licebit, eas conferendo cum illis quæ a me sunt profectae, præsertim ubi agitur de Avibus quas ipsemet vidi.

His paucis prælibatis de Ornithologiæ progressibus, ad methodum quam in hoc opere sum sequutus me converto. Illud divisi in viginti sex ordines, qui complectuntur centum & quindecim genera; sub his plusquam mille & quingentæ species aut Avium varietates comprehenduntur. Ex harum pedibus ac rostris notas characteristicas desumsi. Numerus, situs, separatio vel conjunctio digitorum, membranæ quibus inter se cohærent, vel harumce membranarum defectus, sunt characteres quibus sum usus in conficiendis majoribus & primariis divisionibus: secundarias divisiones ex forma rostri deduxi: ex aliis partibus genera determinavi: & tandem coloribus species distinxi.

Omnes meæ Avium descriptiones eodem modo sunt concinnatæ. Differentias specificas exhibeo seorsim, initium faciendo ex coloribus capitis, & pergendo ad caudam extremam usque; postea eodem ordine insequuntur dimensiones. Hinc ubivis obtinet una eademque scribendi ratio, quæ summopere tædiosa ac molesta est, in continua oratione; verum, nequaquam offendit in Libro varias tantum continente descriptiones, quarum unaquæque efficit opus quasi singulare, ac cum aliis non cohærens. Imo &

in hoc est utilis quod efficiat ut facilius una species cum alia conferri possit, atque uno oculorum obtutu ipsarum differentia videri queat.

Aves omnes quas cernere mihi licuit, diligenter & accurate descripsi. Quoad alias, numero pauciores, ipsarum descriptiones ab aliis sum mutuatus, & ad mearum formam tantum redegi. Ut autem a se invicem distingui possint, duplici hoc signo ** *eas designavi species quarum individua ipsemet examinavi, si vero horum partem unam aut alteram tantummodo viderim, unica hac nota* * *descriptiones insignivi. Quæ his signis carent, auctoritate nituntur aliorum, & inter auctores, qui mihi eas suppeditarunt, illos antepofui qui viderunt Avem quam describunt, eosque semper sedulo in citationibus laudavi.*

Cum ex dictis pateat me nihil neglexisse ut quantum fieri posset completa in lucem prodiret Ornithologia isthæc, hanc arrisuram omnibus illis qui studio Historiæ naturalis delectantur confido.





CATALOGUS AUCTORUM.

Acta Upsal. . . . . Acta Societatis Regiæ Scientiarum Upsaliensis. Stockholmiæ. in quarto.

Alb. . . . . Histoire Naturelle des Oiseaux ornée de 306 Estampes, qui les représentent parfaitement au naturel, dessinées & gravées par Eléazar Albin, & augmentée de notes & de remarques curieuses, par W. Derham, &c. traduite de l'Anglois. à la Haye 1750. in quarto 3 vol.

Aldrov. . . . . Ulyssis Aldrovandi, Philosophi ac Medici Bononiensis, Historiam naturalem in Gymnasio Bononiensi profitentis, Ornithologiæ, hoc est, de Avibus historiæ Libri XII. Bononiæ 1646. in folio.

Aldrov. . . . . Ulyssis Aldrovandi, Philosophi & Medici Bononiensis, Ornithologiæ Tomus alter. Bononiæ 1645. in folio.

Aldrov. . . . . Ulyssis Aldrovandi, Philosophi & Medici Bononiensis, Ornithologiæ Tomus tertius ac postremus. Bononiæ 1637. in folio.

Anders. . . . . Histoire naturelle de l'Islande, du Groenland, du Détroit de Davis & d'autres Pays situés sur le Nord; traduite de l'Allemand, par M. Anderson, &c. à Paris 1750. in 12. 2 vol.

Barr. . . . . Essai sur l'Histoire naturelle de la France Equinoxiale, ou dénombrement des Plantes, des Animaux, &c. Par Pierre Barrere, Correspondant de l'Académie des Sciences de Paris, &c. à Paris 1741. in 12.

Barr. . . . . Ornithologiæ Specimen novum, sive Series Avium in Ruscinone, Pyrenæis montibus, atque in Gallia æquinoctiali observatarum, in Classes, Genera & Species nova methodo digesta. Auctore Petro Barrere, Societatis Regiæ Scientiarum Monspeliensis Socio, &c. Perpiniani 1745. in quarto parvo.

Bel. . . . . l'Histoire de la nature des Oiseaux, avec leurs descriptions, & naïfs portraicts retirez du naturel: écrite en sept livres, par Pierre Belon du Mans. à Paris 1555. in folio.

Bel. . . . . Portraits d'Oiseaux, Animaux, Serpens, Herbes, Arbres, Hommes, & Femmes d'Arabie & Egypte, observez par Pierre Belon du Mans, &c. à Paris 1557. in quarto.

Bell. . . . . Petri Bellonii Cenomani plurimarum singularium & me-

memorabilium rerum in Græcia, &c. Obſervationes tribus libris expreſſæ, &c. Raphelengii 1605. in folio.

Bont. . . . . Jacobi Bontii, Medici Civitatis Bataviæ Novæ in Java ordinarii, Hiſtoriæ naturalis & Medicæ Indiæ Orientalis libri ſex, &c. a Gulielmo Piſone in ordinem redacti & illustrati, &c. Amſtelædami 1658. in folio.

Borl. . . . . The Natural Hiſtory of Cronwall. The Air, Climate, Waters, Rivers, Lakes, Sea and Tides; &c. By William Borlaſe, A. M. F. R. S. Oxford 1758. in folio.

Browne. . . . . The Civil and Natural Hiſtory of Jamaïca in three Parts, &c. By Patrick Browne, M. D. London 1756. in folio.

Brückm. . . . . Franciſci Erneſti Brückmanni Phil. & Med. Doct. Acad. Cæſar. Leopoldinæ-Carolinæ Nat. cur. &c. Centuria ſecunda epiſtolarum, &c. Wolffenbüttelæ 1749. in quarto.

Catesb. . . . . Hiſtoire Naturelle de la Caroline, la Floride & les iſles Bahama: contenant les deſſeins des Oiſeaux, Animaux, Poiſſons, Serpents, Inſectes & Plantes, &c. par Marc Catesby, de la Société Royale. London 1731. in folio 2 vol.

Charlet. . . . . Gualteri Charletoni exercitationes, de differentiis & nominibus Animalium, &c. Oxoniæ 1677. in folio.

Charlet. . . . . Gualteri Charletoni M. D. Caroli II, Magnæ Britanniæ Regis, Medici ordinarii, & Collegii Medicorum Londinenſium Socii, Onomazticon ΖΩΙΚΟΝ, &c. Londini 1671. in quarto.

Cluſ. . . . . Caroli Cluſii Atrebatis, Aulæ Cæſareæ quondam familiaris, exoticorum libri decem, &c. Raphelengii 1605. in folio.

Comdam. . . . . Relation abrégée d'un voyage fait dans l'intérieur de l'Amérique Méridionale, depuis la côte de la Mer du Sud jusqu'aux côtes du Bréſil & de la Guiane en deſcendant la Rivière des Amazones, &c. par M. de la Comdamine, &c. à Paris 1745. in octavo.

Dan. Titius. . . . . Parus minimus, Polonorum Remiz, Bononienſium Pendulinus deſcriptus, &c. a Jo. Daniele Titio. Lipſiæ 1755. in quarto.

Des March. . . . . Voyage du Chevalier des Marchais en Guinée, iſles voiſines & à Cayenne, fait en 1725, 1726 & 1727, &c. par le R. Pere Labat, &c. à Paris 1730. in 12. 4 vol.

Du Tertre. . . . . Hiſtoire générale des Antilles, habitées par les François, diviſée en deux tomes, & enrichie de cartes & de figures, &c. par le R. P. du Tertre de l'ordre des Freres Preſcheurs, &c. à Paris 1667. in quarto 2 vol.

Edwards. . . . . Hiſtoire naturelle de divers Oiſeaux, qui n'avoient point encore été figurés ni décrits, &c. Par George Edwards. Traduit de l'Anglois par M. D. de la S. R. à Londres 1745. in quarto 2 vol.

Edwards.

Edwards. . . . . Glanures d'Hiſtoire Naturelle, conſiſtant en figures de Quadrupedes, d'Oiſeaux, d'Inſectes, de Plantes, &c. Par George Edwards, membre de la Société Royale, & de celle des Antiquaires de Londres, & traduit de l'Anglois par J. du Pleſſis, Miniſtre de S. E. à Londres 1758. in quarto.

Euſ. Nieremb. . . . . Joannis Euſebii Nierembergii Madritenſis, ex Societate Jeſu, in Academia Regia Madritenſi Phyſiologiæ Profeſſoris, Hiſtoria naturæ maxime peregrinæ Libris XVI. diſtincta. Antuerpiæ 1635. in folio.

Fern. . . . . Hiſtoriæ Animalium & Mineralium Novæ Hiſpaniæ Liber unicus, in ſex tractatus diviſus, Franciſco Fernandez Philippi ſecundi primario medico Authore. in folio.

Feuillée. . . . . Journal des Obſervations Phyſiques, Mathematiques & Botaniques faites par ordre du Roi ſur les côtes Orientales de l'Amérique Méridionale, & aux Indes Occidentales, &c. par le R. P. Louïs Feuillée, Religieux Minime, &c. à Paris 1714 & 1725. in quarto.

Frezier. . . . . Relation du voyage de la Mer du Sud aux côtes du Chili & du Pérou, &c. par M. Frezier, Ingénieur ordinaire du Roi, &c. à Paris 1716. in quarto.

Friſch. . . . . Johann Leonhard Friſch, Vorſtellung der Voegel in Seutſchland, und benlaeuffig auch einiger fremden mit ihren nateurlichen farben, Aus ſeinem deſzwegen von vielen Jahren her geſammleten Vogel cabinet, Zur ber beſſerung der biſher davon herausgekommenen Abbildungen; &c. Berlin 1734. in folio.

Gaz. Rup. Beſl. . . . . Gazophilacium rerum naturalium e regno vegetabili, animali & minerali depromptarum, &c. Opera Michaëlis Ruperti Beſleri. Lipſiæ & Francofurti 1716. in folio.

Geſn. . . . . Conradi Geſneri Tigurini, Medicinæ & Philoſophiæ profeſſoris in ſchola Tigurina, Hiſtoriæ Animalium liber III, qui eſt de Avium natura. Francofurti 1585. in folio.

Geſn. . . . . Icones Avium omnium, quæ in Hiſtoria Conradi Geſneri deſcribuntur, &c. Editio ſecunda. Tiguri 1560. in folio.

Hernand. . . . . Nova Plantarum, Animalium, & Mineralium Mexicanorum Hiſtoria, à Franciſco Hernandez, Medico in Indiis præſtantiſſimo, primum compilata, dein à Nardo Antonio Recchio in volumen digeſta, &c. Romæ 1651. in folio.

Hiſt. de l'Acad. . . . . Hiſtoire de l'Académie Royale des Sciences, à Paris in quarto.

Joan. de Laët. . . . . Novus Orbis, ſeu deſcriptionis Indiæ Occidentalis Libri 18. Authore Joanne de Laët Antuerp. &c. Lugduni Batavorum 1633. in folio.

Jonst. . . . . Historiæ naturalis de Avibus Libri VI. cum æneis figuris. Johannes Jonstonus Medicinæ doctor, concinnavit. Amstelodami 1657. in folio.

Klein. . . . . Jacobi Theodori Klein Secr. Civ. Ged. Soc. Reg. Lond. & Acad. Scient. Bonon. Sodalis Historiæ Avium Prodromus cum præfatione de ordine Animalium in genere, &c. Lubecæ 1750. in quarto.

Kolbe. . . . . Description du Cap de Bonne Espérance, où l'on trouve tout ce qui concerne l'Histoire Naturelle du Pays, &c. tirée des Mémoires de M. Pierre Kolbe, Maitre ès-Arts, &c. à Amsterdam 1741. in 12. 3 vol.

Kramer. . . . . Guilielmi Henrici Kramer Saxonis Dresdensis Philosophiæ & Medicinæ Doctoris Elenchus Vegetabilium & Animalium, per Austriam inferiorem observatorum, &c. Viennæ, Pragæ & Tergesti 1756. in octavo.

Linn. . . . . Caroli Linnæi Medic. & Botan. Prof. Upsal. Horti Academici Præfect. Acad. Imperial. Monspelienf. Stockholm. Upsal. Soc. hujusque Secretar. Fauna Suecica, sistens Animalia Sueciæ Regni, &c. Stockholmiæ 1746. in octavo.

Linn. . . . . Caroli Linnæi Sac. Reg. Maj. Suec. Archiat. Med. & Bot. Prof. Upsalienf. Acad. Imper. Monsp. Berol. Upf. Stockh. Soc. Amœnitates Academicæ, seu dissertationes variæ Physicæ, Medicæ, Botanicæ, antehac seorsim editæ, nunc collectæ & auctæ, cum Tabulis æneis; Accedit, &c. Lugduni Batavorum 1749. in octavo 2 vol.

Linn. . . . . Caroli Linnæi Archiatr. Reg. Med. & Bot. Profess. Upsal. Systema Naturæ sistens Regna tria naturæ, in Classes & Ordines, genera & species redacta, Tabulisque æneis illustrata. Editio sexta; & decima. Stockholmiæ. in octavo.

Marcgr. . . . . Georgii Marcgravii de Liebstad, Misnici Germani, Historiæ rerum naturalium Libri octo. in folio.

Marsil. . . . . Danubius Pannonico-mysicus, Observationibus Geographicis, Astronomicis, Hydrographicis, Historicis, Physicis perlustratus, & in sex Tomos digestus ab Aloysio Ferd. Com. Marsili Socio Regiarum societatum Parisiensis, Londinensis, Monspeliensis. Tomus quintus, de Avibus circa aquas Danubii vagantibus, & de ipsarum nidis. Hagæ Comitum; Amstelodami 1726. in folio.

Moehr. . . . . Avium Genera Auctore Paulo Henrico Gerardo Moehringio, Med. D. Sereniss. Princip. Anhaltino-Servestani Consil. & Archiatro, dynastiæ ac Civit. Jeveranæ Physico provinc. Acad. Imper. Nat. Curios. Sodale. Bremæ 1752. in octavo.

Mus. Besl. . . . . Rariora Musei Besleriani, quæ olim Basilius & Michaël Rupertus Beslerus collegerunt, &c. illustrata a Joanne Henrico Lochuero, &c. 1716. in folio.

Muſ. Worm. . . . . Muſeum Wormianum, ſeu Hiſtoria rerum rariorum, tam naturalium, &c. Adornata ab Olao Worm, Med. Doct. &c. Amſtelodami 1655. in folio.

Nouv. Voy. de l'Amér. . . . . Nouveau Voyage aux Iſles de l'Amérique contenant l'hiſtoire naturelle de ces Pays, l'Origine, les Mœurs, la Religion & le Gouvernement des Habitans anciens & modernes, &c. à Paris 1722. in 12. 6 vol.

Olina. . . . . Uccelliera o vero diſcorſo della natura, e proprieta di diverſi Uccelli, e in particolare di que'che cantano. Con il modo di prendergli, &c. Opera di Gio Pietro Olina, &c. in Roma 1684. in folio.

Petiv. . . . . Gazophilacii naturæ, & artis Decades a Jacobo Petiver Pharmacop. Londin. & Regiæ Societatis ſocio. in folio.

Philoſ. Tranſ. Philoſophical Transactions, giving ſome account of The preſent Undertakings, Studies and Labours, of the Ingenious, &c. vol. L. London 1758. in quarto.

Piſon. . . . . Gulielmi Piſonis, Medici Amſtelodamenſis, Hiſtoriæ Naturalis & Medicæ Indiæ Occidentalis Libri quinque. Amſtelædami 1658. in folio.

Proſp. Alp. . . . . Proſperi Alpini Maroſticenſis, Philoſophi, Medici, &c. Hiſtoria Ægypti naturalis, &c. Lugduni Batavorum 1735. in quarto 2 vol.

Raj. . . . . Joannis Raji Synopſis methodica Avium. Londini 1713. in octavo.

Rzac. . . . . Auctuarium Hiſtoriæ naturalis curioſæ Regni Poloniæ, magni ducatus Lithuaniæ, annexarumque Provinciarum, per P. Gabrielem Rzaczynski Soc. Jeſu concinnarum, &c. Gedani 1745. in quarto.

Rzac. . . . . Hiſtoria Naturalis curioſa Regni Poloniæ, magni Ducatus Lithuaniæ, annexarumque Provinciarum, in tractatus XX diviſa, &c. Opera P. Gabrielis Rzaczyński Soc. Jeſu. Sandomiriæ 1721. in quarto.

Schwenck. . . . . Therio-tropheum Sileſiæ, in quo Animalium, hoc eſt, Quadrupedum, Reptilium, Avium, Piſcium, Inſectorum natura, vis & uſus ſex libris preſtringuntur: concinnatum & elaboratum a Caſp. Schwenckfeld Medico Hirſchberg, omnibus Philoſophiæ, Medicinæ & Sanitatis ſtudioſis profuturum. Lignicii 1603. in quarto.

Seb. . . . . Locupletiſſimi rerum Naturalium Theſauri accurata deſcriptio, & iconibus artificioſiſſimis expreſſio, &c. ex toto terrarum orbe collegit, digeſſit, deſcripſit, & depingendum curavit Albertus Seba, &c. Amſtelaedami 1734. in folio. 2 vol.

Sibbald. . . . . Scotia illuſtrata, ſive Prodromus Hiſtoriæ naturalis, &c. authore Roberto Sibbaldo M. D. Equite aurato, &c. Edinburgi. 1684. in folio.

Sloane. . . . . A voyage to the Iſlands, Madera, Barbadoes, Nieves, S. Chriſtophers, and Jamaïca: with the Natural Hiſtory, &c. by Sir Hans Sloane, &c. London 1725. in folio 2 vol.

Tournef. . . . . Relation d'un voyage du Levant fait par ordre du Roi, &c. Par M. Pitton de Tournefort, &c. à Paris 1717. in quarto. 2 vol. & in octavo. 3 vol.

Voy. de la B. de Hud. . . . . Voyage de la Baye de Hudſon, fait en 1746 & 1747, pour la découverte du paſſage du Nord-oueſt, &c. traduit de l'Anglois de M. Henri Ellis, &c. à Paris 1749. in 12. 2 vol.

Willugb. . . . . Franciſci Willughbeii de Middleton in agro Warwicenſi Armigeri, e Regia ſocietate, Ornithologiæ libri tres: in quibus omnes Aves hactenus cognitæ in methodum naturis ſuis convenientem redactæ, accurate deſcribuntur, deſcriptiones iconibus elegantiſſimis & vivarum Avium ſimillimis æri inciſis, illuſtrantur. Totum opus recognovit, digeſſit, ſupplevit Joannes Raius, &c. Londini 1676. in folio.



Catalogus Librorum qui prostant in Officina THEODORI HAAK.

Æliani Historia Animalium Gr. Lat. Var. & A. Gronovii, *Lond.* 1744. 2 vol. 4to.
——— Variæ Historiæ Gr. Lat. Var. & A. Gronovii, *L. B.* 1731. 2 vol. 4to.
Albini (B. S.) Historia Musculorum hominis, *Lugd. Bat.* 1734. c. f. 4to.
——— Dissertatio de Arteriis & Venis Intestinorum Hominis, adjecta seu Coloribus distinctæ a J. l'Admiral, *ibid.* 1736. 4to.
——— Differt. Secunda, de Sede & Caussa Coloris Ætyopum & Cæterorum Hominum, coloribus distinctæ a J. l'Admiral, *ibid.* 1737. 4 to.
——— Annotationes Academicæ, *ibid.* 1755. *a* 60. 4to. 5 vol.
——— de Sceleto Humano, *ibid.* 1763. 4to.
——— Explicatio Tabular. Anatom. B. Eustachi, *ibid.* 1761. fol.
Aretœi Cappadocis de Caussis & Signis Acutorum & Diuturnorum Morborum Gr. Lat. curante Herm. Boerhaave, *ibid.* 1735. fol.
Astruc de Morbis Venereis, *Lut. Parif.* 1740. 4to. 2 vol.
——— Tractatus Pathologicus, *Genevæ* 1753. 8vo.
——— ——— Therapenticus, *ibid.* 1750. 8vo.
——— *Traité des Maladies Veneriennes*, à Paris 1755. *4to. 4 vol.*
——— ——— *des Maladies des Femmes*, ibid. 1761. 12*mo.* 4 *vol.*
——— *sur l'Immaterialité & l'Immortalité del'Ame*, ibid. 1755. 12*mo.*
Ballonii Opera Medica, cum præfat. T. Tronchin, *Genevæ* 1762. 4to. 4 vol.
Barchusen Elementa Chymiæ, *Lugd. Bat.* 1718. cum fig. 4to.
Bernouilli Opera omnia Mathematica *Lausannæ*, 1742. 4to. 4 vol.
Bibliotheca Botanica Segneri & Bumaldi, *Hagæ Comit.* 1740. 4to.
Boerhaave Elementa Chymiæ, & Opuscula omnia, *L. B.* 1732. 2 vol. 4to.
——— Prælectiones Academicæ in proprias Inst. rei Medicæ, cum notis Alb. Haller, *ibid.* 1758. 7 vol. 8vo.
——— Introductio in Praxin Clinicam, *ibid.* 1740. 4to.
——— Methodus Discendi Artem Medicam, *Lond.* 1734. 8vo.
Borelli de Motu Animalium, *Hagæ Comit.* 1743. 4to. 2 tom.
Buxbaum de Plantis minus cognitis, *Petropoli* 1728. 4to. 5 centur.
Celsi de Medicina cum notis Variorum, *Rotterdam* 1750. 8vo.
Cren Tractatus Physico Medicus de Lue Americana, *Melitæ* 1762. 4to.
Curtius de Monstro Humano cum Infante Gemello, *L. Bat.* 1752. 4to.
Dalei Pharmacologia, seu Manuductio ad Materiam Medicam, *Gen.* 1751. 4to.
Fabricii ab Aquapendente Opera omnia Anatomica & Physiologica, cum Præfat. B. S. Albini, *ibid.* 1738. cum fig. fol.
Floræ Parisiensis Prodromus. Auctore Dalibard, *Parif.* 1749. 12mo.
Fordyce Historia Febris Miliaris & de Hemicrania, *Lond.* 1758. 8vo.
Freind Opera omnia Medica, *Lugd. Bat.* 1750. 3 vol. 8vo.
Gesneri Tractatus Physicus de Petrificatis. *L. Bat.* 1758. 8vo.
Gmelin Flora Sibirica, *Petropoli* 1747. 4to. 2 vol.
Gorter (J. de) Chirurgia Repurgata, *L. Bat.* 1742. 4to.
——— de Perspiratione Insensibili, *ibid.* 1742. 4to.
——— Formulæ Medicinales, 2 vol. 8vo.
Gronovii (J. F.) Index Supellectilis Lapideæ, *ibid.* 1750. 8vo.
Guetard Observations sur les Plantes, à Paris 1747. 2 *vol.* 12*mo.*
Haen (Ant. de) Difficultates circa Modernorum Systema de Sensibilitate & Irritabilitate hum. Corporis, *L. Bat.* 1761. 8vo.
Haller Disputationes Chirurgicæ, *Lausannæ* 1755. 5 vol. cum fig. 4to.
——— Opuscula Pathologica, accedunt Experimenta de Respiratione, *ibid.* 1755. cum fig. 8vo.
——— Elementa Physiologiæ Corp. Humani, *Lausan.* 1757. 5 vol. 4to.
——— *Memoires sur la Nature sensible & irritable des parties du Corps Animal*, ibid. 1756. 4 *vol.* 12*mo.*
——— *sur le mouvement du Sang, avec des Nouvelles experiences*, ibid. 1756. 12*mo.*
——— *Formation du Cœur dans le Poulet*, ibid. 1758. 2 *vol.* 12*mo.*
——— ——— *des Os*, ibid. 1758. 12*mo.*
Harvæi Opera cum præfat. B. S. Albini, *L. Bat.* 1737. 2 vol. 4to.
Heisteri Institutiones Chirurgicæ, *Amstel.* 1750. 2 vol. 4to.
Histoire des Plantes de l'Europe & des plus usitées qui viennent d'Asie, d'Afri-

que

que & d'Amerique, Lyon 1707. 2 *vol. avec fig.* 12*mo.*
Hofmanni Opera omnia cum Suppl. I & II. *Genevæ* 1740. 11 vol. fol.
——— Medicus Politicus, *L. Bat.* 1738. 8vo.
——— Opuſcula Phyſico-Medica, *Ulmæ* 1741. 2 vol. 8vo.
Hortus Elthamenſis auctore J. Dilenio, *Lond.* 1732. 2 vol. fol.
Jacquin Enumeratio Syſtematica Plantarum quas in Inſulis Caribæis continentur, &c. *ibid.* 1760. 8vo.
Icon Duræ Matris in concava ſuperficie viſæ &c. præparat. a Cl. Viro Fred. Ruyſchio, delineata & coloribus diſtincta typis impreſſa a J. l'Admiral, *Leidæ* 1738. 4to.
——— ——— in Convexa ſuperficie viſæ præparat. a Cl. Viro Fred. Ruyſchio, delineata &c. a J. l'Admiral, *ibid.* 1738. 4to.
——— Membranæ Vaſculoſæ ad infina Acetabuli Oſſium innominatorum poſitæ, & præparat. a F. Ruyſchio, delineata &c. a J. l'Admiral, *ibid.* 1738. 4to.
——— Penis Humani, injecta cera præparati; exhibens inventa Anatomica aliquot nova, & proprio colore typis impreſſa a J. l'Admiral, *ibid.* 1741. 4to.
Klein Tentamen Methodi Oſtracologicæ ſive Diſpoſitio naturalis Cochlidum & Concharum, *Lugd. Bat.* 1753. cum fig. 4to.
——— *& Linnæus Syſteme Naturel du Regne Animal, par Claſſes, Familles, Genres & Eſpeces*, à Paris 1754. 2 *vol. avec fig.* 8*vo.*
——— *Ordre Naturel des Ourſins de Mer & Foſſiles*, ibid. 1754. *avec fig.* 8*vo.*
——— *Doutes ou Obſervations ſur la revue des Animaux &c.* ibid. 1754. *avec fig.* 8*vo.*
Lemery Cours de Chymie, Bruxelle 1756. 8vo. *fig.*
Linnæi Orationes, *Lugd. Bat.* 1742. 2 vol. 8vo.
——— Species Animalium, *ibid.* 1759. 8vo.
Lower Tractatus de Corde, editio ſeptima, *ibid.* 1740. 8vo.
Mead Medica Sacra, *Amſtel.* 1749. 8vo.
Memoires pour ſervir à l'Hiſtoire des Inſectes par de Reaumur, à Paris 1738. 6 *vol.* 4*to.*
——— ——— *dito, tom.* 6. *à Part.*
Nenter Fundamenta Medicinæ, *Argentor.* 1750. 2 vol. 4to.
Nieuwentyt Exiſtence de Dieu, demontrée par les Merveilles de la Nature, Amſt. 1760. 4*to. fig.*
Palfyn Anatomie Chirurgicale par Petit, Paris 1753. 2 *vol. in* 8*vo.*
Parent de Doſibus Medicamentorum, *Lugd. Bat.* 1761. 8vo.
Petit Maladies des Os, *Paris* 1758. 2 *vol.* 12*mo.*
Plumier Plantæ Americanæ cum Obſervat. J. Burmanni, *Amſtel. & Lugd. Bat.* 1756. fol. LX. faſc.
Porti de Militis in Caſtris Sanitate tuenda, *ibid.* 1741. 8vo.
Pratique des Accouchemens par Mr. Peu, à Paris 1694. *avec fig.* 8*vo.*
Pringle Obſervat. ſur les Maladies des Armées, ibid. 1755. 2 *vol.*
Ray Hiſtoria Plantarum, *Londini* 1686. 3 vol. fol.
Rumphii Herbarium Amboinenſe, *Amſt.* 1755. fol. 7. vol.
Scheuchzeri Itinera Alpina, *L. Bat.* 1723. 4 tom. 4to.
Scilla de Corporibus Marinis, &c. *Romæ* 1752. 4to. fig.
Secrets admirables d'Albert le Grand, à Lyon 1758. 12*mo.*
——— ——— *du Petit Albert*, ibid. 1758. 12*mo.*
Spectacle de la Nature, par l'Abbé Pluche, à la Haye 1739. & 1747. 8 *vol. avec fig.* 8*vo.*
Swieten (G. v.) Comment. in H. Boerhaave Aphoriſmos, *L.B.* 1752. 3 vol. 4to.
Sydenham Opera Univerſa, *ibid.* 1754. 8vo.
Terræ Muſei Regis Dresdenſis quas digeſſit deſcripſit illuſtravit D. Ch. Gottlieb Ludwig, accedunt Terrarum Sigillatarum Figuræ, *Lipſ.* 1749. fol.
Theologie des Inſectes par Leſſer avec des Remarques de P. Lyonet, à la Haye 1743. 2 *vol.* 8*vo.*
——— *del'Eau par Fabricius*, ibid. 1741. 8*vo.*
Tournefort Inſtitutiones Rei Herbariæ, *Pariſ.* 1719. 3 vol. fig. 4to.
Verdries Phyſica, *Gieſſæ* 1728. 4to.
Veſalii Opera omnia, cum Præf. Boerhaave & Albini, *L.B.* 1725. 2 vol. fol.
Wepferii Obſervationes Medico Practicæ, 1727. 4to.
——— Hiſtoria Apoplecticorum, *Lugd. Bat.* 1734. 8vo.
——— ——— Cicutæ Aquaticæ, *ibid.* 1733. 8vo.
Wiel (Stalp. v.) Obſervat. Med. Anat. Chirurg. *Leidæ* 1727. 2 vol. 8vo.
Willugbei Hiſtoria Piſcium edente J. Rajo, *Lond.* 1686. fol.

REG-



REGNUM ANIMALE.

CLASSIS III.

AVES.



Harum character eſt
Corpus plumis tectum:
Roſtrum corneum:
Alæ duæ:
Pedes duo.

Aves omnes ſunt *ſanguineæ*: *pulmonibus* ſpirant: *duos* habent in corde *ventriculos*: earumque fœminæ ſunt *oviparæ*. Pleræque nida conſtruunt, & ova incubant, ut pullos excludant.

Aliæ digitis membranis deſtitutis (1) præditæ ſunt, & *Fiſſipedes* vocantur; aliæ digitos habent membranis per totam longitudinem auctos, & *Palmipedes* nominantur.

Inter *Fiſſipedes*, aliæ cruribus gaudent ad calcaneum usque plumoſis: aliæ cruribus in parte inferiore plumis deſtitutis donantur.

Aves

(1) Per has intelligimus eas omnes quæ non habent digitos membranis auctos per totam longitudinem, id eſt, ab exortu ad apicem usque; pro nihilo autem habemus rudimenta illa membranæ, quibus varia Avium genera prædita ſunt, ut *Galli*, *Phaſiani*, *Numenii*, &c.

Aves omnes *Fiſſipedes* cruribus ad calcaneum usque plumoſis præditæ, digitos habent quatuor; in quibusdam vero digiti omnes usque ad exortum aut circiter discreti ſunt; in aliis autem medius trium digitorum anteriorum cum extimo digito trium articulorum ſpatio, & cum intimo primi tantum articuli intervallo arcte cohæret, ut in *Iſpida*, *Hydrocorace*, &c.

Inter eas quæ digitos habent omnes usque ad exortum aut circiter diſcretos, aliæ digitis tribus anticis & uno poſtico donantur; aliæ vero digitis duobus anticis, totidem poſticis præditæ ſunt, ut *Picus*, *Pſittacus*, &c.

Harum quæ digitis tribus anticis & uno poſtico gaudent, aliæ roſtrum habent rectum, mandibulæ ſuperioris apicem craſſiorem parumper & incurvum, nares membrana craſſa & molli ſemitectas, ut *Columba*: aliæ roſtrum conico-incurvum, ut *Gallo-pavo*, *Gallus*, &c.: aliæ roſtrum breve aduncum, ut *Accipiter*, *Aquila*, &c.: aliæ roſtrum conico-elongatum, ut *Corvus*, *Garrulus*, &c.: aliæ roſtrum rectum, mandibula ſuperiore apice utrinque emarginata, ut *Lanius*, *Turdus*, &c.: aliæ roſtrum rectum, utraque mandibula integra, ut *Buphagus*, *Sturnus*: aliæ roſtrum gracile, parum arcuatum, ut *Upupa*, &c.: aliæ roſtrum minimum, ad baſim horizontaliter compreſſum, apice aduncum; & oris rictum capite ampliorem, ut *Caprimulgus*, *Hirundo*: aliæ roſtrum conico-attenuatum, ut *Paſſer*, *Emberiza*, &c.: aliæ roſtrum ſubulatum, ut *Alauda*, *Ficedula*, &c.: aliæ roſtrum cuneiforme, ut *Sitta*: aliæ tandem roſtrum filiforme, ut *Certhia*, *Polytmus*.

Inter eas quæ crura habent in parte inferiore plumis deſtituta, aliæ alis, pro mole corporis, parvis, & volatui inutilibus donantur, ut *Struthio*, *Caſuarius*, &c.: aliæ alis ſat magnis & volatui idoneis præditæ ſunt.

Poſteriorum aliæ digitos habent tres anteriores, poſti-

poſtico nullo, ut *Otis*, *Pluvialis*, &c.: aliæ digitos habent quatuor, tres ſcilicet anteriores, & poſticum unum, ut *Vanellus*, *Scolopax*, &c.

Inter *Palmipedes*, aliæ digitos habent membranis fiſſis auctos, ut *Gallinula*, *Fulica*, &c.: aliæ digitos habent membranis ſemifiſſis auctos, ut *Colymbus*: aliæ tandem digitis membranis integris auctis præditæ ſunt.

Poſteriorum aliæ crura habent ad podicem poſita, & intra abdomen condita: aliæ cruribus donantur circa corpus medium, & extra abdomen poſitis.

Inter eas quibus crura ad podicem poſita & intra abdomen condita ſunt, aliæ digitis tribus anticis, membranis inter ſe connexis, digito poſtico nullo, donantur, ut *Uria*, *Alca*, &c.: aliæ digitis quatuor, tribus anterioribus membranis inter ſe connexis, poſtico ſoluto, præditæ ſunt, ut *Mergus*, &c.

Inter aves *Palmipedes* quibus crura circa corpus medium & extra abdomen poſita ſunt, aliæ cruribus donantur corpore brevioribus: aliæ cruribus corpore longioribus.

Inter eas quæ crura habent corpore breviora, aliæ digitis tribus anticis, membranis inter ſe connexis, digito poſtico nullo, donantur, ut *Albatrus*: aliæ vero digitis quatuor præditæ ſunt.

Poſteriorum aliæ digitos habent tres anteriores, membranis inter ſe connexos, poſtico ſoluto: aliæ digitis omnibus membranis inter ſe connexis præditæ ſunt, ut *Lepturus*, *Onocrotalus*, &c.

Inter eas quæ digitos habent tres anticos, membranis inter ſe connexos, poſticum vero ſolutum, aliæ roſtro edentulo donantur, ut *Larus*, *Sterna*, &c.: aliæ roſtro denticulato, ut *Merganſer*, *Anas*, &c.

Aves illæ *Palmipedes*, quæ crura habent corpore longiora, digitis quatuor donantur, quorum tres anteriores membranis inter ſe connectuntur, & poſticus eſt ſolutus, ut *Phœnicopterus*, *Avocetta*, &c.

Aves igitur in viginti ſex ordines dividimus.

In primo ordine continentur eæ quæ habent quatuor digitos membranis deſtitutos, tres ſcilicet anticos, poſticum unum, omnes usque ad exortum aut circiter diſcretos: crura ad calcaneum usque plumoſa: roſtrum rectum; mandibulæ ſuperioris apice craſſiori parumper & incurvo: & nares membrana craſſa & molli ſemitectas, ut *Columbæ*.

In ſecundo ordine eæ quæ quatuor habent digitos membranis deſtitutos, tres ſcilicet anticos, poſticum unum, omnes circiter usque ad exortum diſcretos: crura ad calcaneum usque plumoſa: & roſtrum conico-incurvum. Hujus ordinis Aves in duas ſectiones dividimus: prima continet eas quæ capite paleis prædito donantur, ut *Gallo-pavo*, *Gallus*, &c.: & ſecunda eas quarum caput paleis deſtituitur, ut *Perdix*, *Phaſianus*, &c.

In tertio ordine continentur eæ quæ quatuor habent digitos membranis deſtitutos, tres ſcilicet anticos, poſticum unum, omnes usque ad exortum aut circiter diſcretos: crura ad calcaneum usque plumoſa: & roſtrum breve, aduncum. Hujus ordinis Aves in duas ſectiones adhuc dividimus: prima continet eas quæ baſim habent roſtri cute nuda tectam, ut *Accipiter*, *Aquila*, &c.: ſecunda eas quarum baſis roſtri plumis antrorſum incumbentibus tegitur, ut *Aſio*, *Strix*.

In quarto ordine continentur eæ quæ quatuor habent digitos membranis deſtitutos, tres ſcilicet anticos, poſticum unum, omnes circiter usque ad exortum diſcretos: crura ad calcaneum usque plumoſa: & roſtrum conico-elongatum. Hujus ordinis Aves in duas ſectiones dividuntur: in prima continentur illæ quarum plumæ baſis roſtri antrorſum incumbunt, naresque tegunt, ut *Corvus*, *Pica*, &c.: in ſecunda vero illæ quarum plumæ baſis roſtri retrorſum vertuntur, naresque detectas relinquunt, ut *Galgulus*, *Manucodiata*.

In

In quinto ordine continentur eæ quæ quatuor habent digitos membranis destitutos, tres scilicet anticos, posticum unum, omnes circiter usque ad exortum discretos: crura ad calcaneum usque plumosa: & rostrum rectum; mandibula superiore apice utrinque emarginata. Hujus ordinis Aves in duas sectiones dividuntur: in prima continentur illæ quæ rostrum habent superne convexum, ut *Lanius*, *Turdus*, &c.: & in secunda illæ quæ rostro donantur horizontaliter in basi compresso, & fere triangulari, ut *Muscicapa*.

In sexto ordine continentur eæ quæ quatuor habent digitos membranis destitutos, tres scilicet anticos, posticum unum, omnes circiter usque ad exortum discretos: crura ad calcaneum usque plumosa: & rostrum rectum; mandibula utraque integra. Hujus ordinis Aves in duas sectiones dividimus: in prima continentur eæ quæ rostrum habent subquadrangulare, paululum superne convexum, inferne angulosum, ut *Buphagus*: in secunda vero illæ quæ rostro donantur convexo, apice obtuso; apicis latitudine crassitiem superante, ut *Sturnus*.

In septimo ordine continentur eæ quæ quatuor habent digitos membranis destitutos, tres scilicet anticos, posticum unum, omnes circiter usque ad exortum discretos: crura ad calcaneum usque plumosa: & rostrum gracile, parum arcuatum. Hujus ordinis Aves in duas sectiones dividuntur: prima continet eas quæ caput habent corolla longitudinali plumosa, bifariam parallele divisa, & plicatili ornatum, ut *Upupa*: secunda eas quæ capite simplici donantur, ut *Promerops*.

In octavo ordine continentur eæ quæ quatuor habent digitos membranis destitutos, tres scilicet anticos, posticum unum, omnes circiter usque ad exortum discretos: crura ad calcaneum usque plumosa: rostrum minimum, in basi horizontaliter com-

preſſum, apice aduncum; & oris rictum capite ampliorem, ut *Caprimulgus*, *Hirundo*.

In nono ordine continentur eæ quæ quatuor habent digitos membranis deſtitutos, tres ſcilicet anticos, poſticum unum, omnes circiter usque ad exortum diſcretos: crura ad calcaneum usque plumoſa: & roſtrum conico-attenuatum. Hujus ordinis Aves in tres ſectiones dividimus: in prima continentur illæ quæ mandibula gaudent utraque recta, ut *Paſſer*, *Emberiza*, &c.: in ſecunda illæ quæ mandibulam habent ſuperiorem aduncam, ut *Pyrrhula*, &c.: in tertia vero eæ quæ mandibula donantur utraque adunca, apicibus ſe decuſſantibus, ut *Loxia*.

In decimo ordine continentur eæ quæ quatuor habent digitos membranis deſtitutos, tres ſcilicet anticos, poſticum unum, omnes circiter usque ad exortum diſcretos: crura ad calcaneum usque plumoſa; & roſtrum ſubulatum. Hujus ordinis Aves in duas ſectiones dividuntur: in prima continentur eæ quæ nares habent detectas, ut *Alauda*, *Ficedula*: & in ſecunda illæ quarum nares plumis baſis roſtri cooperiuntur, ut *Parus*.

In undecimo ordine continentur eæ quæ quatuor habent digitos membranis deſtitutos, tres ſcilicet anticos, poſticum unum, omnes circiter usque ad exortum diſcretos: crura ad calcaneum usque plumoſa: & roſtrum cuneiforme, ut *Sitta*.

In duodecimo ordine continentur eæ quæ quatuor habent digitos membranis deſtitutos, tres ſcilicet anticos, poſticum unum, omnes circiter usque ad exortum diſcretos: crura ad calcaneum usque plumoſa: & roſtrum filiforme. Hujus ordinis Aves in duas ſectiones dividimus: prima continet eas quæ roſtrum habent arcuatum, ut *Certhia*, *Polytmus*: & ſecunda illas quæ roſtrum habent rectum, ut *Melliſuga*.

In decimo-tertio ordine continentur eæ quæ quatuor

tuor habent digitos membranis deſtitutos, duos ſcilicet anticos, totidem poſticos: & crura ad calcaneum usque plumoſa. Hujus ordinis Aves in quinque ſectiones dividimus: prima continet eas quæ roſtro donantur recto, & lingua longiſſima & lumbriciformi, ut *Torquilla*, *Picus*: ſecunda eas quæ roſtrum habent rectum, & linguam roſtrum longitudine non ſuperantem, ut *Galbula*: tertia illas quæ roſtrum habent modice arcuatum, ſuperne convexum, & lateraliter compreſſum, ut *Bucco*, *Cuculus*: quarta eas quæ roſtro donantur brevi & adunco, ut *Crotophagus*, *Pſittacus*, &c. Quinta denique illas quæ roſtrum habent longum, craſſitie caput æquans, ſerræ inſtar denticulatum; utriusque mandibulæ apice deorſum incurvo; & lingua pennæ æmula, ut *Tucana*.

In decimo-quarto ordine continentur eæ quæ quatuor habent digitos membranis deſtitutos, tres ſcilicet anticos, poſticum unum; quorum medius trium digitorum anteriorum cum extimo digito trium articulorum ſpatio, cum intimo primi tantum articuli intervallo arcte cohæret: & crura ad calcaneum usque plumoſa. Hujus ordinis Aves in quinque ſectiones quoque dividuntur: in prima continentur illæ quæ roſtrum habent breve, & verſus apicem lateraliter compreſſum, ut *Rupicola*, *Manacus*: in ſecunda illæ quæ roſtro donantur conico, ſerræ inſtar denticulato, utriusque mandibulæ apice deorſum incurvo, ut *Momotus*: in tertia eæ quæ roſtrum habent rectum, longiuſculum, ut *Iſpida*, &c. In quarta illæ quæ roſtro arcuato & acuto præditæ ſunt, ut *Apiaſter*: in quinta tandem eæ quæ roſtrum habent craſſum & falciforme, ut *Hydrocorax*.

In decimo-quinto ordine continentur eæ quæ digitos habent membranis deſtitutos: crura in parte inferiore plumis deſtituta; & alas, pro mole corporis, parvas, & volatui inutiles. Hujus ordinis

Aves in tres ſectiones dividuntur: prima continet eas quæ digitos habent duos anticos, poſticum nullum ut *Struthio:* ſecunda eas quæ digitos habent tres anticos, poſticum nullum, ut *Rhea*, *Caſuarius:* tertia vero illas quæ digitos habent quatuor, tres ſcilicet anticos, & poſticum unum, ut *Raphus*.

In decimo-ſexto ordine continentur eæ quæ digitos habent tres anticos, membranis deſtitutos, posticum digitum nullum: crura in parte inferiore plumis deſtituta; & alas ſat magnas, & volatui idoneas. Hujus ordinis Aves in tres ſectiones quoque dividimus: in prima continentur illæ quæ roſtrum habent conico-incurvum, ut *Otis:* in ſecunda eæ quæ roſtro donantur recto & longiſſimo, apice craſſiori, ut *Oſtralega*, &c.: in tertia tandem illæ quæ roſtrum habent rectum & breve, apice craſſiori, ut *Pluvialis*.

In decimo-ſeptimo ordine continentur eæ quæ quatuor habent digitos membranis deſtitutos, tres ſcilicet anticos, poſticum unum: crura in parte inferiore plumis deſtituta, & alas ſat magnas & volatui idoneas. Hujus ordinis Aves in duodecim ſectiones dividuntur: prima continet eas quæ roſtro donantur recto, apice craſſiori, ut *Vanellus:* ſecunda eas quæ roſtrum habent ſubrectum, ſurſum modice tendens, & horizontaliter paulum compreſſum, ut *Arenaria:* tertia illas quæ roſtrum habent ſuperne convexum, apice lateraliter compreſſo, ut *Glareola:* quarta eas quæ roſtrum habent rectum, lateraliter compreſſum, & corpus etiam lateraliter compreſſum, ut *Rallus:* quinta illas quæ roſtrum habent gracile, ut *Tringa*, *Scolopax*, &c.: ſexta illas quæ roſtrum habent deorſum arcuatum, ut *Numenius:* ſeptima eas quæ roſtrum habent rectum, horizontaliter planum; apice ampliato, ſubrotundo, ſpathæ-formi, ut *Platea:* octava illas quæ roſtro donantur craſſo & longo, ut *Ciconia*, *Ardea*, &c.: nona

nona eas quæ roſtrum habent craſſum & breve; mandibula ſuperiore cochleari-formi, apice unguiculato, ut *Cochlearius:* decima illas quæ roſtrum habent breve & rectum; apice conico, ut *Balearica:* undecima eas quæ roſtrum habent conico-incurvum, ut *Cariama*, *Anhima:* duodecima denique illas quæ roſtro donantur conico, lateraliter compreſſo, calvitio in fronte, ut *Porphyrio.*

In decimo-octavo ordine continentur eæ quæ quatuor habent digitos, tres ſcilicet anticos, poſticum unum, membranis fiſſis per totam longitudinem auctos. Hujus ordinis Aves in duas ſectiones dividuntur: prima continet eas quæ digitos habent membranis ſimplicibus auctos, ut *Gallinula:* ſecunda vero illas quæ digitos habent membranis emarginatis auctos, ut *Fulica*, &c.

In decimo-nono ordine continentur eæ quæ quatuor habent digitos, quorum tres anteriores membranis ſemifiſſis inter ſe connectuntur, poſticus autem ſolutus: & crura ad podicem poſita, ac intra abdomen condita, ut *Colymbus.*

In vigeſimo ordine continentur eæ quæ digitos habent tres anticos, membranis integris inter ſe connexos, poſticum digitum nullum; & crura ad podicem poſita ac intra abdomen condita. Hujus ordinis Aves in duas ſectiones dividimus: in prima continentur illæ quæ roſtro donantur recto & acuto, ut *Uria:* in ſecunda vero eæ quæ roſtrum habent lateraliter planum, transverſim ſtriatum, ut *Fratercula*, *Alca.*

In vigeſimo-primo ordine continentur eæ quæ quatuor habent digitos, quorum tres anteriores membranis integris inter ſe connectuntur, poſticus vero ſolutus; & crura ad podicem poſita, & intra abdomen condita. Hujus ordinis Aves in duas ſectiones quoque dividuntur: prima continet eas quæ roſtro donantur recto, apice mandibulæ ſuperioris

adunco, ut *Sphenifcus*, *Catarractes*: & fecunda illas quæ roftrum habent rectum & acutum, ut *Mergus*.

In vigefimo-fecundo ordine continentur eæ quæ digitos habent tres anticos, membranis integris inter fe connexos, pofticum digitum nullum: & crura circa corpus medium & extra abdomen pofita, & corpore breviora, ur *Albatrus*.

In vigefimo-tertio ordine continentur eæ quæ quatuor habent digitos, quorum tres anteriores membranis integris inter fe connectuntur, pofticus vero folutus: crura circa corpus medium & extra abdomen pofita, & corpore breviora: & roftrum edentulum. Hujus ordinis Aves in duas fectiones dividimus: in prima continentur illæ quæ roftrum habent verfus apicem aduncum, ut *Procellaria*, *Larus*, &c.: in fecunda vero illæ quæ roftrum habent rectum & lateraliter planum, ut *Sterna*, *Rygchopfalia*.

In vigefimo-quarto ordine continentur eæ quæ quatuor habent digitos, quorum tres anteriores membranis integris inter fe connectuntur, pofticus autem folutus: crura circa corpus medium & extra abdomen pofita, & corpore breviora: & roftrum denticulatum. Hujus ordinis Aves in duas fectiones dividuntur: in prima continentur illæ quæ roftro donantur fubcylindraceo; mandibulæ fuperioris apice adunco, ut *Merganfer*: & in fecunda illæ quæ roftrum habent fuperne convexum, inferne planiusculum, ut *Anfer*, *Anas*.

In vigefimo-quinto ordine continentur eæ quæ quatuor habent digitos, omnes membranis integris inter fe connexos; & crura circa corpus medium & extra abdomen pofita, & corpore breviora. Hujus ordinis Aves in duas fectiones quoque dividuntur: prima continet eas quæ roftrum habent acutum, ut *Lepturus*, &c.: & fecunda illas quæ roftrum habent apice aduncum, ut *Phalacrocorax*, *Onocrotalus*, &c.

In

In vigeſimo-ſexto ordine continentur eæ quæ quatuor habent digitos, quorum tres anteriores membranis integris inter ſe connectuntur, poſticus vero ſolutus; & crura circa corpus medium & extra abdomen poſita, & corpore longiora. Hujus ordinis Aves in duas ſectiones adhuc dividimus: in prima continentur eæ quæ roſtrum habent denticulatum, ut *Phœnicopterus*: in ſecunda autem illæ quæ roſtrum habent edentulum, ut *Avocetta*, &c.



ORDO

ORDO I.

AVES Digitis quatuor, membranis destitutis, tribus scilicet anticis, uno postico, omnibus usque ad exortum, aut circiter discretis: cruribus ad calcaneum usque plumosis: rostro recto; mandibulæ superioris apice crassiori parumper & incurvo: naribusque membrana crassa & molli semitectis donatæ.

In illo ordine unicum continetur genus, scilicet *Columbinum.*

I. *Genus Columbinum.*

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; omnes usque ad exortum, aut circiter, discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum rectum; mandibulæ superioris apice crassiori parumper & incurvo:

Nares membrana crassa & molli semitectæ.

Omnes hujus generis Aves e granis tantummodo seminibusque durioribus victum quærunt, eaque integra deglutiunt. Bina dumtaxat una vice ova ponunt, duosque pullos educant, quorum vulgo unus mas, alter vero fœmina: sed sæpius in anno pariunt. Mas & fœmina laborem incubandi inter se partiuntur, vicissim scilicet incubantes. Cibum pullis ex ingluvie sua in os eructant, ut in ingluvie maceratus & emollitus, a pullorum ventriculis facilius subigatur & digeratur.

Columbæ rostri longitudine non omnes inter se con-

conveniunt: nonnullæ enim roſtra habent brevia admodum & craſſiuſcula, aliæ tenuia & longiuſcula.

** 1. COLUMBA DOMESTICA.

Columba minor verſicolor, parte dorſi inferiore alba.... LE PIGEON DOMESTIQUE.

Columba cœruleſcens, &c. *Linn. Browne.* Columba. *Aldrov. Mœbr. Rzac. Proſp. Alp.* Columba domeſtica. *Jonſt. Linn. Schwenck. Charlet.* Columba domeſtica, ſeu vulgaris. *Willugh. Raj. Sibbald. Sloane.* Columba ruſticorum, vulgaris, arvorum. *Klein.* Pigeon. *Bel. Du Tertre.* Pigeon ſauvage ordinaire. *Alb.* *Germanice*, TUB. *Belgice*, DUVE. *Anglice*, COMMON-PIGEON. * C. Domestica. 2. Linn. Gmel.

Hujus longitudo (*a*) 13 pollices explet. Extremitatis alarum diſtantia (*b*) eſt 2 pedum & unius pollicis. Roſtrum (*c*) 10 lineas longum; cauda 4 pollices cum 6 lineis; digitus medius 15 lineas æquat; digiti laterales paulo ſunt breviores; poſticus vero omnium breviſſimus. Alæ complicatæ caudæ extremitatem, excepto pollicis unius intervallo, attingunt. Columbæ domeſticæ colore multum variant; collum viridi-aureo ſplendet, *cupri puri* colorem æmulante pro vario quo lucis radii incidunt modo. Roſtrum fuſcum; & membrana qua nares teguntur, materia velut furfuracea aſpergitur, unde albicat. Pedes ſunt rubri, ungues vero nigri.

** 2. COLUMBA ROMANA.

Columba major verſicolor.... LE PIGEON ROMAIN.

Columba domeſtica. *Aldrov. cujus icon ſatis accurata. Jonſt.* Columba domeſtica major. *Willugh. Raj. Anglice*, RUNT-PIGEON.

C. Hispanica. 2 δ Linn.

Ipſius

(*a*) Per longitudinem ſemper intelligimus illam quæ ab apice roſtri ad caudam extremam porrigitur.

(*b*) Diſtantia hæc eſt quæ datur inter ambo extrema alarum extenſarum.

(*c*) Roſtri longitudo menſuratur ab apice ad oris angulos.

Ipsius longitudo 15 pollices æquat. Alarum apicum distantia 27 pollicum est. Rostrum 13 lineas longum; cauda 5 pollices & 6 lineas; digitus medius 1 pollicem & 9 lineas. Aliæ rostro nigro donantur; aliæ rostro rubro aut carneo. Pedes sunt rubri; ungues nigri, quandoque albi; quoad cætera conveniunt cum præcedenti specie.

Hujus speciei varietates sunt

** A. COLUMBA DASYPES.

LE PIGEON PATU.

Columba pedibus hirsutis. *Aldrov. Jonst. Willugb. Charlet.* Columba, pedibus pennatis. *Barr.* Columba tympanizans. *Frisch. hujus icon accuratissima.* *Germanice*, RAUCHSEUFFIGE-TAUBEN. *Anglice*, ROUGH-FOOTED-DOVE. C. dasypus 2 ε. Linn.

Ab aliis differt pedibus ad extremos usque digitos plumosis.

** B. COLUMBA CRISTATA.

LE PIGEON HUPÉ.

Columba nostra cristata. *Aldrov. Schwenck.* Columba menstrua, sive cristata. *Frisch. hujus icon accuratissima.* Columba cypria alia. *Aldrov. Jonst. Germanice*, KOEPPICHTE-TAUBEN. C. cristata. 2 ζ. Linn.

Ab aliis distinguitur pennis occipitii sursum reflexis, quæ cristam efficiunt.

C. COLUMBA NORVEGICA.

LE PIGEON DE NORVÉGE.

Schwenck. C. Norwegica 2. η. Linn.

Magnitudine *Gallinam* fere adæquat. Candoris est nivei, cristato vertice & pedibus plumosis.

D. COLUMBA BARBARICA.

LE PIGEON DE BARBARIE.

Co-

Columba cœrulescens, &c. *Linn.* Columba Barbarica seu Numidica. *Willugb. hujus icon satis accurata. Raj.* An Columba vulgo Cretensis dicta? *Aldrov.* *Anglice*, BARBARY-PIGEON. β. Barbarica 2 δ. Linn.

Rostrum huic brevissimum. Oculos cutis nudæ, tuberosæ, surfuraceæ circulus latus ambit, ut in *Tabellariis*.

** E. COLUMBA CUCULLATA.

LE PIGEON NONAIN.

Columba Anglica, vel Russica. *Gesn.* Columba Cypria cucullata. *Aldrov.* Columba cucullata. *Linn. Jonst. Charlet. Klein. Willugb. Raj. Barr.* Columba galerita. *Frisch. hujus icon accurata.* Pigeon paté. *Bel.* Pigeon à chaperon, ou Jacobin. *Alb. avec une figure exacte. Aldrov.* *Germanice*, ZAME-SCHLAG-TUBE. *Belgice*, CAPPER. *Willugb. Raj. Klein.* *Anglice*, JACOBINE-PIGEON. β. β cucullata. 2. ι. Linn.

Rostrum, ut in præcedenti, brevissimum. Pennæ occipitii & colli superioris sursum sunt reflexæ, & occiput cingunt, cuculli Monachalis fere in modum.

F. COLUMBA TURBITA.

LE PIGEON A GORGE FRISÉE.

Linn. (3 *varietas*). *Willugb. Raj.* Columba collo hirsuto. *Frisch, hujus icon accuratissima.* An Columba vulgo Indica dicta? *Aldrov.* *Germanice*, MOWCHEN. *Belgice*, CORTBECK. *Anglice*, TURBIT-PIGEON. β. Turbita 2 λ. Linn.

Rostrum ut in præcedentibus brevissimum; ab illis autem distinguitur pennis in pectore utrinque reflexis. Vertice est plano seu depresso.

G. COLUMBA CRISPA.

LE PIGEON FRISÉ.

Columba hispida. *Linn.* Columba crispis pennis. *Aldrov. ejus icon satis accurata.* Columba crispa.

Co-

Columba ſylveſtris. *Jonſt.* *Germanice*, WOLLECHTE-TAUBEN. C. Hispida 2. K. Linn.

Prorſus eſt candida, præter digitos rubentes. Pennis criſpis in toto corpore veſtitur.

** H. COLUMBA TURCICA.

LE PIGEON TURC.

Columba Perſica, ſive Turcica. *Aldrov.* *Jonſt.* *Willugh.* *Charlet.* *Friſch. hujus icon accuratiſſima.* *Klein.* *Germanice*, TURKISCHE-TAUBE. *Anglice*, TURKEY-PIGEON; PERSIAN-PIGEON. C. Turcica 2. o. Linn.

Colore toto pullo, ſive nigricante ab aliis diſtinguitur hæc varietas. Oculorum ambitus miniaceo colore tingitur: & membranæ nares tegentes quam in aliis multo ſunt craſſiores, & papillis rubris circumdatæ. Roſtrum luteſcit: pedes pallide rubent.

** I. COLUMBA TABELLARIA.

LE PIGEON MESSAGER.

Linn. *Willugh.* *Raj.* *Klein.* *Anglice*, CARRIER. C. Tabellaria 2. π. Linn.

A *Columba Turcica* colore non differt. Oculi cute nuda, tuberoſa, furfuracea, albida ambiuntur. Nares obducuntur membranis craſſiſſimis, ad mediam usque roſtri longitudinem extenſis, tuberculis, ut circa oculos, furfuraceis circumdatis. Roſtrum mediæ longitudinis nigricat. Harum Columbarum uſus fuit ad litteras cito transmittendas, unde nomen.

** K. COLUMBA GUTTUROSA.

LE PIGEON GRAND GOSIER. C. Gutturosa. 2. ζ. Linn.

Linn. *Willugh. hujus icon ſatis accurata.* *Raj.* *Charlet.* *Jonſt.* *Klein.* Columba perperam gutturoſa dicta. *Aldrov.* Columba ſtrumoſa, ſive œſophago inflato. *Friſch. hujus icon accuratiſſima.* *Germanice*, KROPF-TAUBE. *Belgice*, CROPPER. *Anglice*, CROPPER.

Columbam Romanam magnitudine adæquat; ut illa

la, coloribus plurimum variat: ab ea tamen differt in eo quod ingluviem, aëre attracto, mirum in modum inflet, ita ut toto reliquo corpore major evadat.

**. L. COLUMBA EQUES.

LE PIGEON CAVALIER.

Willugb. Raj. Alb. *Anglice*, LIGHT HORSEMEN-PIGEON. . β. Eques. 2, σ. Linn.

Spuria est hæc varietas altera parente *Columba Gutturosa*, altera *Tabellaria*; adeoque participat de utraque. Membranæ enim nares tegentes sunt crassissimæ, ad mediam usque rostri longitudinem extensæ, tuberculisque furfuraceis asperguntur, sicut & oculorum ambitus: & ingluviem, aëre attracto, mirum in modum inflat.

** M. COLUMBA PERCUSSOR.

LE PIGEON BATTEUR.

Columba cœrulescens. *Linn.* (6 *varietas*). Columba percussor. *Willugb. Raj.* *Anglice*, SMITER-PIGEON. β. Percussor. 2. τ. Linn

Hæc inter volandum in orbem circumvolitat, & alas fortiter quatit, unde remiges pennæ semper fere fractæ conspiciuntur, ac quandoque etiam volare inde nequit.

**. N. COLUMBA GYRATRIX.

LE PIGEON CULBUTANT.

Jonst. Charlet. Willugb. Raj. Columba Gestuosa. *Frisch. bujus icon accuratissima.* *Germanice*, TUMMEL-TAUBE. *Anglice*, TUMBLER-PIGEON. β. Gyratrix. 2. ν. Linn.

Parva est & variis coloribus ornata. Inter volandum miros motus in aëre exhibet, retrorsum se circumvolvendo, pilæ aut globi projecti speciem refert.

** O. Columba Galeata.

Le Pigeon Cuirassé.

Jonſt. Willugb. Raj. Anglice, Helmet-Pigeon.
C. Galeata 2. ξ. Linn.

Ab aliis differt in eo quod caput, rectrices & majores remiges ſemper ſint ejusdem coloris, ſed diverſi a colore reliqui corporis, &c.

** P. Columba laticauda.

Le Pigeon-Paon.

Columba tremula laticauda. *Linn. Willugb. Raj. Charlet. Klein.* Columba caudata. *Friſch. hujus icon accuratiſſima. Germanice*, Pfau-Taube. *Anglice*, Broad-Tail'd Shaker. C. Laticauda. 2, μ. Linn.

Ab ingenti rectricum numero *laticaudæ* nomen ſortita eſt hæc varietas. Caudam plerumque, cum obambulat, tenet erectam, *Gallo-pavonis* aut *Pavonis* inſtar, unde nomen. Caput & collum ultro citroque perpetuo fere motitat, quare *Tremula* dicta eſt, ſicut & ſubſequens.

Q. Columba Tremula.

Le Pigeon Trembleur.

Columba tremula anguſticauda, ſeu acuticauda. *Willugb. Raj. Charlet. Anglice*, Narrow-Tail'd Shaker.
C. Laticauda, 2. μ. Linn.

Tremulæ nomen adepta eſt propter tremulum corporis motum; in quo cum præcedente convenit: ab illa autem differt anguſtia caudæ.

** 3. Columba Livia.

Columba cinereo-cœruleſcens, tænia duplici tranſverſa nigra in alis, parte dorſi inferiore alba ... Le Biset. C. Livia. 2. β. Linn.

Geſn. Aldrov. Jonſt. Charlet. Willugb. Raj. Klein. Rzac. Columba fera ſaxatilis. *Schwenk.* Columba ſylveſtris, cinerea, omnium minima. *Barr.* Phabes, ſeu Pa-

Palumbus minor. *Aldrov.* Bifet. *Bel. Alb.* Ramier. *Du Tertre.* *Germanice*, LOCH-TUB. *Anglice*, STOCK-DOVE. *Gesn. Alb.*

Craffitie & magnitudine *Columbam Domesticam* adæquat. Collum viridi-aureo feu columbino colore fplendet. Remiges majores ex cinereo nigricant: fequentes aut fecundariæ ex cinereo cœrulefcunt apicibus nigris, quibus in utraque ala tænia duplex transverfa nigra efficitur. Rectrices, ut corporis pennæ, cinerafcunt, fed faturatius, apicibusque nigris donantur: utrinque autem extima latere exteriore albicat. Roftrum pallide rubet. Pedes funt rubri; ungues nigri.

** 4. COLUMBA SAXATILIS.

Columba cinerea; pectore dilute vinaceo; macula duplici fufco-nigricante in utraque ala; remigibus majoribus fufcis; minoribus ut & rectricibus cinereis & apice nigricantibus. ... LE PIGEON DE ROCHE, OU LE ROCHERAYE.

Aldrov. Columba Rupicola. *Willugb. Raj. Sibbald. Klein.* Palumbus rupicola. *Charlet.* *Anglice*, ROCK-PIDGEON. β. Saxatilis. 2. γ. Linn.

Columbam Liviam craffitie & magnitudine circiter æquat. Caput & colli pars inferior faturate cinerafcunt. Partes aliæ fuperiores, ut & corporis tota pars inferior, dilute funt cinereæ. In collo fuperiore coloribus Columbinis fplendentibus adornatur. Roftrum ei cinereum; pedes rubri; ungues nigri. Migratoria eft hæc fpecies.

Hujus fpeciei varietas eft

A. COLUMBA ALBA SAXATILIS.

LE ROCHERAYE BLANC.

Columba agreftis. *Frifch. bujus icon accuratiffima.* *Germanice*, FELD-TAUBE.

Magnitudine & crassitie præcedentem circirter æquat; colore autem ab illa differt. Per universum corpus alba est, exceptis capite, uropygio & cauda, quæ splendide rufescunt. Rostrum, ut in præcedente, cinereum; pedes rubri; ungues carnei. Migratoria est.

** 5. Oenas sive Vinago.

Columba cinerea; collo inferiore & pectore vinaceis; macula duplici nigra in utraque ala; remigibus quatuor majoribus nigris, oris exterioribus albis, minoribus vero ut & rectricibus, una utrinque quæ albescit excepta, in exortu cinereis in apice nigris. ... Le Pigeon Sauvage.

Columba cavernalis. *Charlet.* Columba fera arborea. *Schwenck.* Columba lignorum proprie. *Klein.* Columba agrestis, seu saxatilis Varroni. *Rzac.* Oenas. *Gesn. Linn. Aldrov. Jonst. Willugb. Raj. Sibbald.* Vinago, sive Columba montana. *Frisch. hujus icon accuratissima.* Pigeon fuyard. *Bel.* Pigeon ramier. *Alb.* *Germanice*, Hol-Tauben. *Anglice*, Stock-Dove.

C. Oenas. 1. Linn.

Columbam domesticam paululum crassitie & magnitudine superat. Collum ipsius coloribus columbinis splendet. Rostrum pallide rubet: pedes rubri; ungues nigri.

** 6. Palumbus.

Columba cinerea; collo inferiore & pectore vinaceis; macula in collo utrinque alba torquis adinstar; remigibus majoribus fuscis; rectricum apicibus nigris. ... Le Pigeon Ramier.

C. Palumbus. 19. Linn.

Columba sylvestris, cinerea, ex rubro & cœruleo mixta, pedibus nudis. *Barr.* Columba torquata. *Klein.* Palumbus. *Gesn. Linn. Schwenck. Prosp. Alp.* Palumbus major, vel torquatus. *Gesn. Aldrov. Jonst. Raj. Charlet. Sibbald. Willugb. Rzac.* Palumbus, sive Palumbes major; Columba torquata. *Frisch. hujus icon accurata.* Ramier. *Bel.* *Germanice*, Ringel-Tub. *Belgice*, Ring-Duve. *Anglice*, Ring-Dove.

Crassi-

Craſſitie adæquat *Columbam Romanam.* Ipſius longitudo 17 pollices & 6 lineas explet. Apices remigum majorum, alis in contrarium extenſis, 29 pollicum intervallo diſtant. Roſtrum 14 lineas longum; cauda 6 pollices & 4 lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue 1 pollicem cum 6 lineis; laterales paulo ſunt breviores; poſticus omnium breviſſimus. Alæ complicatæ caudam extremam, excepto 2 pollicum intervallo, attingunt. Pars ſuperior & latera colli coloribus columbinis ſplendet. Oculorum irides pallide flavæ. Roſtrum ſubflavum: membrana nares cooperiens rubra & furfure albicante aſperſa. Pedes fere ad exortum digitorum usque plumoſi, rubri, ſicut & digiti; ungues nigri.

** 7. TURTUR.

Columba ſuperne fuſca, inferne alba; capitis parte ſuperiore cinerea; collo inferiore & pectore vinaceis; macula utrinque in collo nigra, tribus quatuorve tæniis albis variegata. . . . LA TOURTERELLE.

Columba ſylveſtris, ſubtus albicans, ſuperne verſicolor. *Barr.* Columba Turtur. *Klein.* Turtur. *Geſn. Aldrov. Jonſt. Willugb. Raj. Linn. Charlet. Schwenck. Sibbald. Sloane. Rzac. Friſch. hujus icon ſatis accurata.* Turtur auritus. *Raj.* Turtreile. *Bel.* Tourterelle. *Alb.* Tortora noſtrale. *Olina. in qua icon ſatis accurata.* *Germanice*, TURTEL. *Belgice*, TURTEL-DUVE. *Anglice*, TURTLE-DOVE. β. Turtur. 32. Lin

Longus eſt 11 pollices. Longitudo roſtri 10 lineas æquat; caudæ 4 pollices; trium digitorum anticorum medii cum ungue 12 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus adhuc brevior. Ab extremo ad extremum alarum extenſarum 1 pedem & 8 pollices latus eſt; alæ complicatæ tres quartas longitudinis caudæ partes attingunt. Circulus nudus rubeus oculum ambit. Irides ex rubro flavæ. Roſtrum cœruleo-fuſcum; pedes rubri; ungues nigri.

In *Sinarum imperio* Turtur datur, a noſtrate non diſcrepans niſi corpore inferiore toto vinaceo.

** 8. Turtur torquatus.

Columba ſuperne ex albo rufeſcens, inferne alba; collo inferiore & pectore albis ad vinaceum tendentibus; collo ſuperiore torque nigro cincto. . . . . La Tourterelle a Collier.

Columba Turtur Indica. *Klein.* Turtur Indicus. *Aldrov. Jonſt. Friſch. bujus icon accurata. Willugb. Raj.* Turtur Turcicus. *Schwenck.* Tourterelle des Indes. *Alb. Germanice*, Turckisch-Teublin. *Anglice*, Indian-Turtle. C. Risoria - 33 Linn.

Præcedentem craſſitie paululum ſuperat. Ipſius longitudo 1 pedem æquat. Roſtrum 10 lineas longum; cauda 4 pollices cum 3 lineis; trium digitorum anticorum medius cum ungue 13 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus adhuc brevior. Alarum apices 20 pollicum intervallo diſtant; alæ vero complicatæ paulo ultra mediam caudæ longitudinem protenduntur. Oculorum irides miniaceæ: roſtrum nigricat; pedes rubri; ungues fuſci ad luteum vergentes.

Fœmina a mare diſcrepat colore albidiore.

Hujus ſpeciei varietas eſt

A. Turtur hybridus.

La Tourterelle mulet.

Turtur mixtus. *Schwenk. Germanice*, Zwitter Turter-Taube. C. Risoria 33 γ - Linn

Magnitudine *Turturem torquatum* æquat. Vertex, collum, pectus vinaceo colore tinguntur. Dorſum cinereum totum, ex quo rubedinis ſubobſcuræ quid elucet, absque maculis. Venter, alæ interiores & caudæ extrema pars per transverſum albicant. Remiges alarum pennæ fuſcæ. Pedes rubor ſanguineus tingit. Roſtrum ſubcœruleum ex fuſco.

Pro-

Provenit hæc varietas ex conjugio *Turturis noſtratis* maſculi & *Torquati* fœminæ.

9. Turtur Lusitanus.

Columba ſaturate fuſca; macula utrinque in collo albo & nigro variegata; remigibus nigricantibus, oris exterioribus luteis; rectricibus intermediis ſaturate cinereis apice albis, lateralibus exterius & apice albis, interius ſaturate cinereis. ... La Tourterelle de Portugal.

Columba Portugallenſis. *Klein.* Colombe de Portugal. *Alb.* *Anglice*, Portugal-Dove. C. Turtur 32 γ. Lin

Craſſitie & magnitudine *Turturem noſtratem* paululum ſuperat. Oculorum irides croceo colore tinguntur. Roſtrum, unguesque nigri: pedes rubri. Habitat in *Luſitania.*

10. Columba Mexicana.

Columba fuſca; pectore candido; alis extremis albis. ... Le Pigeon du Mexique.

Cehoilotl. *Fern.* Cehoilotl, Columba ſylveſtris *Raj.*
C. Mexicana - 43. Linn.

Oculorum ambitus coccineus: irides nigræ. Pedes rubri. Habitat in *Mexico.*

11. Oenas Mexicana.

Columba ſuperne fuſca nigris maculis varia; inferne dilute fulva; rectricibus caudæ inferioribus cinereis; remigibus, rectricibusque fuſcis. ... Le Pigeon sauvage du Mexique. C. Naevia - 42 Linn

Columba Mexicana Hoilotl dicta. *Raj.* Hoilotl, ſeu Columba. *Fern.*

Columbæ domeſticæ magnitudinem æmulatur. Roſtrum nigrum: pedes rubri. Frigidis, ſylveſtribusque gaudet regionibus. Habitat in *Mexico.*

12. OENAS AMERICANA.

Columba ſuperne cinerea, inferne vinacea; maculis in utraque ala nigris; remigibus fuſco-nigricantibus, oris exterioribus majorum albicantibus; rectricibus intermediis fuſco-nigricantibus & lateralibus cinereo-albis. . . . LE PIGEON SAUVAGE D'AMÉRIQUE.

Columba Macroura. *Linn.* Columba Americana. *Friſch. hujus icon accurata.* Columbus, Palumbus Carolinenſis. *Klein.* Pigeon de paſſage. *Cateſb. avec une figure très exacte.* *Germanice*, AMERICANISCHE-TAUBE. *Anglice*, PIGEON OF PASSAGE.

C. Migratoria. 36. Linn.

Craſſitie adæquat *Oenadem noſtratem.* Ipſius longitudo 14 circiter pollices æquat. Roſtrum 11 lineas longum. Collum ad latera pulchris coloribus *Columbinis* perluſtratur. Oculorum ambitus coccineus. Irides vero aurantio colore fulgent. Roſtrum, unguesque nigri: pedes rubri. Habitat in *America.*

13. TURTUR AMERICANUS.

Columba ſuperne obſcure fuſca, inferne fuſco-cinerea; collo inferiore & pectore roſeis; macula infra aures nigra; maculis in utraque ala nigris; rectricibus intermediis nigricantibus, lateralibus cinereis verſus apicem nigris albo terminatis. . . . LA TOURTERELLE D'AMERIQUE.

Pigeon à longue queue. *Edwards, avec une figure exacte.*

C. Marginata. 40. Linn.

Craſſitie *Turturem noſtratem* circiter æquat. Ipſius longitudo 11 circiter pollices explet. Roſtrum 8 lineas longum; cauda 6 circiter pollices. Alæ complicatæ quartam longitudinis caudæ partem non multum excedunt. Ab oris angulis ad oculos usque tænia minima alba utrinque protenditur: albedine oculi quoque ambiuntur. Oculorum irides ſunt obſcure rufæ. Roſtrum corneum, in baſi dilutius in apice ſaturatius. Pedes rubri; ungues nigri. Habitat in *America.*

** 14. COLUMBA MARTINICANA.

Columba superne fusco-rufescens, inferne dilute fulvo-vinacea; torque violaceo-aureo; maculis in utraque ala nigris; remigibus nigricantibus, oris exterioribus albicantibus; rectricibus lateralibus tænia transversa nigra donatis, apice albis.... LE PIGEON DE LA MARTINIQUE.

C. Martinica - 24 B. - Linn -

Columbam domesticam crassitie circiter æquat. Decem pollices longa est. Rostri longitudo 10 lineas explet; caudæ 3 pollices cum 6 lineis; trium digitorum anticorum medii cum ungue 12½ lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus omnium brevissimus. Alæ complicatæ duas tertias longitudinis caudæ partes attingunt. Rostrum, unguesque nigri: pedes rubri. Habitat in *Martinicana insula*, ubi *Perdix* dicitur.

15. COLUMBA INDICA.

Columba superne fusco-rufescens, inferne dilute cinereo-cœrulescens; macula infra aures nigra, a pennis brevissimis confecta; remigibus nigris; rectricibus lateralibus obscure cinereis, apice albis.... LE PIGEON DES INDES.

Columba subfusca media, &c. *Browne*. Columba Indica fusca. *Klein*. Columba Asiatica, vel Leucoptera. *Linn*. Pigeon brun des Indes. *Edwards*, *avec une figure exacte*. *Anglice*, WHITE WINGED DOVE.

C. Leucoptera - 15 Linn.

Turturem nostratem crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo 8 aut 9 pollices explet. Rostrum 9 lineas longum est; cauda 3 circiter pollices. Alæ complicatæ mediam circiter caudæ longitudinem attingunt. Pennæ infra maculas sitæ in marginibus viridi-aureo splendente ornantur, qui color, pro vario quo lucis radii incidunt modo, plus minusve apparet: reliqua colli in parte superiore & ad latera violaceo splendenti perlustrantur. Cutis nuda splendide cœrulea oculos ambit. Oculorum irides coc-

cineæ ad aureum colorem inclinant; roſtrum nigricat: pedes rubri; ungues fuſci. Frequenter caudam motitat, *Motacillarum* inſtar. Habitat in *India Orientali*.

16. TURTUR SINENSIS STRIATUS.

Columba ſuperne fuſca tæniis transverſis arcuatis nigris ſtriata, inferne pallide roſea; tectricibus alarum majoribus intermediis albis; remigibus nigris, oris exterioribus albis. . . . LA TOURTERELLE RAYÉE DE LA CHINE. C. Sinica -28 Linn.

Columba ſinica. *Linn.* Columba Sinenſis, elegans. *Klein.* Colombe de la Chine. *Alb.* *Anglice*, DOVE FROM CHINA.

Turturem torquatum craſſitie circiter æquat. Vertex cineraſcit. Collum ad latera & genæ flavæ; pennis tamen, ſecundum latera colli, in extremitate rubris; inter quem colorem & colorem dorſum ſuperius tingentem, tænia adeſt longitudinalis pennis cœruleis compoſita. Oculorum irides albæ: roſtrum cinereo—cœruleum. Pedes rubri: ungues albi. Habitat in *Sinenſi regione*.

17. TURTUR INDICUS STRIATUS.

Columba ſuperne cinereo—fuſca tæniis transverſis arcuatis nigris ſtriata, inferne roſea; ad latera cœruleſcens; rectricibus lateralibus apice albis.... LA TOURTERELLE RAYÉE DES INDES.

Columba Turtur Indiæ Orientalis. *Klein.* Pigeon barré. *Edwards, avec une figure exacte.* C. striata 18 Linn.

Turturi noſtrati paululum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 9 circiter pollices cum 6 lineis æquat. Roſtrum 9 lineas longum eſt; cauda 3 circiter pollices & 9 lineas. Alæ complicatæ ad mediam circiter caudæ longitudinem extenduntur. Syncipat, genæ & guttur dilute cœruleſcunt. Capitis pars ſuperior & occiput ad ruſum inclinant. Dorſum, alarumque

rumque tectrices sunt cinereo—fuscæ, tæniis transversis arcuatis nigris striatæ. Uropygium & caudæ tectrices superiores concolores, sed tæniis transversis nigris destitutæ. A naribus ad oculos usque utrinque linea protenditur alba. Idem color oculos ambit. Oculorum irides cinereo—cœruleæ. Rostrum dilute corneum; membrana autem nares cooperiens dilute cœrulescit. Pedes pallide rubri: ungues fusci. Habitat in *India Orientali.*

†. ** 18. TURTUR CAROLINIENSIS.

Columba superne fusco—cinerea paululum rufo admixto, inferne rufescens; cauda longissima acuta; remigibus cinereo—nigricantibus, oris exterioribus majorum albicantibus. ... LA TOURTERELLE DE LA CAROLINE.

Klein. Picacuroba. *Pison. Marcgr. Willugh. Jonst.* Tourterelle de la Caroline. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice*, TURTLE OF CAROLINA.
C. Carolinensis - 37. Linn.

Turturi nostrati paululum crassitie cedit. Decem pollices & 6 lineas longus est. Rostri longitudo 8 lineas æquat; caudæ 4 pollices & 6 lineas; medii trium digitorum anteriorum cum ungue 10 lineas; laterales paulo sunt breviores; posticus autem adhuc brevior. Alæ complicatæ tertiam longitudinis caudæ partem paululum excedunt. In mare tantum, pectus violaceo—aureo colore splendet, pro eo quo lucis radii incidunt modo. Utraque ala maculis quibusdam nigris, versus apicem majorem tectricum sitis, variegatur. Cutis cœrulea oculos ambit. Oculorum irides nigræ: rostrum nigricat: pedes sunt rubri; & ungues fusci.

Habitat in *Carolina, Brasilia & insula Dominicopoli.*

†. ** 19. TURTUR PARVUS AMERICANUS.

Columba superne fusco—cinerea, inferne vinacea; collo

collo inferiore & pectore fuſco—nigricante maculatis; tectricibus quibusdam viridi anatino variegatis; remigibus exterius & apice fuſco—nigricantibus, interius rufis, rectricibus lateralibus nigricantibus. . . . La petite Tourterelle d'Amérique.

Columba Paſſerina. *Linn.* Columba ſubfuſca minima, &c. *Browne.* Columba ſylveſtris minima Braſilienſis. *Willugb. Raj.* Columbus minimus. *Klein.* Turtur minimus guttatus. *Sloane.* Turtur Indicus, ſeu Cocotzin. *Euſ.* Nieremb. *Willugb. Raj.* Cocotzin. *Fern.* Cocotli. *Fern.* Picuipinima. *Piſon. Marcgr. Jonſt.* Petite Tourterelle tachetée. *Catesb. avec une figure exacte de la femelle.* Ortolan de la Martinique. *Du Tertre.* *Anglice,* Least Barbados-Turtle. C. Passerina. 34 .Linn.

Craſſitie *Alaudam criſtatam* non multum ſuperat. Ipſius longitudo 6 pollices & 3 lineas adæquat. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda 2 pollices; medius trium anticorum digitorum cum ungue 8 lineas; laterales paulo ſunt breviores; poſticus vero digitus omnium breviſſimus. Alæ complicatæ quartam longitudinis caudæ partem non excedunt. Oculorum irides aurantio colore ſplendent. Roſtrum in exortu pallide rubet, apice nigricante. Pedes rubri; ungues nigricantes.

Fœmina a *mare* diſcrepat in eo quod corporis pars inferior non ita ſit vinacea, ſed colore dilutiore & albicante tincta ſit.

Habitat in variis *Americæ* locis.

†. ** 20. Turtur parvus fuſcus Americanus.

Columba ſuperne fuſca ſerici adinſtar ſplendet, inferne ſordide alba ad rufum inclinans; tectricibus alarum ſeptem maculis, ſplendide chalybeis, variegatis; remigibus exterius & apice fuſco—nigricantibus, interius rufis. . . . La petite Tourterelle brune d'Amérique. C. Minuta 35 Linn

Cocotzin aliud genus. *Fern. Willugb.*

Spe-

Specie iſta minorem non novi *Turturem.* Ipſius longitudo 5 pollices & 6 lineas æquat. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda 2 pollices; trium anticorum digitorum medius cum ungue 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus adhuc brevior. Alæ complicatæ tertiam circiter longitudinis caudæ partem attingunt. Pedes ſunt rubri; roſtrum, unguesque fuſci. Habitat in *Dominicopoli Inſula.*

** 21. TURTUR CANADENSIS.

Columba ſuperne griſeo–fuſca, inferne ſordide alba; alarum tectricibus ex fuſco nigricante maculatis; remigibus fuſcis, oris exterioribus majorum flavicantibus; rectricibus cinereis, duabus maculis quarum una eſt rufa altera fuſco–nigricans, in latere exteriore conſpicuis. . . . LA TOURTERELLE DE CANADA. C. Canadensis. 30 Linn.

Turturem noſtratem craſſitie paululum ſuperat. Ipſius longitudo 13 eſt pollicum. Roſtrum pollicem æquat; cauda 5 pollices & 6 lineas; medius trium digitorum anticorum cum ungue 1 pollicem & 4 lineas explet: laterales paulo ſunt breviores, & poſticus adhuc brevior. Alæ complicatæ mediam caudæ longitudinem paululum excedunt. Roſtrum nigricat: pedes ſunt rubri; ungues vero nigri.

A *mare fœmina* differt in eo quod pennæ partem corporis ſuperiorem tegentes, ſordide albo–flavicante terminantur, unde pars iſta tæniis ſtrictioribus ejusdem coloris transverſaliter ſtriata apparet. Habitat in *Canada.*

†. ** 22. TURTUR CAPITIS BONÆ SPEI.

Columba ſuperne griſeo–fuſca, inferne ſordide alba; cauda longiſſima acuta; utraque ala macula chalybea ſplendente; remigibus majoribus interius rufis; rectricibus ſubtus nigris. . . . LA TOURTERELLE DU CAP DE BONNE ESPÉRANCE. C. Capensis - 39 L

Alau-

Alaudam cristatam crassitie non multum superat. Ipsius longitudo 9 est pollicum cum 6 lineis. Rostrum 7 lineas longum est; cauda 5 pollices & 3 lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue 7 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus autem anticorum exteriorem longitudine adæquat. Alæ complicatæ tertiam longitudinis caudæ partem attingunt. Rostrum pedesque sunt rubri, & ungues fusci. Habitat in *Senegale*, & in *Capite bonæ Spei.*

Mas a *fœmina* differt gutture & parte colli inferiore splendide nigris, & tectricibus alarum majoribus nigricante terminatis.

†. ** 23. TURTUR SENEGALENSIS.

Columba superne griseo-fusca; pectore dilute vinaceo; inferne sordide alba; remigibus omnibus interius rufis; rectricibus subtus nigris; utraque ala viridi aureo splendente maculata. . . . LA TOURTERELLE DU SÉNÉGAL. C. Afra 31 Linn.

Merulæ crassitie cedit. Ipsius longitudo 8 pollices æquat. Rostrum 8 lineas longum est; cauda 2 pollices & 9 lineas; medius trium digitorum anticorum cum ungue 9 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus adhuc brevior. Alæ complicatæ mediam circiter caudæ longitudinem attingunt. Rostrum pedesque rubent; ungues fuscescunt. Habitat in *Senegale.*

†. ** 24. TURTUR TORQUATUS SENEGALENSIS.

Columba superne griseo-fusca, inferne sordide alba; capite ac pectore subvinaceo; remigibus fuscis, oris exterioribus sordide albicantibus; rectricibus lateralibus nigris, & in extremitate griseis; collo superiore torque nigro cincto. . . . LA TOURTERELLE A COLLIER DU SÉNÉGAL. C. Vinacea 57. Linn

Crassitie *Merulam* circiter æquat. Ipsius longitudo 9 est

9 eſt pollicum cum 6 lineis. Roſtrum 9 lineas æquat; cauda 3 pollices; trium digitorum anteriorum medius cum ungue 10 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus adhuc brevior. Alæ complicatæ mediam circiter caudæ longitudinem attingunt. Roſtrum nigricat; pedes rubent; ungues fuſceſcunt. Habitat in *Senegale*.

† ** 25. TURTUR GUTTURE MACULATO SENEGALENSIS.

Columba ſuperne fuſco–rufeſcens, inferne alba; capite & pectore vinaceo; collo inferiore nigro maculato, remigibus exterius cinereis interius fuſcis; rectricibus tribus extimis ultima medietate albis.... LA TOURTERELLE A GORGE TACHETÉE DU SÉNÉGAL. C. Senegalensis. 26. Linn.

Craſſitie *Merulam* circiter æquat. Ipſius longitudo 9 eſt pollicum cum 9 lineis. Roſtrum 8 lineas longum eſt; cauda 4 pollices; medius trium digitorum anticorum cum ungue 11 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus omnium breviſſimus. Alæ complicatæ mediam circiter caudæ longitudinem attingunt. Roſtrum nigricat, pedes rubent; ungues fuſceſcunt. Habitat in *Senegale*.

†. ** 26. TURTUR AMBOINENSIS.

Columba rufa; cauda longiſſima; pennis collum & pectus tegentibus nigricante transverſim ſtriatis; remigibus fuſcis; rectricibus fuſco–rufeſcentibus.... LA TOURTERELLE D'AMBOINE. C. Amboinensis. Lin.

Turturem noſtratem craſſitie circiter adæquat. Ipſius longitudo 14 pollices explet. Roſtrum 10 lineas longum eſt; cauda 8 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus omnium breviſſimus. Alæ complicatæ ad tres ultra caudæ exortum pollices protenduntur. Roſtrum pedesque rubent; ungues fuſceſcunt. *A mare fœmina* diſcrepat in

in eo quod ipsius colores sint dilutiores. Habitat in *Amboinensi insula.*

†. ** 27. COLUMBA VIOLACEA MARTINICANA.

Columba castaneo—violacea; ventre rufescente; remigibus interius rufis. . . . LE PIGEON VIOLET DE LA MARTINIQUE.

Perdrix rousse. *Du Tertre.* C. Martinica 24 Linn.

Turturem crassitie circiter adæquat. Ipsius longitudo 9 pollices & 3 lineas explet. Rostrum 10 lineas longum est; cauda 2 pollices & 11 lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue 14 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus adhuc brevior. Alæ complicatæ paulo ultra mediam caudæ longitudinem protenduntur. Papillæ carnosæ coccineæ oculos ambiunt. Irides etiam coccineæ. Rostrum pedesque rubent; ungues ex griseo fuscescunt. Habitat in *Insula Martinicana.*

Hujus speciei varietatem vidi, ad fuscum colorem magis accedentem.

28. COLUMBA MONTANA MEXICANA.

Columba rufo—purpurea; tectricibus alarum minoribus candidis. . . . LE PIGEON DE MONTAGNE DU MEXIQUE. C. Hoilotl - 12. Linn.

Columba Mexicana, montana, maxima. *Raj.* Hoïlotl. *Fern.*

Columbam Romanam magnitudine fere adæquat. Rostrum & pedes coccinei. Aliæ sunt coloris fulvi, sed tamen diluti, exceptis quoque tectricibus alarum minoribus albis. Rostrum habent & pedes rubescentes; ungues nigros. Habitant in *Mexicanis montibus.*

† ** 29. COLUMBA RUFA CAYENNENSIS.

Columba superne rufo—purpurea, inferne rufescens; collo inferiore & pectore carneis; remigibus, rectricibusque rufis. . . . LE PIGEON ROUX DE CAYENNE.

Co-

Columba montana. *Linn.* Columba purpureo-rufescens, iridibus & palpebris coccineis. *Browne.* Columba minor fulva. *Sloane.* Perdix montana. *Raj.* Perdrix de la Martinique, *ou* Turtur rubens cruribus & oculis corallinis. *Feuillée.* *Anglice*, MOUNTAIN-PARTRIDGE. C. Montana 13. Linn.

Præcedenti crassitie cedit. Pollices 8 & 6 lineas longa est. Rostri longitudo 8½ lineas æquat; caudæ 2 pollices cum 6 lineis; trium digitorum anticorum medii cum ungue unum pollicem: laterales paulo sunt breviores; posticus omnium brevissimus. Alæ complicatæ ultra mediam caudæ longitudinem paululum protenduntur. Papillis carnosis coccineis ambiuntur oculi: irides etiam coccineæ. Rostrum & pedes sunt rubri; & ungues griseo—fusci. Habitat in *Cayennensi insula.*

30. COLUMBA GUINEENSIS.

Columba superne fusco–purpurascens in violaceum mutans, inferne dilute cinerea; uropygio albo; maculis in utraque ala triangularibus albis; remigibus majoribus nigris, oris anterioribus dilute cinereis; rectricibus obscure cinereis, apice nigris. . . . LE PIGEON DE GUINÉE.

Columba Guinea. *Linn.* Columba Guineensis. *Klein.* Pigeon aux taches triangulaires. *Edwards, avec une figure très-exacte.* C. Guinea 16. Linn.

Crassitie adæquat *Columbam Romanam*, eamque magnitudine circiter attingit. Alæ complicatæ ad duas circiter tertias longitudinis caudæ partes protenduntur. Oculorum irides splendide aurantiæ. Rostrum nigricat; membrana autem nares cooperiens cinerea. Pedes pallide rubri: ungues fusci. Habitat in *regionibus Guineæ meridionalibus.*

31. COLUMBA JAMAICENSIS.

Columba superne fusco—purpurascens; inferne alba; rectricibus cœruleis linea alba terminatis; vertice albo. . . . LE PIGEON DE LA JAMAÏQUE.

Columba minor ventre candido. *Sloane. Raj.* Columba media, ventre candido. *Browne.* *Anglice*, WHITE-BELLY'D DOVE. C. Jamaicensis - 25 Linn.

Ipſius longitudo 9 pollices æquat. Alarum apices 16 pollicum intervallo diſtant. Roſtrum 8 lineas longum. Membrana nares cooperiens duplici protuberantia eſt elata. Oculorum irides albæ. In *Jamaïca* invenitur.

†. ** 32. TURTUR JAMAICENSIS.

Columba ſuperne fuſca ad vinaceum inclinans, inferne vinaceo—rufeſcens; pectore vinaceo; capite, guttureque cœruleis; tænia infra oculos alba; remigibus fuſcis, rectricibus inferne nigricantibus, ſuperne ex cinereo nigricantibus. . . . LA TOURTERELLE DE LA JAMAÏQUE. C. Cyanocephala 20. Linn

Columba cyanocephala. *Linn.* Columba capite nigro. *Klein.* Tourterelle de la Jamaïque. *Alb.* *Anglice*, TURTLE-DOVE FROM JAMAICA.

Columbam Liviam craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 11 eſt pollicum. Roſtrum 11 lineas longum eſt; cauda 3 pollices cum 11 lineis; trium digitorum anticorum medius cum ungue 13 lineas; laterales paulo ſunt breviores; poſticus adhuc brevior. Alæ complicatæ paululum ultra tertiam longitudinis caudæ partem extenduntur. Roſtrum baſi rubrum, apice cinereum: pedes, unguesque rubri. Habitat in *Jamaïca*.

** 33. COLUMBA SAXATILIS JAMAICENSIS.

Columba ex fuſco cinereo—cœruleſcens; remigibus, rectricibusque fuſcis; vertice albo & infra albedinem ex purpureo verſicolore; collo ex viridi in cœruleum & cupreum mutabili conſpicuo. . . . LE PIGEON DE ROCHE DE LA JAMAÏQUE.

Columba Leucoçephala. *Linn.* Columba minor capite albo. *Sloane, hujus icon ſatis accurata. Raj. Klein.* Columba minor Leucocoryphos. *Raj.* Columba ver-

vertice depreſſo albido. *Browne.* Pigeon à la couronne blanche. *Catesb. avec une figure très-exacte.* Goritas de Oviedo. *Sloane. Raj.* *Anglice*, BLAD-PATE.
C. Leucocephala. 14 Linn.

Craſſitie circiter adæquat *Columbam domeſticam.* Ipſius longitudo 13 pollices explet. Roſtrum unum pollicem longum; cauda 5 pollices; medius trium digitorum anticorum cum ungue 18 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus omnium breviſſimus. Alæ complicatæ duas tertias longitudinis caudæ partes attingunt. Cutis alba oculos ambit; irides vero luteæ. Roſtrum baſi rubrum, apice albet. Pedes rubri; ungues griſei. Habitat in omnibus *Bahamenſibus Inſulis*, in *Jamaïca*, & *Inſula Dominicopoli.* Fœcundiſſima eſt hæc ſpecies. Inter ruper nidificat.

34. COLUMBA CAUDA ANNULO CINCTA JAMAICENSIS.

Columba ſuperne pallide cœrulea, inferne alba; capite, collo inferiore & pectore purpurascentibus; cauda pallide cœrulea, faſcia transverſa nigra notata. . . . LE PIGEON A QUEUE ANNELÉE DE LA JAMAÏQUE.

Columba cauda torquata. *Sloane. Klein.* Columba cauda faſcia notata. *Raj.* Columba major nigro cœruleſcens, cauda faſciata. *Browne.* *Anglice*, RING-TAIL'D' PIGEON. C. Caribaea 6. Linn.

Ipſius longitudo 15 pollices æquat. Extremitates alarum 20 pollicum intervallo diſtant. Roſtrum 9 lineas longum eſt; cauda 4 aut 5 pollices. Membrana nares cooperiens ad baſin roſtri duplici protuberantia elata eſt. Oculorum irides coccineæ. Habitat in *Jamaïca.*

35. COLUMBA COERULEA MEXICANA.

Columba ſuperne cœrulea, inferne rubea; tectricibus alarum rubeis; remigibus, rectricibusque cœruleis. . . . LE PIGEON BLEU DU MEXIQUE.

Tlacahoilotl. *Fern. Raj.* C. Caerulea 11. Linn.

Columbam domeſticam magnitudine circiter æquat.

 Ocu-

Oculorum irides rubræ: roſtrum quoque, pedesque rubri. Habitat in *Mexico*.

†. ** 36. Palumbus coeruleus Madagascariensis.
Columba cœruleo—nigricans; cauda purpureo—violacea; colli pennis longioribus & ſtrictioribus, pedibus plumoſis. . . . Le Pigeon ramier bleu de Madagascar. C. Madagascariensis 31. Linn.

In inſula Madagaſcar dicitur, Founingo-mena-rabou.

Columbæ domeſticæ paululum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 10 pollices & 6 lineas æquat. Roſtrum 11 lineas longum eſt; cauda 3 pollices cum 3 lineis; medius trium digitorum anticorum cum ungue unum pollicem: laterales paulo ſunt breviores; poſticus adhuc brevior. Alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. In utroque capitis latere cutis eſt rubra in qua oculi ſiti ſunt. Roſtrum, pedes & digiti rubri; ungues nigri: pedes vero fere ad exortum usque digitorum ſunt plumoſi. Habitat in *Inſula Madagaſcar*.

†. ** 37. Palumbus viridis Madagascariensis.
Columba viridi—olivacea; alis macula rubeſcente conſpicuis; pennis ventris & crurum ſulphureo ac nigricante colore variegatis; remigibus ſupra nigricantibus ſubtus cinereis, oris exterioribus ſulphureis; rectricibus cinereis; pedibus plumoſis. . . . Le Pigeon ramier verd de Madagascar.

Columba viridiſſimi coloris. *Bont.* *Dicitur in Inſula Madagaſcar*, Founingo Maïtsou. C. Madag. 31 β Lin.

Columbam domeſticam craſſitie circiter adæquat. Pollices 11 & 6 lineas longus eſt. Roſtrum 11 lineas æquat; cauda 3 pollices cum 6 lineis; trium digitorum anticorum medius cum ungue 14 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus adhuc brevior. Alæ complicatæ mediam caudæ longitudinem attingunt. Roſtrum & ungues cinerei; pedes & di-

digiti rubri: pedes autem fere ad exortum usque digitorum pennis ſicut pennæ crurum variegatis cooperiuntur. Habitat in *Inſula Madagaſcar.*

†. ** 38. Columba viridis Philippensis.

Columba viridi-olivacea; collo dilute caſtaneo; pectore aurantio; alarum tectricibus majoribus, ſulphureo terminatis; remigibus ſupra nigricantibus ſubtus cinereis, oris exterioribus ſulphureis; pennis caudam ſubtus tegentibus rufis; pedibus nudis. . . . Le Pigeon verd des Philippines.

Columba Maderaſpatana variis coloribus eleganter depicta. *Raj.* *Anglice*, Parrot-Dove. *Raj.* C. Vernans 69 Lin

Turturem noſtratem paululum craſſitie ſuperat. Pollices 9 & 6 lineas longa eſt. Roſtrum 9 lineas longum; cauda 3 pollices cum 6 lineis; trium digitorum anticorum medius cum ungue 13 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus omnium breviſſimus. Alæ complicatæ ad duos ultra caudæ exortum pollices protenduntur. Roſtrum in exortu nigricat, apice flavicat. Pedes ſunt rubri; ungues nigri. Habitat in *Philippenſibus Inſulis.*

In *Peninſula citra Gangem fluvium* habitat Columba, ab iſta non diſcrepans niſi capite cinereo-albo.

†. ** 39. Columba viridis Amboinensis.

Columba viridi-olivacea; capitis parte ſuperiore cinerea; collo & pectore flaveſcente; dorſo castaneo; remigibus ſupra nigris infra cinereis, oris exterioribus flavis; pedibus nudis. . . . Le Pigeon verd d'Amboine. ~~C. Viridis 23 Linn~~ C. Aromatica 47 Linn.

Craſſitie *Turturem* circiter æquat. Ipſius longitudo 10 eſt pollicum & 6 linearum. Roſtrum 10 lineas longum eſt; cauda 3 pollices & 8 lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue pollicem unum: laterales paulo ſunt breviores; poſticus adhuc brevior. Alæ complicatæ duas circiter tertias longitudinis

dinis caudæ partes attingunt. Roſtrum virideſcit. Pedes, unguesque cineraſcunt. Habitat in *Amboinenſi Inſula*.

40. Columba viridis Insulæ sancti Thomæ.

Columba viridis; tectricibus caudæ inferioribus flavis; remigibus & apice caudæ viridi-fuſcis. . . . Le Pigeon verd de l'Isle S. Thomas.

Columbæ ſylveſtris ſpecies ex inſula ſancti Thomæ. *Marcgr. Jonſt. Willugb. Raj. Klein.* C. S. Thomæ - 26. Linn.

Columbam noſtratem magnitudine & figura refert Oculos habet nigros circulo cœruleo cinctos. Roſtrum ab exortu ad medietatem usque ſanguineum, à medietate vero ad apicem cœruleum cum albi & flavi mixtura. Pedes crocei: ungues fuſci. Habitat in *Inſula ſancti Thomæ*.

†. ** 41. Palumbus Moluccensis.

Columba ſuperne viridi-aurea in cupri puri colorem mutans, inferne cinereo-alba ad vinaceum inclinans; majoribus remigibus cinereis apicibus dorſo concoloribus; tectricibus caudæ inferioribus caſtaneo-purpureis; rectricibus ſubtus cinereis; pedibus plumoſis. . . . Le Pigeon ramier des Moluques. C. Aenea - 22. Linn.

Palumbum craſſitie circiter adæquat. Ipſius longitudo unius eſt pedis & 5 pollicum. Roſtrum unum pollicem & 5 lineas longum; cauda 5 pollices cum 3 lineis; trium digitorum anticorum medius cum ungue 1 pollicem & 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus omnium breviſſimus. Alæ complicatæ tertiam circiter longitudinis caudæ partem attingunt. Pedes ad mediam circiter longitudinem plumoſi. Roſtrum, pedes & ungues virideſcunt. Habitat in *Molucis Inſulis*. Nucibus muſchatis victitat.

†. ** 42. PALUMBUS AMBOINENSIS.

Columba viridi-aurea in cupri puri colorem mutans; syncipite albo, superioris capitis parte cœruleo; alis in exortu albo maculatis; uropygio & cauda superne cinerea; collo & pectore rubescentibus; remigibus fuscis, introrsum rufis; rectricibus intermediis nigris, extimis vero cinereis, apice nigro. . . . LE PIGEON RAMIER D'AMBOINE.

Columba Indica. *Linn.* Columba Turture nostrate minor; principibus coloribus superbiens, Indiæ Orientalis. *Klein.* Pigeon à l'aile verte. *Edwards, avec une figure passable.* C. Indica. 29 Linn.

Crassitie *Turturem* circiter æquat. Ipsius longitudo 10 pollices explet. Rostrum 10 lineas longum est; cauda 3 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue 13 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus omnium brevissimus. Alæ complicatæ ad duas tertias longitudinis caudæ partes protenduntur. Rostrum coccineum; membrana autem nares cooperiens cœrulescit. Pedes rubri; ungues dilute fusci. Habitat in *Amboinensi Insula.*

†. ** 43. TURTUR VIRIDIS AMBOINENSIS.

Columba viridi-aurea in cupri puri colorem mutans; capitis parte anteriore & pectore cinereis; collo inferiore purpureo-violaceo; alarum tectricibus majoribus sulphureis marginibus conspicuis; cauda inferne sordide alba. . . . LA TOURTERELLE VERTE D'AMBOINE. C. Viridis - 23 Linn

Turturi nostrati crassitie cedit. Ipsius longitudo 7 pollices & 9 lineas æquat. Rostrum 8 lineas longum; cauda 2 pollices cum linea una; trium digitorum anteriorum medius cum ungue 11 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus omnium brevissimus. Alæ complicatæ mediam caudæ longitudinem attingunt. Rostrum, pedesque rubent: ungues ex griseo fuscescunt. Habitat in *Amboinensi Insula.*

44. Columba Nicombariensis.

Columba superne cœruleo, rubro, purpureo, luteo & viridi versicolor, inferne obscure fusca; capite & gutture nigro—cœruleis; colli pennis longioribus & strictioribus; remigibus tribus primoribus cœruleis; rectricibus albis. . . . Le Pigeon de Nincombar.

Columba Nicobarica. *Linn.* Columba Nincombar, Indica. *Klein.* Pigeon de Nincombar. *Alb.* *Anglice*, Pigeon from the Nincombar.

C. Nicobarica 27 Linn.

Columbam Romanam paululum magnitudine antecellit. Oculorum irides rubræ. Rostrum cinereum. Pedes superne fusci, inferne flavi.

Membrana partes ventriculi interiores cooperiens crassissima fit, & cornu duritie æmulatur.

Fœmina a *mare* discrepat in eo quod colores ipsius minus sint splendentes, & pennas non ita longas in collo obtineat.

Habitat in *Insulis Nicombariensibus.*

ORDO II.

AVES Digitis quatuor membranis destitutis, tribus scilicet anticis, uno postico, omnibus circiter usque ad exortum discretis: cruribus ad calcaneum usque plumosis: & rostro conico—incurvo donatæ.

Omnes hujus ordinis Aves granis præcipue victitant. Multiparæ sunt. Humi nidificant, quia scilicet pulli recenter exclusi non aluntur a matribus, sed densa lanugine vestiti, huc illuc cursitantes, matres sequuntur, cibum rostellis colligentes. Digiti tres anteriores in hoc ordine Avium in exortu inter se connectuntur rudimento membranæ ad primum usque articulum & non ultra extenso.

Aliæ

Aliæ hujus ordinis Aves capite donantur paleis prædito: aliæ capite paleis destituto. In duas sectiones illas dividimus: prima continet eas quæ capite paleis prædito donantur, ut *Gallo-pavo*, *Gallus*, *Meleagris*: & secunda illas quarum caput paleis destituitur, ut *Lagopus*, *Perdix*, *Phasianus*.

SECTIO I.

Eæ quæ capite donantur paleis prædito.

Hæc sectio tribus constat generibus, palearum numero & situ a se invicem discrepantibus. Aliæ enim hujus sectionis Aves palea una longitudinali, sub gutture pendula, donantur, ut *Gallo-pavo*: aliæ paleis binis longitudinalibus, sub gutture pendulis, & crista membranacea in fronte, ut *Gallus*: aliæ tandem paleis binis longitudinalibus, prope rictum oris, utrinque una, pendulis; & cornu conico in fronte præditæ sunt, ut *Meleagris*.

Omnes hujus sectionis Aves sunt *domesticæ*.

II. *Genus Gallo-pavonis*.

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; omnes circiter usque ad exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum conico-incurvum:

Palea una longitudinalis, sub gutture pendula.

†. ** 1. GALLO-PAVO.

Gallo-pavo caruncula in fronte donatus.... LE DINDON.

Gallo-pavus. *Gesn. Schwenck. Frisch. hujus icon accurata.* Gallo-pavo. *Aldrov. Jonst. Linn.* Gallo-pavo; Meleagris. *Sibbald. Willugh. hujus icon satis accurata. Sloane. Raj. Charlet.* Meleagris. *Linn.*

Meleagris vulgaris. *Klein. Barr. Browne. Rzac.* Cenchramus. *Moebr.* Gibber. *Bell.* Coc-d'Inde. *Bel.* Coq-d'Inde. *Alb.* Poule d'Inde. *Du Tertre.* *Germanice*, INDIANISCHE HAHN. *Anglice*, TURKEY.

Aves omnes domeſticas craſſitie ſuperat. Ipſius longitudo 3 pedes & 4 pollices explet. Roſtrum 2 pollices & 1 lineam longum eſt; cauda 12 pollices & 6 lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue 3 pollices & 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus 15 linearum longitudinem non excedit. Alarum extremitates 4 pedum & 5 pollicum intervallo diſtant; alæ vero complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Caput & pars colli capiti finitima pennis deſtituuntur: obducuntur tantum pelle papillis aſpera carnoſis, coccineis, exceptis illis in capitis vertice & parte colli ſuperiore ſitis, albo, cœruleo & coccineo variegatis. Supra mandibulæ ſuperioris exortum appendicula quædam carnea ſive caruncula rubra eminet, quæ contracta unius pollicis longitudinem non excedit, attamen ad 3½ pollices protendi poteſt. *Mas* in medio pectore faſciculo donatur pilis conſtante rigidis, 6 pollices longis, *Setarum* porcinarum æmulis. (Quasdam obſervavi fœminas, pari pilorum faſciculo, non tamen æque longo, prædítas). *Gallo-pavones* colore variant, ſicut & aliæ Aves domeſticæ. Gallo-pavones nigri quadam viridis mixtura perluſtrantur, verſus uropygium maxime conſpicua. Partem dorſi ſuperiorem tegentes pennæ, alarumque tectrices ſuperiores apice ſunt quaſi quadratim abciſſæ. Octodecim rectricibus cauda conſtat: Avis autem caudam erigit ſecundum directionem longitudini corporis fere perpendicularem, eamque in orbem explicat, & ſic tres quartas circuli partes efformat. *Mas* in parte utriusque pedis poſteriore calcari donatur craſſiſſimo, brevi & obtuſo.

Fœmina a *mare* diſcrepat in eo quod calcari careat,

reat, & caruncula prædita ſit minori multo & breviori. Caudam non geſtat erectam, ſicut *mas*, nec eam in orbem explicat.

A. Gallo–pavo cristatus.

Le Dindon hupé.

Meleagris, Gallo-pavo criſtatus. *Klein. Linn.* Dindon à crête blanche. *Alb. avec une figure paſſable. Anglice*, Crested-Turkey.

A *Gallo–pavonibus* vulgaribus non diſcrepat niſi criſta, quam in capite geſtat, pennis albis conflata.

B. Gallo–pavo sylvestris.

Le Dindon sauvage.

Gallo-pavo ſylveſtris Novæ Angliæ. *Raj. Linn. Anglice*, New-England Wild-Turkey.

A *Gallo–pavone* vulgari differt magnitudine: ſunt enim qui 40 imo 60 libras pondere æquant. Ab eo etiam diſcrepat in eo quod ſit intenſius niger. Habitat in *Nova Anglia*.

2. Gallo–pavo Brasiliensis.

Gallo–pavo nigricans, ita ut prout illuſtratur, cupri puri colorem æmuletur; alarum tectricibus ex viridi–violaceis, remigibus purpureis; ventre maculis albis variegato. Caruncula in fronte carens. . . . Le Dindon du Brésil.

Meleagris criſtata. *Linn.* Alector Braſilianus. *Klein.* Phaſianus fuſcus Braſilienſis. *Klein. Raj.* Jacu-pema. *Piſon. Marcgr. Jonſt. Willugb.* Guan, ou Quan. *Edwards, avec une figure exacte.*

Craſſitie *Gallinam* paululum ſuperat. Ipſius longitudo 2 circiter pedes & 6 pollices æquat. Roſtrum 2 circiter pollices longum eſt; cauda unum pedem; trium digitorum anticorum medius cum ungue 2 pollices: laterales paulo ſunt breviores; poſticus om-

omnium breviſſimus. Alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Genæ cute teguntur nuda, cœrulea ad purpureum vergente, in cujus medio oculi ſiti ſunt. Palea, ſub gutture pendula, in collo inferiore ad ſesquidigiti longitudinem protenditur: ſplendide rubet, rarisque pilis nigris obſita eſt. In vertice pennæ extant nigræ, longiores: quæ in criſtam erigi poſſunt. (Quædam hujus ſpeciei Aves criſta omnino deſtituuntur: fortaſſe hæ ſunt fœminæ). Oculorum irides ſordide aurantiæ. Roſtrum unguesque nigri, pedes ſplendide rubri. Habitat in *Braſilia.*

III. *Genus Gallinaceum.*

Hujus character eſt

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti:

Crura ad calcaneum usque plumoſa:

Roſtrum conico-incurvum:

Paleæ binæ longitudinales, ſub gutture pendulæ:

Criſta membranacea in fronte.

Diverſæ hujus generis ſpecies ſunt *Galli & Gallinæ domeſticæ* varietates; omnes enim differentiæ, quibus aliæ ab aliis diſcrepant, quandoque in uno eodemque individuo ſimul coëunt. Attamen in ſex ſpecies Gallos dividemus; notæ enim, quibus inter ſe differunt, in pullis conſtanter reperiuntur, modo parentes cum nulla alia ſpecie coïtu juncti fuerint.

Cauda in hoc genere Avium ſingularem formam obtinet; quæ ad hoc genus ab omnibus aliis diſtinguendum ſufficeret, ſi omnes hujus ſpecies eſſent caudatæ: una autem prorſus cauda caret. Cauda, quam geſtant erectam, 14 conſtat rectricibus, ſeptem in uno latere ſeptem in altero inclinatis, & ita diſpoſitis ut inter ſe angulum acutum efforment:

quæ

quæ rectricum directio hujus generis Avibus peculiaris eſt. Alis donantur brevibus & caudæ exortum non excedentibus. Mares in utroque pede calcari donantur quandoque longiſſimo & acutiſſimo.

** 1. Gallus domesticus. Gallina domestica Gallus verſicolor. . . . Le Coq et la Poule.

Gallus verſicolor vulgaris. *Barr.* Phaſianus cauda compreſſa aſcendente. *Linn.* Gallus cauda erecta, criſta carnea. *Browne.* Gallus. *Moebr. Euſ. Nieremb.* Gallus Gallinaceus. *Geſn. Jonſt. maris & fœminæ icones ſatis accuratæ. Charlet. Rzac. Aldrov. Raj. Willugb. Sloane. Sibbald. Schwenck.* Alector. *Klein.* Coc. *Bel.* Coq d'Hambourg. *Alb.* Capus. *Geſn. Aldrov. Jonſt. Schwenck. Sibbald.* Gallus ſpado. *Rzac.* Chapon. *Bel* Poule commune. *Du Tertre. Germanice*, Han. *Anglice*, Cok.

Adeo nota & familiaris eſt hæc Avis, ut ei deſcribendæ diu inſiſtere ſupervacaneum foret. Aliæ aliis ſunt majores. Plurimum colore variant, & ſplendidiſſimis coloribus ornantur, præcipue mares. Criſtam membranaceam, ſerratam in fronte geſtant, & paleas binas ſub gutture dependentes. Infra aures cutis eſt nuda candidiſſima.

Mas a *fœmina* diſtinguitur rectricibus duabus intermediis longiſſimis & arcuatis, colli & uropygii pennis longiſſimis & ſtrictioribus, & calcaribus quibus in pedibus donatur, dum iis *fœmina* prorſus caret.

Hujus ſpeciei varietates ſunt

** A. Gallus cristatus. Gallina cristata. Le Coq hupé et la Poule hupée

Linn. Gallus Gallinaceus, criſta in vertice plumoſa. *Raj.* Gallina alba criſtata. *Aldrov. icon ejus ſatis accurata. Willugb.*

In omnibus cum aliis conveniunt, præterquam quod habeant in vertice pennas longiores, quæ criſtam plumoſam efformant.

** B.

** B. Gallus et Gallina pentadactylos.

Le Coq et la Poule a cinq doigts.

Gallus domeſticus. *Friſcb. ejus icones accuratæ.* Pullicenus quinque digitis in utroque pede. *Aldrov.* *Germanice*, Haus Hahn.

Ab aliis differunt numero digitorum, qui ſunt quinque in utroque pede, tres ſcilicet antici, postici bini; quod quodammodo monſtruoſum eſt.

** C. Gallus Patavinus. Gallina Patavina.

Le Coq et la Poule de Padoue.

Aldrov. ejus icones ſatis accuratæ. Jonſt. Willugb. Gallus major exoticus. *Schwenck.* Gallus criſtatus. *Barr.* *Germanice*, Grosser Welscher-Han.

Magnitudine ab aliis diſtinguuntur; *Gallis* enim & *Gallinis* vulgaribus ſunt duplo fere majores. Hæ ſunt quas *Poules de Caux* vocant Galli.

** D. Gallus Turcicus. Gallina Turcica.

Le Coq et la Poule de Turquie.

Aldrov. hujus icones ſatis accuratæ. Jonſt. Willugb.

Colorum varietate & pulchritudine præcipue a noſtratibus differunt.

** E. Gallus Anglicanus. Gallina Anglicana.

Le Coq et la Poule d'Angleterre.

Friſcb. hujus icones accuratæ. *Germanice*, Englische Hahn.

Noſtrates non craſſitie, verum altitudine ſuperant; cruribus enim & pedibus donantur quam in aliis multo longioribus. In cæteris cum noſtratibus conveniunt.

** 2. Gallus et Gallina pumilio.

Gallus pedibus breviſſimis. . . . Le Coq nain et la Poule naine.

Raj.

Raj. Frifch. hujus icones accuratæ. Willugh. Jonſt. Germanice, KRUP HAHN. *Anglice*, CREEPER.

Cum *Gallis* & *Gallinis* vulgaribus craſſitie & colorum varietate conveniunt: fed cruribus donantur breviſſimis; unde *Pumilionis* nomen.

Hujus ſpeciei varietates ſunt

** A. GALLUS ET GALLINA PLUMIPES.

LE COQ PATU ET LA POULE PATUE.

Gallus puſillus. *Linn.* Gallus & Gallina pedibus pennatis. *Aldrov. Willugh.* Gallus plumipes, capite magno globoſo. *Barr.* Gallus. *Jonſt.* Gallus minor. *Friſch. hujus icon accuratiſſima. Germanice*, KLEINE HAHN MIT RAUCHEN FUSSEN.

A præcedente tantum diſcrepant in eo quod pedes habeant ad digitos usque plumoſos.

** B. GALLUS BANTICUS. GALLINA BANTICA.

LE COQ ET LA POULE DE BANTAM.

Gallus minor Banticus. *Browne.* Gallus parvulus. *Bont.* Coq de Bantam. *Alb.* *Anglice*. BANTAM-COCK.

Hæc varietas præcedenti ſimilis eſt: ut illa, pedes habet ad digitos usque plumoſos, ſed in latere exteriore tantum. Ab ea etiam differt pennis crurum longiſſimis & ultra calcaneos multum extenſis. Mas audaciſſimus eſt, & libenter prælium committit contra Gallos etiamſi ſe ipſo duplo majores.

†. ** 3. GALLUS CRISPUS. GALLINA CRISPA.

LE COQ FRISÉ ET LA POULE FRISÉE.

Gallus Gallinaceus criſpus. *Raj. Linn.* Gallus plumis criſpis. *Barr.* Gallus monſtruoſus. *Aldrov.* Gallina pennis reflexis. *Friſch. bujus icon accurata.* Gallina Friſlandica. *Willugh.* Gallina lanigera. *Geſn. Jonſt. Schwenck.* *Germanice*, STRAUBIGE-HENNE.

In omnibus cum noſtratibus conveniunt, præterquam

quam quod pennas habeant per totum corpus ſurſum reflexas & quaſi crispas.

** 4. Gallus Mozambicanus. Gallina Mozambicana.

Gallus criſta & paleis nigris. . . . Le Coq et la Poule negre, ou de Mozambic.

Euſ. Willugb. Gallus & Gallina carne nigra. *Bont.*

Ab aliis diſcrepat hæc ſpecies non ſolum colore pennarum, quæ fere in omnibus nigræ ſunt, ſed quia in illa criſta, paleæ, epidermis & perioſteum nigro colore imbuuntur, ita ut coćta in atramento elixa putetur.

** 5. Gallus Persicus. Gallina Persica.

Gallus uropygio carens. . . . Le Coq et la Poule sans croupion ou de Perse.

Gallus ecaudatus. *Linn.* Gallus non caudatus. *Friſch. ejus icones accuratæ.* Gallus Gallinaceus, cauda ſeu uropygio carens. *Raj.* Gallus rećtricibus carens. *Browne.* Gallus duplici criſta, coronam referente. *Barr.* Gallus & Gallina ex Perſia. *Aldrov. Jonſt. Willugb. Germanice*, Klut-Hahn. *Anglice*, Rumkin.

Cum noſtratibus conveniunt, magnitudine, craſſitie & colorum varietate; ſed uropygio & rećtricibus prorſus carent.

†. ** 6. Gallus Japonicus. Gallina Japonica.

Gallus pennis pilorum æmulis. . . . Le Coq et la Poule du Japon.

Magnitudo circiter eadem cum noſtratibus, ſicut & craſſities. Pennis in toto corpore veſtiuntur albis, ſed ſingularibus; pinnulæ enim ſcapo affixæ nullo modo inter ſe conneƈtuntur, ſed ſunt disjunƈtæ & pilorum æmulæ. Pedes ſunt ad digitos usque plumoſi in latere exteriore tantum: digitus quoque trium anticorum extimus ad unguem usque plumoſus.

IV.

IV. *Genus Meleagridis.*

Hujus character eſt
Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti:
Crura ad calcaneum usque plumoſa:
Roſtrum conico-incurvum:
Paleæ binæ longitudinales, prope rictum oris, utrinque una, pendulæ:
Cornu conicum in fronte.
Calcaribus carent hujus generis Alites.

†. ** 1. Meleagris.

Meleagris nigra, cinereo ſupra nigrum in parte corporis ſuperiore ſparſo, maculis orbiculatis albis varia; marginibus exterioribus remigum albo transverſim ſtriatis. . . . La Peintade.

Meleagris. *Geſn. Moehr. Linn.* Gallus niger, maculis ovalibus & orbiculatis. *Barr.* Gallus clamoſus maculis minoribus orbiculatis varius, criſta cornea, cauda horizontali. *Browne.* Gallus & Gallina Guineenſis. *Sloane. Raj. Jonſt. Willugh.* Gallina Africana. *Marcgr. Jonſt. Willugh. Friſch. hujus icon accurata.* Gallina peregrina. *Proſp. Alp.* Alector Guineenſis. *Klein.* Quetele. *Piſon.* Peintade. *Hiſt. de l'Acad. avec une figure exacte.* Poule Pintade. *Des March.* Poule de la Guinée. *Bel.* Knorhaan. *Kolbe.* *Germanice*, Pert Huhn. *Anglice*, Guiny-Hen.

Gallinam craſſitie circiter adæquat. Ipſius longitudo unum pedem, 9 pollices & 6 lineas explet. Roſtrum 14 lineas longum; cauda 5 pollices cum 9 lineis; trium digitorum anticorum medius cum ungue 2 pollices & 6 lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus 11 linearum longitudinem non excedit. Alæ complicatæ ultra caudæ exortum ad unius pollicis diſtantiam extenduntur. Caput pennis deſtituitur: quædam tamen ſupra roſtri exortum tantum faſciculo donantur pilis conſtante rigi-

dis, quatuor lineas longis, & *ſetarum Porcinarum* æmulis. Genæ in *mare* cœruleſcunt, in *fœmina* rubent. Cornu conicum, in fronte ſitum, paululum retrorſum incurvatur. Cutis fulvo-fuſca aut rubeſcens illud cooperit. Paleæ prope rictum oris utrinque pendulæ, pulcherrimo rubore tinguntur. Colli pars ſuprema pennis veſtitur nigris, rariſſimis, pilorum æmulis, ſurſum & verſus caput tendentibus. Colli pars infima ex cinereo ad violaceum inclinat. Cauda, ut in *Perdicibus*, rotundata, & paululum deorſum tendens. Roſtrum in exortu rubrum, apice corneum. Pedes & ungues griſeo-fuſci.

Habitat in *Africa*, unde in varias regiones advecta fuit Avis iſta.

Hujus ſpeciei varietas eſt

A. Meleagris pectore albo.

La Peintade a poitrine blanche.

Gallus clamoſus, &c. pectore albo. *Browne.* Poule de Guinée. *Alb.*

A præcedente differt in eo quod pectore donetur albo, maculis majusculis nigris, minimis maculis albis variegatis, vario. Primores quatuor remiges, ſicut & quatuor alarum tectrices majores a corpore remotiores, in hac quoque albent. Habitat in *Jamaïca.* Dantur & Meleagrides omnino albæ.

SECTIO II.

Eæ quæ capite donantur paleis deſtitutæ.

Tria in hac ſectione continentur genera Avium, pedibus & cauda a ſe invicem diſcrepantium. Aliæ enim pedibus donantur plumoſis, ut *Lagopus:* aliæ pedibus nudis; inter quas aliæ caudam habent brevem, ut *Perdix;* aliæ caudam longam, ut *Phaſianus.* Omnes hujus ſectionis Alites ſunt *ſylveſtres.*

V.

V. *Genus Lagopodis.*

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; omnes circiter usque ad exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum conico-incurvum:

Caput paleis destitutum:

Pedes plumosi.

Calcaribus carent hujus generis Aves.

** 1. UROGALLUS MAJOR.

Lagopus superne ex cinereo & nigricante transversim striata (*mas*), rufo, nigro & cinereo varia (*fœmina*); collo inferius viridi anatino splendente; macula in scapulis alba; remigibus minoribus fuscis, exterius & in apice fusco & rufescente variis; rectricibus 16 nigris.... LE COQ-DE-BRUYERES, OU DE LIMOGES.

Lagopus maximus. *Klein.* Urogallus. *Gesn. Linn.* Urogallus, seu Tetrao. *Aldrov. Willugh. Sibbald. Raj. Jonst. Schwenk. Charlet. Rzac. Bell. Eus. Nieremb. Frisch. maris icon accurata.* Tetrix Aristotelis. *Jonst. Charlet.* Perdix longicauda, lagopus, nigricans, maculis cinereis. *Barr.* Coq de bois, ou Faisan bruyant. *Bel.* Coq & Poule noire des montagnes de Moscovie. *Alb.* Grygallus. *Charlet.* Tetrax Nemesiani Poëtæ. *Aldrov. Germanice*, OR-HAN. *Anglice*, COCK OF THE WOOD.

Pavonem crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo 2 pedes & 9 pollices explet. Rostrum unum pollicem & 10 lineas longum est; cauda unum pedem; medius trium digitorum anticorum cum ungue 3 pollices & 3 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus autem 13 linearum longitudinem non excedit. Alis extensis, extremitates majorum remigum 3 pedum & 10 pollicum intervallo distant: alæ vero complicatæ caudæ exortum non multum excedunt.

Pennæ fuſcæ pedes veſtiunt ad exortum usque digitorum in parte anteriore tantum, poſteriori parte nuda. Supra oculos cutis eſt rubra ſeu miniacea, pennis deſtituta. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum cinereo-album. Digiti fuſci appendiculas utrinque ſquamoſas obtinent. Ungues nigri.

Fœmina magnitudine & craſſitie *mari* cedit, a quo & colore diſcrepat.

Habitant in *Alpibus montibus*, in *Germania*, præſertim in *Weſtphalia* & in *Italia*.

** 2. UROGALLUS MINOR.

Lagopus nigro-violacea (*mas*), rufa tæniis transverſis nigris varia (*fœmina*); macula in ſcapulis alba; remigibus minoribus albis, apice fuſcis (nigro transverſim ſtriatis in *fœmina*), albo terminatis; cauda bifurca 16 rectricibus conſtante.... LE COQ-DE-BRUYERES A QUEUE FOURCHUE.

Lagopus; Urogallus minor. *Klein.* Urogallus minor, vel Tetraon minor. *Geſn. Aldrov. Jonſt. Charlet. Raj. Willugh. Sibbald. Rzac. Schwenk.* Tetrao, &c. cauda bifurcata. *Linn. Friſch. maris icon ſatis accurata.* Coq de Bruyere, ou Francolin. *Alb.* Grygallus minor. *Geſn. Aldrov. Jonſt.* Gallus Betulæ. *Geſn.* Attagen major; Perdix Aſclepia major. *Charlet.* Coq de Bruyere femelle. *Alb.* *Germanice*, BROM-HAN. *Anglice*, HEATH-COCK; BLACK-GAME.

Phaſianum craſſitie multum ſuperat. Ipſius longitudo 2 pedes & 4 pollices æquat. Roſtrum 15 lineas longum eſt; cauda 9 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue 2 pollices & 2 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus 9½ linearum longitudinem non excedit. Alæ complicatæ ad unius pollicis & 6 linearum intervallum ultra caudæ exortum protenduntur. Crura ex fuſco & albo variegantur: & pedes pennæ concolores veſtiunt ad exortum usque digitorum. Supra oculos papillæ extant carneæ, miniaceæ, figuram arcua-

cuatam ſimul efficientes. Roſtrum nigrum. Digiti fuſci appendiculas utrinque ſquamoſas longiores & ſtrictiores obtinent. Ungues nigricant.

Fœmina magnitudine & craſſitie mari cedit, a quo & colore differt.

Habitant in montium altiorum lateribus regionum *Angliæ* & *Scotiæ Septentrionalium*, & in *Alpibus Helveticis*.

Hujus ſpeciei varietas eſt

A. Urogallus minor punctatus.

Le Coq-de-Bruyeres piqueté.

Tetrao cauda bifurca ſubtus albo punctata. Grygallus. *Linn.* Aliud Galli ſylveſtris Genus. *Geſn.* Gallus Scoticus ſylveſtris. *Aldrov.* *Anglice*, Black-Cock.

Mas & fœmina marem præcedentis & fœminam ſatis bene æmulantur: in eo tantum ab iis differunt quod mas collo, pectore, alis, cruribusque punctis rubicundis aſperſus ſit; & fœmina leucophæa maculis nigris varia. Mas & fœmina ſubtus maculis quibusdam albis variegantur. Habitant in ſylvis in *Suecia* & *Scotia*.

** 3. Bonasa.

Lagopus ſuperne cinerea fuſco & rufeſcente varia; gutture nigro; pectoris ac ventris pennis fuſcis, marginibus albis; remigibus griſeo-fuſcis, exterius & apice rufeſcente variis; rectricibus lateralibus fuſco & cinereo-albo variis, faſcia transverſa nigricante verſus apicem donatis.... La Gelinote.

Lagopus Corylorum. *Klein.* Bonaſia. *Linn.* Gallina Corylorum, ſeu Bonaſa. *Geſn.* *Aldrov.* *Raj* *Charlet.* *Schwenck.* *Willugb.* *Jonſt.* Attagen. *Geſn.* *Rzac.* Gelinote de bois. *Bel.* *Germanice*, Hasel-Hun. *Anglice*, Hazel-Hen.

Perdicem græcam craſſitie circiter adæquat. Ip-

ſius longitudo 14 eſt pollicum. Roſtrum 10 lineas longum; cauda 5 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue 17 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus 5 linearum longitudinem non excedit. Alarum extremitates unius pedis & 9 pollicum intervallo diſtant; alæ vero complicatæ non ultra quartam longitudinis caudæ partem protenduntur. Plumulæ ſupra baſin mandibulæ ſuperioris extantes, nigræ: ſupra nares parvula eſt utrinque macula alba: inter roſtrum & oculos alia eſt utrinque ejusdem coloris macula; & tertia poſt oculum extat. Supra oculos cutis eſt rubra, pennis deſtituta. Cauda conſtat 16 rectricibus. Roſtrum nigrum: pedes & ungues griſeo-fuſci. Digiti appendiculis ſquamoſis breviſſimis utrinque præditi ſunt. Pedes plumoſi in parte anteriore tantum ad mediam usque longitudinem, medietate inferiore & parte poſteriore nudis.

Fœmina a mare diſcrepat in eo quod nigrore in gutture careat, & cutis ſupra oculos nuda rubore non ita ſplendenti appareat.

Habitat in *Germania* & circa *Alpes*.

†. ** 4. Bonasa Pyrenaica.

Lagopus olivaceo, flavicante, nigro & rufo varia; genis fulvis; gutture nigro; ventre albo; torque duplici nigro; remigibus cinereis, ſcapis nigris; rectricibus duabus intermediis longiſſimis, apice ſtrictioribus. . . . La Gelinote des Pyrénées.

Lagopus altera; Perdix Damaſcena Bellonii. *Aldrov. Jonſt. Willugb. Raj.* Perdix lutea, maculis caſtaneis, cauda duabus pennis nigris longiſſimis terminata. *Barr.* Perdix Alchata, ſeu Filacotona Aldrovandi. *Klein.* Alchata. *Geſn.* Oenas Ariſtoteli, Gazæ Vinago. *Geſn.* Petit Coq de Bruyere aux deux aiguilles à la queue. *Edwards, avec une figure exacte.* Perdris de Damas ou de Syrie. *Bel.* *Anglice*, Little Pin-Tailed Grous.

Per-

Perdicem cineream craſſitie circiter æquat. Pollices 13 & 6 lineas longa eſt. Roſtrum 7 linearum longitudinem æquat; cauda 5 pollicum & 9 linearum; trium digitorum anticorum medius cum ungue 11 linearum: laterales multo ſunt breviores; poſticus vero duas lineas longitudine non excedit. Alæ complicatæ mediam caudæ longitudinem attingunt. Oculorum ambitus niger; ex qua nigredine tænia parva longitudinalis concolor poſt oculum utrinque procedit. Roſtrum & pedes cinerei; ungues nigri. Digiti appendiculas ſquamoſas breviſſimas obtinent. Pedes in parte anteriore tantum breviſſimis pennis veſtiuntur albis.

Datur alia quæ ab iſta diſcrepat in eo quod multo magis variegata ſit. Univerſum corpus in parte ſuperiore rufo, flavicante, nigro & ſaturate cinereo quaſi transverſim ſtriata videtur. Guttur non nigricat; ſed triplici torque nigro donatur. Nil olivacei obtinet, niſi ſpatium duos torques ſuperiores ſeparans. An præcedentis fœmina, aut ſaltem ipſius varietas?

Habitant in *Syria* & *Pyrenæis montibus.*

†. ** 5. BONASA SCOTICA.

Lagopus rufo & nigricante transverſim ſtriata; gutture omnino rufeſcente; remigibus majoribus fuſcis; rectricibus quatuor utrinque extimis nigricantibus. . . . LA GELINOTE D'ECOSSE.

Gallus paluſtris. *Geſn. Aldrov. Jonſt.* *Germanice*, MURHAN. *Anglice*, MWYR-COK.

Bonaſam noſtratem craſſitie paululum ſuperat. Ipſius longitudo 14 pollices æquat, & ad extremos ungues 13 pollices cum 6 lineis. Roſtrum 9 lineas longum; cauda 4 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem & 5 lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus $4\frac{1}{2}$ linearum longitudinem non excedit. Alæ complicatæ me-

mediam fere caudæ longitudinem attingunt. Rectricibus 16 cauda conſtat. Roſtrum nigricat. Pedes ad exortum usque digitorum, in parte anteriore tantum, pennis veſtiuntur cinereo-albis. Digiti & ungues griſei. Habitat in *Scotia.*

6. Bonasa Freti Hudsonis.

Lagopus ſuperne tæniis transverſis lunulatis alternatim nigris & cinereis variegata, inferne nigricans, fuſco-rufeſcente & albo varia; in utroque capitis latere duabus minutis maculis candidis, & infra oculum tænia alba; gutture nigro; remigibus nigris, fuſco-rufeſcente marginatis. *Mas.*
Lagopus ſuperne obſcure fuſca aurantio & cinereo varia, inferne alba maculis lunatis nigris varia; tænia duplici poſt oculos alba, & altera a baſi roſtri ad oculum protenſa; gutture ex albo flaveſcente, maculis minimis nigris conſperſo; remigibus majoribus nigricantibus, marginibus exterioribus albo reſperſis. *Fœmina.* . . . La Gelinote de la Baye de Hudson.

Tetrao Canadenſis. *Linn.* Lagopus e fuſco & albo in inferiore corporis parte, e fuſco & nigro in ſuperiore, ad oculos duabus lineis albis varia. *Klein* Coq de Bruyeres brun & tacheté. *Voy. de la B. de Hud. avec une figure exacte.* Francolini brun-tacheté. *la Femelle. Edwards, avec une figure exacte.* Coq de Bruyere noir & marqueté. *le Male. Edwards, avec une figure exacte.*

Perdicem cineream craſſitie paululum ſuperat. Pedes ad exortum usque digitorum obtegunt plumulæ fuſco-rufeſcentes, nigro transverſim ſtriatæ. Supra oculos cutis extat coccinea, plumis denudata. Roſtrum plumbeo colore imbutum, in extremitate nigricat. Digiti appendicibus ſquamoſis utrinque obſiti, fuſci ſunt, ut & ungues qui ſunt longiores. Habitat in *Freto Hudſonis.*

Fœmina paululum magnitudine *Mari* cedit, atque co-

colore ab ipſo diſcrepat. Roſtrum unguesque nigri. Quoad cætera mari eſt ſimilis.

†. ** 7. Bonasa Canadensis.

Lagopus ſuperne ex nigricante & cinereo-fuſco (rufo admixto in *fœmina*) transverſim ſtriata; inferne nigricans, & albo maculata; pectore nigro, ſed in *fœmina* tæniis transverſis rufis & nigricanbus variegato; remigibus majoribus fuſcis, exterius cineraſcente variis. . . . La Gelinote de Canada.

Bonaſæ vulgari paululum craſſitie cedit. Maris longitudo 13 pollices & 6 lineas explet. Roſtrum 10 lineas longum; cauda 4 pollices cum 4 lineis; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem & 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus 6 linearum longitudinem non excedit. Alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Supra nares plumulæ extant nigerrimæ: deinde ſequitur utrinque parva macula alba: alia eſt inſuper utrinque macula alba infra & poſt oculum ſita. Supra oculos extant papillæ rubræ. Pedes ad exortum usque digitorum pennis veſtiuntur cinereo-fuſcis. Roſtrum nigrum: digiti & ungues griſei.

Fœmina mari magnitudine & craſſitie cedit, & colore ab ipſo diſcrepat; quo ad cætera cum eo convenit, excepto roſtro quod fuſcum gerit.

Habitant in *Canada*.

†. ** 8. Bonasa major Canadensis.

Lagopus ſuperne ex fuſco, rufo, nigro & cinereo, ſordide albo admixto, varia; inferne fuſco & ſordide albo rufeſcente transverſim ſtriata; faſciculis pennarum nigrarum longiorum ſummis alis incumbentibus; remigibus majoribus fuſcis, exterius ſordide albo variis. . . . La grosse Gelinote de Canada.

Bonasam nostratem paululum crassitie antecellit. Ipsius longitudo 15 pollices & 6 lineas explet. Rostrum 11 lineas longum; cauda 6 pollices cum 8 lineis; trium digitorum anteriorum medius cum ungue unum pollicem & 6 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus 6 lineas longitudine non superat. Alæ complicatæ ad duos ultra caudæ exortum pollices extenduntur. Pennæ griseo-fuscæ in maxima longitudinis parte pedes vestiunt. Rostrum, digiti & ungues fusci. Habitat in *Canada*.

9. ATTAGEN.

Lagopus cristata, rufo & nigricante transversim & undulatim varia; maculis in pectore & ventre albis; remigibus fuscis, marginibus exterioribus rufo variis; rectricibus lateralibus nigris. . . . LE GELINOTE HUPÉE.

Lagopus altera Plinii. *Willugh. Raj. Sibbald. Klein.* Attagen. *Gesn. Aldrov. Bell. Frisch. fœminæ icon accurata.* Attagen; Perdix Asclepica quibusdam. *Jonst. Charlet.* Francolin. *Bel.* Coq de marais. *Alb.* *Germanice*, HASEL-HUHN. *Anglice*, RED-GAME.

Crassitie *Perdicem Græcam* antecellit. Ipsius longitudo 14 pollices æquat. Pennæ cinereæ, punctulis nigris asperſæ, pedes vestiunt ad exortum usque digitorum. Supra utrumque oculum cutis est nuda, coccinea, figuram quasi lunatam, in *mare* quam in *fœmina* latiorem, efficiens. Rostri basis circumdatur pennis (in *mare* tantum) nigris, punctulis minimis albis aspersis: & ad basin mandibulæ inferioris macula utrinque extat majuscula alba. Rostrum & ungues nigricant: digiti griseo fusci, appendiculas utrinque squamosas obtinent.

Fœmina a *mare* discrepat in eo quod rufo dilutiore tingatur, & maculis albis in universo corpore sit variegata.

Habitant in *Arverniensibus*, *Pyrenæis* & *Alpibus* montibus, in montibus altissimis *Italiæ* & *Siciliæ*, ut & *Angliæ*.

10. ATTAGEN AMERICANA.

Lagopus criſtata, fuſco-rufeſcens, lineis nigris & albicantibus transverſim ſtriata; remigibus majoribus nigricantibus, exterius rufeſcente maculatis, rectricibus ſubtus nigris.... LA GELINOTE HUPÉE D'AMÉRIQUE.

Cupido. *Linn.* Lagopus, ſive Urogallus minor Americanus, fuſcus, in cervice plumis alas imitantibus. *Klein.* Cocq de bois d'Amérique. *Catesb. avec une figure exacte.*

Craſſitie tertia circiter parte *Perdicem* ſuperat. Cauda 3 pollices longitudine adæquat. Oculi ſunt nigri; & eorum irides avellaneæ. Quod autem in hac Ave maxime ſingulare, quodque ab aliis omnibus notis Avibus eam præcipue diſtinguit, ſunt duo pennarum faſciculi, 3 pollices longi, parvulas alas ſatis bene imitantes, in parte colli ſuperiore, prope caput, utrinque ſiti. Unusquisque faſciculus 5 conſtat pennis, aliæ aliis incumbentibus, ad inſtar remigum, quæque gradatim longitudine minuuntur, longiore penna introrſum ſita. Faſciculi iſti, ſunt ad libitum Avis mobiles: eos fere ſemper ſecundum colli longitudinem extenſos gerit, illosque non erigit, niſi dum perturbatur. (*Fœmina* iſtis caret pennarum faſciculis: in aliis omnibus *mari* ſimilis). Pennæ flavicantes pedes veſtiunt ad exortum usque digitorum. Roſtrum fuſcum: digiti flavi. Habitat in *America.*

11. ATTAGEN PENSILVANIÆ.

Lagopus criſtata, variis fuſcis ſuperne variegata, nigro admixto, inferne alba, aurantio admixto; pectore maculis lunatis nigris vario; rectricibus nigro transverſim ſtriatis, apice cinereis.... LA GELINOTE HUPÉE DE PENSILVANIE.

Coq de Bruyere à fraiſe. *Edwards, avec une figure exacte. Anglice,* RUFFED HEATH-COCK.

Craſſi-

Craſſitie *Phaſiano* cedit, *Perdicem* antecellit. Roſtrum 11 lineas longum eſt; cauda 4 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem & 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus 8 linearum longitudinem non excedit. Pennæ quæ partem colli ſuperiorem veſtiunt, aliis ſunt longiores, & Avis eas erigere poteſt, more *Gallorum*; & tunc torquem quodammodo efformant. Plumæ baſis mandibulæ ſuperioris antrorſum incumbunt, naresque tegunt. Roſtrum ex colore corneo fuſceſcit. Plumæ albæ, pilorum æmulæ, pedes veſtiunt ad exortum usque digitorum Digiti colore imbuuntur carneo. Habitat in *Penſilvania*.

** 12. LAGOPUS.

Lagopus hyeme alba, excepta parva macula nigra inter roſtrum & oculos utrinque ſita; æſtate albo & fuſco varia; remigibus majoribus ſcapis nigricantibus; rectricibus 18, lateralibus nigricantibus, apice albis. . . . LA GELINOTE BLANCHE.

Lagopus. *Geſn. Linn. Friſch. hujus icones accuratiſſimæ.* Lagopus ſimpliciter. *Klein. ejus icon accurata.* Lagopus Avis Aldrovandi. *Willugb. Raj. Sibbald.* Perdix alba, ſive Lagopus. *Aldrov. Jonſt. Charlet. Barr.* Perdix alba, ſeu Perdix petroſa, Lagopus dicta. *Rzac.* Attagen candida. *Bell.* Perdrix blanche. *Edwards, avec une figure exacte. Voy. de la B. de Hud. avec une figure exacte.* Perdrix. *Anderſ.* *Germanice*, SCHNEE-HOUN.

Perdicem rubram craſſitie antecellit. Ipſius longitudo 14 pollices æquat. Roſtrum 9 lineas longum; cauda 4 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem cum 6 lineis: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus 4 linearum longitudinem non excedit. Alæ complicatæ mediam caudæ longitudinem attingunt. Supra utrumque oculum parvula eſt faſcia papillis conſtans carnoſis, coccineis. Pedes, & digiti, ad exortum usque un-

unguium pennis veſtiuntur albis. Ungues fuſci: roſtrum nigrum. Habitat in *Septentrionalibus regionibus*, in *Galliæ* quoque & *Italiæ* montibus altiſſimis.

VI. *Genus Perdicis.*

Hujus character eſt

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti:

Crura ad calcaneum usque plumoſa:

Roſtrum conico-incurvum:

Caput paleis deſtitutum:

Pedes nudi:

Cauda brevis.

** 1. PERDIX CINEREA.

Perdix ex cinereo, rufo & nigro varia; pectore macula caſtanea, ſoleæ equinæ æmula, inſignito; ex 20 rectricibus ſeptem extimis rufis, apice cinereis. . . . LA PERDRIX GRISE.

Perdix. *Geſn. Aldrov. Schwenck. Rzac. Friſch. bujus icon accurata.* Perdix cinerea, ſeu minor. *Jonſt. Barr. Charlet. Sibbald. Willugh. Raj. Klein. Rzac.* Tetrao pedibus nudis, macula nuda coccinea pone oculos, &c. *Linn.* Avis externa Plinio. *Geſn.* Perdrix. *Alb.* Perdrix griſe, ou Gouache. *Bel.* *Germanice*, VAELD-HOUN. *Anglice*, PARTRIDGE.

Ipſius longitudo 12 pollices & 7 lineas æquat. Roſtrum 9 lineas longum; cauda 3 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue 1 pollicem & 5 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus autem 5 linearum longitudinem non excedit. Digitos tres anticos rudimentum membranæ, ad primum usque articulum extenſæ, in exortu inter ſe connectit. Alarum extremitates 18 pollicum & 6 linearum intervallo diſtant; alæ vero complicatæ ad unum pollicem ultra caudæ exortum

ortum protenduntur. Supra oculos papillæ ſunt rubræ. Roſtrum, pedes, unguesque cinereo-cœruleſcentes. Mas in parte pedis poſteriore calcari obtuſo donatur. Habitat in campis & pratis.

Hujus ſpeciei varietates ſunt

A. PERDIX CINEREO-ALBA.

LA PERDRIX GRISE BLANCHE.

Perdix cinerea. *Friſch. hujus icon accurata.*

Colore a præcedente differt. Pennæ enim in toto corpore ſunt cinereo-albæ, lineis minimis, tranſverſis & undatis, fuſcis variæ, cum aliqua rufeſcentis mixtura.

** B. PERDIX DAMASCENA.

LA PERDRIX DE DAMAS.

Aldrov. hujus icon ſatis accurata. Jonſt. Klein. Willugh. Raj. Charlet, *Anglice*, DAMASENS-PARTRIDGE.

Perdici cinereæ colore adeo ſimilis, ut vix ex primo intuitu diſtinguas. Ab ea tamen differt magnitudine & craſſitie, quibus ei cedit; roſtro prolixiore, & pedibus quodammodo luteis. Hæc eſt *Perdicis cinereæ* ſpecies minor in variis *Galliæ* provinciis habitans.

†. ** 2. PERDIX MONTANA.

Perdix dilute caſtanea, pennarum dorſi marginibus ad fuſcum vergentibus; capite & collo ſupremo fulvis; ex 20 rectricibus ſeptem extimis dilute caſtaneis. . . . LA PERDRIX DE MONTAGNE.

Perdix fuſcus. *Friſch. hujus icon ſatis accurata.*

Craſſitie *Perdicem cineream* circiter adæquat. Ipſius longitudo 10 eſt pollicum & 9 linearum. Roſtrum 9 lineas longum eſt; cauda 2 pollices & 10 lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue

gue 17 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus quatuor linearum longitudinem non excedit. Alæ complicatæ ultra mediam caudæ longitudinem paululum extenduntur. Roſtrum cinereum. Pedes, unguesque griſeo-fuſci. Habitat in montibus: in campeſtres locos quandoque deſcendit, & cum *Perdicibus cinereis* cohabitat.

3. Perdix montana Mexicana.

Perdix ex fuſco, pallenti & fulvo varia; capite, gutture & lateribus nigro maculatis; alis inferne cinereis, ſuperne pullis, albo & fulvo diſtinctis; roſtro, pedibusque ex rubeo candeſcentibus. . . . La Perdrix de montagne du Mexique.

Ococolin, ſeu Perdix montana. *Fern. Raj.*

Perdicem cineream craſſitie multum ſuperat. Ipſius longitudo unum pedem & 9 pollices æquat. Ex fuſco, pallenti & fulvo variegatur; caput tamen, collumque magna ex parte fulveſcunt, & inſperguntur pullis ac candentibus pennis, velut quæ circa ſuperiorem capitis ſunt partem, in lateribus & gutture, nigris. Alæ inferne cinereæ ſunt, ac pullæ ſuperne, maculisque albis & fulvis diſtinctæ. Oculorum irides nigræ. Habitat in *Mexicanis* regionibus temperatis.

4. Perdix Brasiliensis.

Perdix obſcure flaveſcens; maculis fuſcis variegata. . . . La Perdrix du Brésil.

Perdix major olivaria, longiuſculo & nigro roſtro. *Barr.*
Perdix Braſiliana, Jambu dicta Piſoni. *Willugh. Raj.*
Jambu. *Piſon. Marcgr. Jonſt.*

Perdicibus noſtratibus magnitudine & craſſitie par. Roſtrum longiusculum eſt & nigrum. Arboribus inſidet. Ova ponit ſplendide cœrulea. Habitat in *Braſilia*.

5. Per-

5. Perdix major Brasiliensis.

Perdix obſcure cinerea; capite & collo obſcure flavo & nigro punctulatis; gutture albicante; remigibus nigris. . . . La grosse Perdrix du Brésil.

Pſophia crepitans, &c. *Barr. Linn.* Gallina ſylveſtris, Macucagua Braſilienſibus. *Willugh. Raj.* Tarda Macucagua. *Klein.* Macucagua. *Piſon. Jean. de Laet. Jonſt. Marcgr.* Oiſeau-Trompette. *Comdam.*

Gallinam vulgarem craſſitie ſuperat. Roſtrum plus ſesquidigitum longum. Digiti ſunt craſſiusculi, unguibus brevibus, obtuſis præditi. Alæ complicatæ cum corpore deſinunt. Cauda caret. In roſtri medietate duo habet narium foramina ampla; oculos nigros; pone eos proxime ſunt aures, more *Gallinarum*; roſtrum nigrum; pedes cœruleſcentes; ungues griſeos. Ova ponit *Gallinaceis* paulo majora, coloris cœruleo—viridis. Habitat in *Braſilia* & *Guiana*.

6. Perdix Novæ Angliæ.

Perdix ſuperne fuſco—rufeſcens nigro variegata, inferne ad flavum inclinans nigro tranſverſim ſtriata; gutture albo; tænia ſupra oculos alba; rectricibus fuſcis. . . . La Perdrix de la Nouvelle Angleterre.

Tetrao Marilandicus. *Linn. Klein.* Tetrao linea ſuperciliorum alba. *Browne.* Perdrix de la Nouvelle Angleterre. *Alb.* *Anglice*, New England Partridge.

Perdici cinereæ magnitudine cedit. Oculorum irides luteæ. Roſtrum, unguesque nigri: pedes dilute fuſci. Habitat in *Nova Anglia* & *Jamaïca*.

7. Perdix Americana.

Perdix ſuperne fuſco—rufeſcens nigro variegata, inferne albo—flaveſcens nigricante varia; tribus utrinque tæniis in capite nigris; rectricibus obſcure fuſcis. . . . La Perdrix d'Amérique.

Tetrao

Tetrao Virginianus. *Linn. Klein.* Perdrix Américaine. *Catesb. avec une figure exacte. Anglice*, AMERICAN PARTRIDGE.

Perdici cinereæ craſſitie multum cedit. Oculorum irides rubræ. Roſtrum nigrum: pedes fuſci. Arboribus inſidet: in ſylveſtribus locis libentius quam in campeſtribus degit. Habitat in *America*.

†. ** 8. PERDIX SENEGALENSIS.

Perdix rufo, fuſco, & ſordide albo variegata; tribus utrinque in capite tæniis, duabus nigris, altera alba. . . . LA PERDRIX DU SENEGAL.

Perdicem rubram craſſitie ſuperat. Ipſius longitudo 13 pollices explet. Roſtrum unius pollicis longitudinem æquat; cauda 3 pollicum; trium digitorum anticorum medius cum ungue 20 linearum: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus 6 linearum longitudinem non antecellit. Digiti tres antici in exortu rudimento membranæ, ad primum usque articulum tantum extenſo, inter ſe connectuntur. Alæ complicatæ paululum ultra mediam caudæ longitudinem protenduntur. Roſtrum corneum. Pedes, unguesque fuſci. Pes uterque calcaribus binis præditus eſt. Habitat in *Senegalenſi* regione.

Et hæc eſt *maris* deſcriptio. *Fœminam* non novi.

†. 9. PERDIX SINENSIS.

Perdix fuſca, maculis orbiculatis, albicantibus & rufeſcentibus varia; dorſo fuſco & rufeſcente transverſim ſtriato; quatuor utrinque in capite tæniis, duabus nigricantibus, alia rufeſcente, altera alba. . . . LA PERDRIX DE LA CHINE.

Les Chinois l'appellent TCHE-COU.

Perdicem rubram noſtratem craſſitie paululum antecellit. Ipſius longitudo 12 circiter pollices & 6 lineas explet. Roſtrum 10½ lineas longum; cauda 2 pollices cum 2 lineis; trium digitorum anticorum

medius cum ungue 17 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus ſex linearum longitudinem non ſuperat. Alæ complicatæ caudæ exortum non excedunt. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum, unguesque nigricantes: pedes rufi. Mas in parte pedis poſteriore calcari donatur 2½ lineas longo, acuto. Habitat in *Sinenſi regione.*

** 10. Perdix rubra.

Perdix ſuperne griſeo—fuſca, inferne rufa; gutture albicante & tænia nigra circumdato; ſupra oculum faſcia alba; pennis laterum tænia ſimplici nigra donatis; ex 16 rectricibus quinque extimis rufis; roſtro, pedibusque rubris. . . . La Perdrix rouge.

Perdix rufa. *Aldrov. Jonſt. Willugb. Klein. Charlet. Barr.* Perdrix rouge. *Alb.* Perdrix franche. *Bel. avec une figure paſſable.* *Anglice*, Red-Leg'd Partridge.

Craſſitie *Perdicem cineream* paululum antecellit. Ipſius longitudo 12 pollices & 9 lineas æquat. Roſtrum 9 lineas longum; cauda 3 pollices & 10 lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem & 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus 6 linearum longitudinem non excedit. Alarum extremitates 18 pollicum intervallo diſtant; alæ vero complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Oculorum irides & palpebæ coccineæ. Roſtrum, pedesque rubri; ungues fuſci. Mas in parte pedis poſteriore calcari obtuſo donatur. Habitat in ſylvis.

Hujus ſpeciei varietas eſt

** A. Perdix rufo—alba.

Perdix ex ſordide albo rufeſcens; capitis parte ſuperiore ad fuſcum vergente, lateralibus pennis tæniis rufis inſignitis. . . . La Perdrix rouge blanche.

Magnitudine & craſſitie præcedentem adæquat. Ut

Ut illa, roſtro, pedibusque rubris, & oculorum iridibus & palpebris coccineis prædita eſt; ab ea ſolo corporis colore diſcrepat. Habitat cum ipſa.

11. Perdix rubra Barbarica.

Perdix ſuperne obſcure fuſca ad cinereum vergens, inferne dilute fuſca; torque caſtaneo, maculis orbiculatis, albis vario; gutture ex dilute cinereo cœruleſcente; prope aures macula fuſca; pennis laterum tænia ſimplici nigra donatis; rectricibus lateralibus in exortu cinereis, ultima medietate ſordide aurantiis; roſtro, pedibusque rubris. . . . La Perdrix rouge de Barbarie.

Perdix Barbara. *Klein.* Perdrix rouge de Barbarie. *Edwards, avec une figure exacte.*

Perdici cinereæ paululum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 12 pollices & 6 lineas explet. Extremitates majorum remigum unius pedis & 7 pollicum intervallo diſtant; alæ vero complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Oculorum ambitus coccineus; irides avellaneæ. Roſtrum, pedesque ſplendide rubri; ungues fuſci. Mas in parte pedis poſteriore parvulis calcaribus obtuſis præditus eſt. Habitat in *Barbaria.*

†. ** 12. Perdix Græca.

Perdix ſuperne cinerea, inferne dilute rufa; tænia nigra a naribus, ſupra oculos ad pectus usque reflexa; pennis laterum tænia duplici nigra donatis; ex 14 rectricibus quinque extimis in exortu cinereis, ultima medietate rufis; roſtro, pedibusque rubris. . . . La Bartavelle.

Tetrao rufus. *Linn.* Perdix inferne ſubfulva, maculoſa, ſuperne olivaria. *Barr.* Perdix major, quam Itali vulgo Coturnicem vocant; Perdix Græca. *Geſn.* Perdix Græca. *Charlet. Klein. Aldrov. Jonſt. Willugh. Raj.* Perdix rufa. *Friſch. hujus icon accurata.* Perdix ru-

 bens.

bens. *Bell.* Perdrix de Grèce. *Bel.* Perdrix rouge. *Alb.* *Germanice*, Rot-Hun.

Perdicem rubram crassitie multum antecellit. Ipsius longitudo 13 pollices æquat. Rostrum 10 lineas longum est; cauda 3 pollices & totidem lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem cum 9 lineis: laterales paulo sunt breviores; & posticus 5 lineas longitudine non superat. Alarum extensarum extremitates unius pedis & 8 pollicum intervallo distant; alæ vero complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Oculorum ambitus & irides, rostrumque splendenti rubore tinguntur; pedes, digiti in parte superiore tantum & ungues pallidius rubri; digiti vero in parte inferiore sordide flavi. Mas in parte pedis posteriore calcari obtuso donatur. In *Insulis Græciæ*, ac maxime in *Cretæ* maritimis locis frequentissima est. Habitat quoque in *Italia* & *Alpibus* montibus.

†. ** 13. Francolinus.

Perdix superne ex nigricante & rufo-flavicante varia, inferne nigra, albo maculata; torque dilute castaneo; rectricibus lateralibus nigris, in exortu albo transversim striatis. (*Mas*).
Perdix in toto corpore ex nigricante & rufo-flavicante varia. (*Fœmina*). . . . Le Francolin.

Tetrao Orientalis *Linn.* Attagen seu Perdix. *Jonst.* Francolinus. *Gesn.* Francolino. *Olina. Willugh. Raj.* Francolin Perdrix de prairies. *Tournef. Edwards, avec une figure exacte.* *Anglice*, Francolin.

Perdicem rubram crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo 12 pollices & 3 lineas explet. Rostrum unum pollicem longum est; cauda 3 pollices & 4 lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem cum 4 lineis: laterales paulo sunt breviores; & posticus 5 linearum longitudinem non ex-

excedit. Alæ complicatæ mediam caudæ longitudinem non attingunt. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum ex fuſco nigricat. Pedes, unguesque rubeſcunt.

Fœmina a *mare* diſcrepat magnitudine, qua ei cedit, & colore in univerſo corpore ex nigricante & rufo-flaveſcente vario.

Habitat in *Italia*, *Cypria Inſula*, *Inſula Samos* & *Ægypto*.

** 14. COTURNIX.

Perdix ſuperne flavicante, rufo, nigro & griſeo variegata, inferne ſordide albo-flavicans; tribus in capite tæniis albicantibus; collo inferiore, pectore & lateribus rufeſcentibus, & parvis nigricantibus maculis variegatis; rectricibus nigricantibus, rufeſcente transverſim ſtriatis. . . . LA CAILLE.

Coturnix. *Geſn. Willugb. Raj. Sibbald. Charlet. Linn. Schwenck. Proſp. Alp. Moebr. Aldrov. Jonſt. Barr.* Coturnix vulgaris noſtras. *Klein.* Coturnix; Perdix nana Theophraſto. *Rzac.* Cothurnix. *Friſch. maris & fœminæ icones accuratæ.* Caille. *Bel. Kolbe. Alb.* *Germanice*, WACHTEL. *Anglice*, QUAIL.

Ipſius longitudo 7 æquat pollices & 6 lineas. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda unum pollicem; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus 3½ linearum longitudinem non ſuperat. Digiti tres antici rudimento membranæ, ab exortu ad primum usque articulum extenſo, inter ſe connectuntur. Alarum extremitates 14 pollicum intervallo diſtant; alæ vero complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Roſtrum cinereum. Pedes, unguesque carnei.

Fœmina a *mare* differt in eo quod maculis nigricantibus in parte colli inferiore, pectore & lateralibus ſit deſtituta, quodque iſtis in locis ſaturatiore

rufo tingatur. Quædam in gutture macula longitudinali fuſca donantur.

Migratoria eſt hæc Avis. Habitat in ſegetibus & pratis.

Hujus ſpeciei varietas eſt

A. Coturnix major.

La grande Caille.

Rzac.

Præcedenti ſimilis eſt in omnibus, excepta magnitudine, qua eam antecellit. Habitat pariter in ſegetibus & pratis.

15. Coturnix Javensis.

Perdix flavicante, rufo, nigro & griſeo variegata; roſtro longiore. . . . La Caille de Java.

Coturnix Indica. *Bont. Willugb. Raj.*

Turturem craſſitie non excedit. Colore pennarum *Coturnici noſtrati* admodum reſpondet: ab illa tamen differt roſtro paulo longiore. Sonum quoque per intervalla edit, ut *Coturnix* etiam ſolet; verum is longe diverſus eſt a *Coturnicum* voce, & magis refert ſonum illum horribilem quem *Ardeæ ſtellares* inter arundineta in paludibus edunt. Mares inter ſe pugnaciſſimi ſunt, non ſecus ac *Galli*. Habitat in ſylvis *Javæ*.

†. ** 16 Coturnix Madagascariensis.

Perdix inferne cinerea, ſuperne e cinereo, rufo & nigro perpulchre variegata; gutture & collo inferiore nigris. . . . La Caille de Madagascar.

Coturnici noſtrati paululum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 6 pollices & totidem lineas æquat. Roſtrum 8 lineas longum eſt: cauda 18 lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue 11 lineas: exterior paulo brevior eſt; interior adhuc brevior.

Di-

Digito poſtico caret hæc ſpecies, quod maxime ſingulare; attamen, cum unicum hujus ſpeciei individuum viderim, utrum omnia hujus ſpeciei individua digito poſtico careant, prorſus ignoro. Alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque cinerei. Habitat in *Madagascarienſi Inſula.*

†. ** 17. COTURNIX PHILIPPENSIS.

Perdix ſuperne ex dilute fuſco & nigricante varia, inferne caſtanea; genis & collo inferiore albis; gutture nigro; pectore cinereo, caſtaneo maculato; rectricibus caſtaneis.... LA CAILLE DES PHILIPPINES.

Caille de la Chine. *Edwards, avec une figure exacte. Anglice*, CHINESE QUAIL.

Craſſitie *Alaudam* non antecellit. Ipſius longitudo 4 pollices explet. Roſtrum $3\frac{1}{2}$ linearum longitudinem æquat; cauda 6 linearum; trium digitorum anticorum medius cum ungue octo linearum: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus $2\frac{1}{2}$ linearum longitudinem non ſuperat. Alæ complicatæ caudæ extremitatem attingunt. Roſtrum nigrum. Pedes flaveſcunt; ungues ad fuſcum inclinant. Habitat in *Sinenſi regione & Philippenſibus Inſulis.*

Quæ in *Sinenſi regione* habitat modo deſcriptam paululum craſſitie antecellit; nigroque in pectore maculatur.

18. COTURNIX MEXICANA.

Perdix ſuperne fulvo & candido mixta, inferne fulva; capite & collo nigro & albo variis; pedibus fulvis.... LA CAILLE DU MEXIQUE.

Coturnix Indica, Coyolcozque, ſeu colli ſonalis dicta. *Euſ. Nieremb. Fern. Jonſt. Raj. Willugb.*

Magnitudine, cantu, nutrimento, volatu & moribus *Coturnicem noſtratem* æmulatur. Oculi atri ſunt, &

& pedes fulvi. Habitat in *Mexico*, in campeſtribus locis frequens.

19. COTURNIX MAJOR MEXICANA.

Perdix fulva; capite albo & nigro variegato; dorſo & extremitatibus remigum candentibus; roſtro, pedibusque nigris. . . . LA GRANDE CAILLE DU MEXIQUE.

Coturnix alia omnium maxima fulvaque. *Jonſt. Euſ. Nieremb. Willugb. Raj.* Colin genus omnium maximum. *Fern.*

Magnitudine *Coturnicem noſtratem* multum antecellit. Roſtrum pedesque nigri. Habitat in *Mexico.*

†. ** 20. COTURNIX LUDOVICIANA.

Perdix ſuperne caſtanea nigro tranſverſim & undatim ſtriata, inferne ſordide griſea nigricante tranſverſim ſtriata; gutture albo; tænia ſupra oculos alba; rectricibus lateralibus cinereis; roſtro, pedibus unguibusque rubris. . . . LA CAILLE DE LA LOUIZIANE.

Coturnix Indica, Colcuicuiltic dicta, ſeu Coturnicis ſimulacrum. *Euſ. Nieremb.* Colcuicuiltic. *Fern. Jonſt. Willugb. Raj.* Attagen Americanus. *Friſch. hujus icon non ſatis accurata. Germanice*, AMERICANISCHE HASEL-HUHN.

Craſſitie *Coturnicem noſtratem* æmulatur. Ipſius longitudo 8 pollices æquat. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda 2 pollices & 4 lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue 13 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus 4 lineas longitudine non ſuperat. Alæ complicatæ mediam caudæ longitudinem non attingunt. Roſtrum, pedes, unguesque rubri. Habitat in *Mexico* & *Ludovicia.*

†. ** 21. COTURNIX MEXICANA CRISTATA.

Perdix criſtata; maculis rufis, fuſcis, nigris & ſordide

dide albo-flavicantibus varia; criſta & gutture fulvis; rectricibus fuſco & griſeo variegatis.... LA CAILLE HUPÉE DU MEXIQUE.

Coturnix Americana eleganter variegata & criſtata. *Barr.* Coturnix Quauhtzonecolin nuncupata. *Jonſt. Raj. Euſ. Nieremb. Willugb.* Colin genus, Quauhtzonecolin nuncupatum. *Fern. Jonſt.*

Coturnici noſtrati paululum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 6 pollices & 9 lineas æquat. Roſtrum 6 lineas longum; cauda 2 pollices & 4 lineas; trium digitorum anteriorum medius cum ungue 11 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus 3 lineas longitudine non excedit. Alæ complicatæ paulo ultra mediam caudæ longitudinem protenduntur. Criſtam ſtrictam, pollicem longam, in capite gerit. Roſtrum craſſiſſimum eſt & fuſcum; pedes quoque & ungues fuſci. Habitat in *Guiana* & *Mexico*.

VII. *Genus Phaſiani.*

Hujus character eſt

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti:

Crura ad calcaneum usque plumoſa:

Roſtrum conico-incurvum:

Caput paleis deſtitutum:

Pedes nudi:

Cauda longa.

** 1. PHASIANUS.

Phaſianus ſuperne fuſco-rufeſcens, inferne caſtaneo-purpureus, marginibus pennarum nigris in violaceum mutantibus; collo ſupremo viridi-aureo in ſaturate cœruleum & violaceum mutante; ex 18 rectricibus duodecim intermediis nigro transverſim ſtriatis. (*Mas*).

Phaſianus ex fuſco, griſeo, rufeſcente & nigricante

variegatus; rectricibus duodecim intermediis nigro transversim striatis. (*Fœmina*).... Le Faisan.

Phasianus. *Gesn. Aldrov. ejus icones satis accuratæ. Jonst. Willugb. Raj. Sibbald. Schwenck. Frisch. hujus icon satis accurata. Klein.* Phasianus; Phasidis Ales. *Charlet.* Phasianus Capitolino; Phasidis Ales Statio. *Rzac.* Phasianus Colchicus. *Linn.* Perdix longicauda, eleganter variegata. *Barr.* Tetrao. *Moebr.* Fagiano. *Olina, icon satis accurata.* Faisan. *Bel. Kolbe.* Phaisan. *Alb.* *Germanice*, Fasan. *Belgice*, Fasaen. *Anglice*, Pheasant.

Crassitie *Caponem* circiter æquat. Ipsius longitudo 2 pedes 10 pollices & 6 lineas explet. Rostrum 15 lineas longum; cauda 20 pollices & 4 lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue 2 pollices & 6 lineas: laterales multo sunt breviores; & posticus 9 linearum longitudinem non excedit. Alarum extremitates 2 pedum & 6 pollicum intervallo distant; alæ vero complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Capitis latera sive genæ plumis nudæ, papillis tantum carnosis, splendide coccineis obducuntur. In tempore coitus in utroque capitis latere, supra aures, fasciculus extat pennarum viridi-aurearum, corniculorum æmulus. Auribus adnascuntur in ipsarum angulo inferiori plumæ quædam cæteris longiores & nigricantes. Pennæ, collum vestientes, in apice cordatim sunt emarginatæ; ut & illæ quæ partem dorsi inferiorum & uropygium vestiunt. Tectrices vero caudæ superiores in filamenta quædam quasi desinunt. Rectrices binæ intermediæ lateralibus multo sunt longiores; laterales vero gradatim longitudine minuuntur ad extimam usque brevissimam, & 3 pollices longitudine non superantem. Oculorum irides flavæ. Rostrum corneum: pedes, unguesque griseo-fusci. In parte utriusque pedis posteriore calcar extat breve & acutissimum.

Fœmina magnitudine paululum mari cedit. Ab illo

lo etiam discrepat colore per universum corpus ex fusco, griseo, rufescente & nigricante variegato. Oculorum ambitus, quam in *mare* strictior, plumis destituitur, & papillis carnosis, coccineis obducitur. Habitant in sylvis.

Hujus speciei varietates sunt

†. ** A. PHASIANUS VARIUS.

LE FAISAN PANACHÉ.

Frisch. hujus icon accurata. Germanice, BUNTE FASAN.

Crassitie & magnitudine præcedentem adæquat; ab illo vero differt colore albo, maculis *Phasianorum vulgarium* coloribus imbutis vario.

** B. PHASIANUS ALBUS.

LE FAISAN BLANC.

A præcedente differt colore in toto corpore albo. Maculis tamen nonnullis, sed minimis, nigro-violaceis versus collum variegatur; & pennæ scapulares maculis quibusdam rufis notantur.

C. PHASIANUS HYBRIDUS.

Phasianus superne rufus, ex fusco & albicante varius, uropygio ex cinereo-nigricante; inferne ex dilute fusco, cinereo & nigricante variegatur, rectricibus in medio nigris, marginibus albis.... LE FAISAN BASTARD.

Frisch. maris icon satis accurata. Germanice, FASAN HUNERN.

Præcedentibus paululum crassitie cedit. Ipsius longitudo 2 pedes & unum pollicem æquat. Papillæ carnosæ, coccineæ, oculos ambiunt. Rostrum, pedesque grisei; ungues nigricantes.

2. PHASIANUS ANTILLARUM.

Phasianus superne griseo-fuscus; collo & pectore splen-

ſplendide cœruleis, rectricibus nigris. . . . LE FAISAN DES ANTILLES.

Raj. Faiſan. *Du Tertre.*

Caponem craſſitie æmulatur; cruribus tamen donatur longioribus. Collum collo *Galli* longius; cauda non magna longitudine prædita. Habitat in *Antillis Inſulis.*

†. ** 3. PHASIANUS GUIANENSIS.

Phaſianus fuſcus, ſuperne ad olivaceum, inferne ad rufum vergens; rectricibus binis intermediis fuſcis ad olivaceum inclinantibus, ſequentibus nigricantibus, exterioribus rufis. . . . LE FAISAN DE LA GUIANE.

Columbæ adfinis. *Moebr.* Avis Motmot Braſilienſis, coloris ſpadicei. *Seb. hujus icon minime accurata.* Poule ſauvage, ou Gallina ſylveſtris cauda longiori vulgo Katrakas-Katrakas. *Feuillée.*

Craſſitie *Perdicem rubram* paululum antecellit. Ipſius longitudo unum pedem & 6 pollices explet. Roſtrum ab ipſius apice ad oris angulos, ultra oculos protenſos, 18 lineas longum eſt; cauda 7 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue 2 pollices: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus 10 linearum longitudinem non excedit. Alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Roſtrum griſeo-album. Pedes nigricantes: ungues fuſci. Habitat in *Braſilia* & *Guiana.*

** 4. PHASIANUS AUREUS SINENSIS.

Phaſianus criſtatus; ſuperne flavo-aureus, inferne coccineus; cruribus fuſcis; collo ſuperiore viridi-aureo, nigro transverſim ſtriato; rectricibus lateralibus caſtaneo & nigro oblique ſtriatis, & binis intermediis longioribus. (*Mas*).

Phaſianus criſtatus; ſuperne fuſco-rufeſcens, inferne fuſco-flaveſcens; rectricibus fuſco-rufeſcentibus, &

& binis intermediis longioribus. (*Fœmina*) . . .

LE FAISAN DORÉ DE LA CHINE.

Phaſianus criſta flava pectore coccineo; Phaſianus pictus. *Linn.* Phaſianus ſanguineus. *Klein.* Phaiſan rouge de la Chine. *Alb.* Phaiſan Belles couleurs de la Chine. *Edwards, avec des figures exactes. Anglice*, CHINA-FEASANT.

Phaſiano noſtrati craſſitie cedit. *Maris* longitudo 2 pedes 9 pollices & 6 lineas æquat. Roſtrum 13½ lineas longum; cauda unum pedem & 11 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue duos pollices: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus 8 lineas longitudine non ſuperat. In parte pedis poſteriore calcari donatur tres lineas longo. Alæ complicatæ caudæ exortum non excedunt. Capitis latera infra oculos, aut genæ carneæ, nudæ, aut raris pennis obſitæ. Pennæ partem capitis poſteriorem aut occipitium & colli ſuperiorem cooperientes longæ ſunt, & has Avis erigere poteſt ſicuti ſolent *Galli* in prælio. Oculorum irides ſplendide flavæ. Roſtrum dilute flavum, ipſius apice flavo ſaturatiore tincto. Pedes, unguesque flavi.

Fœmina mari paululum magnitudine cedit. Oculorum irides ex avellaneo colore flaveſcunt. Roſtrum, pedesque flavi.

Habitat in *Sinenſi regione.*

** 5. PHASIANUS ALBUS SINENSIS.

Phaſianus criſtatus; ſuperne albus, lineis nigris circumferentiæ pennarum parallelis varius, inferne nigro—purpuraſcens; rectricibus lateralibus albis, nigro oblique ſtriatis; binis intermediis omnino albis & longioribus. (*Mas*).

Phaſianus criſtatus; ſuperne fuſco—rufeſcens, inferne ſordide albus, tæniis transverſis nigris varius; gutture albicante; rectricibus lateralibus ſordide albis, nigro transverſim ſtriatis (*Fœmina*). . . .

LE FAISAN BLANC DE LA CHINE.

Pha-

Phaſianus nychtemerus. *Linn.* Phaſianus Sinenſis, albus, capite nigris pennis dependentibus. *Klein.* Phaiſan blanc de la Chine. *Alb.* Phaiſan de la Chine noir & blanc. *Edwards, avec des figures exactes. Anglice,* WHITE CHINA-PHEASANT.

Craſſitie *Phaſianum noſtratem* antecellit. *Maris* longitudo 2 pedes & 7 pollices æquat. Roſtrum unum pollicem & 5 lineas longum; cauda 17 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue 2 pollices & 5 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus 11 linearum longitudinem non excedit. In parte pedis poſteriore calcari donatur 7 lineas longo. Alæ complicatæ ultra caudæ exortum non extenduntur. Cutis nuda coccinea, rariſſimis pilis obſita, genas cooperit. Cutis autem iſta utrinque ſupra oculos cornuum in modum erigitur, retrorſum in acumen evadit, infraque genas paululum dependet. Pennæ longæ, nigræ, ad purpureum vergentes, ſupra collum dependentes, capitis verticem tegunt, & criſtam quodammodo efficiunt. Oculorum irides luteæ. Roſtrum quoque luteum, ipſius apice obſcuriore. Pedes coccinei; calcaria alba.

Fæmina mari paululum magnitudine cedit. Oculorum irides & roſtrum ex fuſco flaveſcunt. Pedes rubri.

Habitat in *Sinenſi regione.*

†. ** 6. PHASIANUS CRISTATUS INDICUS.

Phaſianus criſtatus; cinereo-cœruleus; tectricibus alarum apice caſtaneo-purpureis, majoribus quibusdam exterius albis; remigibus ex cinereo-cœruleo nigricantibus; rectricibus apice cinereiis.... LE FAISAN COURONNÉ DES INDES.

Belgice, KROON-VOOGEL.

Craſſitie *Pavonem* fere adæquat. Ipſius longitudo 2 pedes & 3 pollices explet. Roſtrum ab ipſius apice ad oris angulos 2 pollices longum; caudæ 10 pol-

pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue 2 pollices & totidem lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus unius pollicis longitudinem non excedit. Alæ complicatæ mediam circiter caudæ longitudinem attingunt. Corolla cinereo-cœrulea, 4 pollices & 9 lineas longa, pennis conflata decompoſitis, id eſt, quarum pennulæ inter ſe nullo modo connectuntur, caput exornat. In utroque capitis latere macula adeſt oblonga, nigra, in qua oculus ſitus eſt. Roſtrum, pedes, unguesque nigricant. Habitat in *Inſula Banda.*

†. ** 7. PAVO.

Phaſianus criſtatus; ſuperne viridi–aureus in cupri puri colorem mutans, marginibus pennarum nigris, inferne nigricans, viridi–aureo admixto; collo & pectore viridibus in cœruleum mutantibus, auro admixto; duabus utrinque tæniis in capite albis; remigibus primoribus rufis, aliis nigricantibus, tectricibus caudæ ſuperioribus macula præditis in medio nigra, dein viridi in violaceum & cœruleum mutante, marginibus aureis in cupri puri colorem mutantibus, rectricibus 18 griſeo fuſcis, cruribus dilute fulvis. (*Mas*).

Phaſianus criſtatus; fuſcus ad cinereum vergens; collo & pectore viridibus, apicibus pennarum in pectore albis; duabus utrinque tæniis in capite albis. (*Fœmina*). . . . LE PAON.

Pavo cauda longa, plumis uropygii pulcherrimis. *Browne.* Pavo criſtatus. *Linn.* Pavo longicaudus. *Barr.* (*Mas.*) Pavo brevicaudus. *Barr.*(*Fœmina.*) Pavo. *Geſn. Aldrov. Jonſt. Sloane. Willugb. Raj. Charlet. Sibbald. Muſ. Worm. Schwenck. Moebr. Klein. Friſch. maris icon non ſatis accurata.* Pavo, ſeu Pavus; Avis medica Varroni; Junonia Avis Ovidio. *Rzac.* Paon. *Bel.* *Germanice*, PFAW. *Belgice*, PAUW. *Anglice*, PEA-COCK.

Gallo–pavonem ſemeſtrem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 3 pedes & 8 pollices explet. Roſtrum

trum unum pollicem & 10 lineas longum eſt; cauda unum pedem & 7 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue 3 pollices & 7 lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus 17 linearum longitudinem non antecellit. Alæ complicatæ ad 5 circiter pollicum diſtantiam ultra caudæ exortum protenduntur. *Pavones*, mares præcipue, ab omnibus aliis Avibus maxime diſtinguuntur tectricibus caudæ ſuperioribus, quam rectrices ipſæ multo longioribus. *Pavonis noſtratis* longiores caudæ tectrices, quæ quidem ſunt intermediæ, 4 pedes & totidem pollices longitudine adæquant: laterales vero ſenſim longitudine minuuntur ad extimam usque breviſſimam. Secundum plures ordines collocantur, atque aliæ aliis incumbunt: quæ vero in uno quoque ordine medium occupant locum, cæteras ſemper longitudine ſuperant. In capitis vertice criſta donatur 24 conflata plumulis, 2 pollices longis, ſcapis albicantibus præditis. Plumulæ iſtæ ab exortu verſus apicem usque pennulis rariſſimis, nigricantibus, nullo modo inter ſe connexis, obſitæ ſunt: in apice vero pennas vulgares æmulantur, eodemque imbuuntur viridi–aureo, quo caput tingitur. Tectrices caudæ ſuperiores ſcapos habent albos, ab exortu verſus apicem usque pennulis obſitos longiſſimis, nullo modo inter ſe connexis, & viridi–aureo ſplendenti, in *cupri puri* colorem mutante, imbutis: in apice vero pennulæ inter ſe connectuntur, pulcherrimumque præbent ſpectaculum. Maxima donantur macula (*oculus* vocata), in medio nigra, holoſerici inſtar villoſi ſplendente, verſus pennæ exortum cordatim emarginata, dein viridi, violaceo & cœruleo coloribus ſplendidiſſimis variante, marginibus tandem auro variatim imbutis & in *cupri puri* colorem mutantibus. Longiores quædam iſtarum tectricum pulcherrima illa deſtituuntur macula, & apice quaſi quadratim abciſſæ videntur. Oculorum irides flavæ. Roſtrum albicat. Pedes, unguesque griſei. Mas

in

in utriusque pedis parte posteriore calcari donatur 9 lineas longo, crassissimo & in aciem acutum desinente.

Fœmina crassitie paululum *mari* cedit. Ipsius tectrices caudæ superiores quam in *mare* multo sunt breviores. Oculorum irides plumbeæ. Rostrum, pedes, unguesque grisei.

Hujus speciei varietates sunt

A. PAVO VARIUS.

LE PAON PANACHÉ.

Frisch. hujus icon non satis accurata. Germanice, BUNTE PFAU.

Præcedenti similis est; ab illo tantum differt genis, gutture, supremo ventre, alarumque tectricibus albis.

** B. PAVO ALBUS.

LE PAON BLANC.

Gesn. Aldrov. Jonst. Charlet. Frisch. hujus icon non satis accurata. Barr. Pavo colore albo. *Raj.* Pavo candidus. *Schwenck. Germanice*, WEISSER PFAW. *Anglice*, WHITE PEA-COCK.

A præcedentibus discrepat colore in toto corpore albo. Maculæ sive *oculi*, quibus tectrices caudæ superiores apice præditæ sunt, quamquam ipsæ sint in toto albæ, attamen paululum apparent, quia variis efformantur albedinis gradibus.

8. PAVO JAPONENSIS.

Phasianus cristatus; superne cœruleo & viridi varius, inferne leucophæus nigris maculis insignitus (*Mas*), inferne niger (*Fœmina*); crista spicæ æmula partim viridi, partim cœrulea; tectricibus caudæ superioribus fuscis, macula præditis in medio aurea, dein cœrulea, marginibus viridibus. . . . LE PAON DU JAPON.

Aldrov. Jonſt. Charlet. *Anglice*, JAPAN PEA-COCK.

Pavonem noſtratem magnitudine circiter æquat. Oculorum ambitus ruber: oculi nigri; eorumque irides luteæ. Roſtrum cinereum, ſed quam in *nostrate* longius & tenuius. Pedes leucophæi.

Fœmina mare minor eſt: ab eo etiam diſcrepat in eo quod ventrem habeat prorſus nigrum, tectrices caudæ ſuperiores multo breviores, & rectrices virides, marginibus cœruleis, ſcapis albis.

Habitant in *Japonia*.

9. PAVO SINENSIS.

Phaſianus criſtatus; obſcure fuſcus, ſuperne fuſco dilutiore punctulatus, inferne nigro transverſim ſtriatus; maculis in dorſo ſuperiore ſplendide purpureis, cœruleo, viridi & cupri-aureo colore variantibus, circulo nigro circumdatis; tectricibus caudæ ſuperioribus maculis duabus concoloribus præditis (*Mas*).

Phaſianus criſtatus; obſcure fuſcus, dorſo inferiore fuſco dilutiore punctulatus; maculis in dorſo ſuperiore obſcure cœruleis; tectricibus caudæ ſuperioribus maculis duabus concoloribus præditis (*Fœmina*).... LE PAON DE LA CHINE.

Pavo bicalcaratus. *Linn.* Phaſianus Pavoneus; Phaſianus fuſcus. *Klein.* Paon-Phaiſan de la Chine. *Edwards, avec des figures exactes.*

Phaſianum noſtratem magnitudine ſuperat. Roſtrum inter & oculos cutis eſt lutea, nuda, raris tantummodo pilis nigris obſita. Latera capitis albent. Oculorum irides luteæ. Roſtrum fuſcum, ſi tamen excipias mandibulam ſuperiorem a naribus ad apicem usque rubram. Pedes, unguesque ſordide fuſci. Mas in utroque pede binis donatur calcaribus, longiore verſus mediam pedis longitudinem ſito, breviore vero infra poſito.

Fœmina tertia magnitudinis parte *mari* cedit. Ab eo

eo quoque coloribus paululum diſcrepat. Oculorum irides flavæ. Roſtrum, pedesque nigricantes.

Habitant in *Sinenſi regione*.

†. 10. PAVO TIBETANUS.

Phaſianus cinereus lineolis nigricantibus varius, ſuperne maculis minutiſſimis albicantibus aſperſus; maculis in dorſo ſuperiore ſplendide cœruleis, violaceo & aureo colore variantibus; tectricibus caudæ ſuperioribus maculis quatuor concoloribus præditis.... LE PAON DU TIBET.

Les Chinois l'appellent CHIN-TCHIEN-KHI.

Craſſitie *Meleagridem* circiter æquat. Ipſius longitudo 2 pedes 1 pollicem & 6 lineas explet. Roſtrum unum pollicem & 7 lineas longum eſt; cauda 8 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue tres pollices: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus unum pollicem longitudine non ſuperat. Mas in parte utriusque pedis poſteriore duobus donatur calcaribus, ſuperiore breviore. Alæ complicatæ ultra caudæ exortum non extenduntur. Oculorum irides flavæ. Roſtrum cinereum. Pedes griſei: unguesque nigricantes. Habitat in *Tibeti Regno*.

11. CRAX BRASILIENSIS.

Phaſianus niger, holoſerici villoſi ad inſtar ſplendens; ventre fuſco; pennis verticis apice ſurſum reflexis & criſpis.... LE HOCCO DU BRÉSIL.

Phaſianus niger criſtatus, roſtro cinnabarino: *vel* Crax niger, criſta tota atra, roſtro cinnabarino. *Barr.* Crax niger, corolla atra, roſtro rubro. *Linn.* Alector Mitu, vel Mutu. *Klein.* Mutu. *Piſon. Marcgr. Jonſt. Willugb. Raj.*

Craſſitie *Gallum domeſticum* antecellit. Ipſius longitudo 2 pedes & 7 pollices æquat. Roſtrum ſesquipollicem longum; collum 6 pollices; corpus à collo ad uropygium usque 10 pollices; cauda unum

 pe-

pedem; trium digitorum anticorum medius cum ungue tres circiter pollices; laterales paulo ſunt breviores; poſticus vero omnium breviſſimus. Alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Caudam ſemper in latum movet, eamque explicat. Oculos habet magnos, nigros; & pone aures maculam cutaceam albeſcentem, ut *Gallinæ*. Roſtrum coloris eſt egregii incarnati; verſus apicem tamen albicat. Manſueſcit facile. Habitat in *Braſilia* & *Guiana*, ubi *Hocco de Para* dicitur.

†. ** 12. Crax Guianensis.

Phaſianus niger; imo ventre albo; pennis verticis apice ſurſum reflexis & criſpis. . . . Le Hocco de la Guiane.

Phaſianus niger, atra criſta eleganter complicata. *Barr.* Crax nigra. *Linn.* Crax niger, iride ſubfuſco croceo, ventre albido. *Browne.* Crax. *Moehr.* Gallus Americanus. *Friſch. hujus icon accurata.* Gallus Indicus. *Sloane.* Alector Curaſſaus. *Klein.* Mutuporanga. *Piſon. Marcgr. Jonſt. Willugh. Raj.* Avis montana. *Euſ. Nieremb.* Tepetototl. *Fern.* Moyton, ſeu Mouton. *Joan. de Laët.* Cocq-Indien. *Hiſt. de l'Acad.* Oiſeau de Curaſſau. *Edwards.* *Germanice*, Poes. *Anglice*, Curaçoa-Bird.

Gallo-Pavonem ſemeſtrem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 2 eſt pedum & 10 pollicum. Roſtrum unum pollicem & 9 lineas longitudine æquat; cauda 12 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue 3 pollices: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus unius pollicis & 8 linearum longitudinem non excedit. Alarum extremitates 2 pedum & 6 pollicum intervallo diſtant; alæ vero complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Oculi ſunt nigri. Roſtrum apice quibusdam dilute cinereum, aliis nigrum; & a parte narium anteriore ad baſin usque cute rubeſcente, utrinque ultra oculos extenſa, coopertum. Pedes, un-

unguesque ex cinereo cœrulescunt. Habitat in *Guiana*, *Brasilia* & *Jamaïcensi Insula*.

13. CRAX CURASSOUS.

Phasianus niger, holoserici villosi adinstar splendens; imo ventre albo (*Mas*); obscure fuscus, supremo ventre albo infimo ex pallide fusco flavescente; (*Fœmina*); crista ex albo & nigro varia; tuberculo ad basin rostri rotundo, luteo.... LE HOCCO DE CURASSOW.

Phasianus seu Crax niger, crista ex albo & nigro varia eleganter convoluta. *Barr.* Crax nigra. Gallus Curassavicus. *Linn.* Gallus alius Indicus. *Aldrov. Willugb. Jonst. Raj. Klein.* Mutu. *Joan. de Laët. Jonst.* Phaisan de Curasow. *Alb.* *Anglice*, CARASSOW-COCK.

Crassitie *Gallo-Pavonem* fere adæquat. Oculorum ambitus albus. Oculi nigri, eorumque irides rubræ. Rostrum in exortu luteum, apice cinereum. Pedes pallide ferruginei.

Fœmina, a *mare* colore discrepans, habet rostrum pedesque cinereos.

Habitant in *Guiana*, & præsertim in *Curassao*.

14. CRAX MEXICANUS.

Phasianus niger ad subcœruleum vergens podice & tectricibus caudæ inferioribus candicantibus; (*Mas*); fuscus (*fœmina*); tuberculo ad basin rostri pyriformi, cœruleo.... LE HOCCO DU MEXIQUE.

Gallina alia Indica. *Aldrov. Willugb. Jonst.* Pauxi vocata Avis. *Fern. Eus. Nieremb. Raj. Klein.* Cusco. *Edwards, avec une figure exacte.* *Anglice*, CUSHEW-BIRD.

Gallum Gallinaceum magnitudine paululum antecellit. Pedes ejusdem fere coloris, sed pallidioris multo, & in postica parte ad cœruleum vergentis. Ungues atri.

Fœmina a *mare* diſcrepat colore. Ubi enim mas niger, ibi fœmina fuſca; in cæteris mari ſimilis. Habitant in *Mexico*.

Ille quem *Edwards* deſcripſit caudæ rectrices albo terminatas habet.

15. Crax fuscus Mexicanus.

Phaſianus fulvus ad fuſcum inclinans; pectore candido-luteo; alis & cauda candido & pallenti maculatis; criſta in capite pennis candido-pallidis, ſubtus nigris, conflata. . . . Le Hocco brun du Mexique.

Hoatzin, ſeu Avis ſimilem nomini edens vocem. *Hernand.* Hoactzin. *Fern. Euſ. Nieremb. Jonſt. Willugb. Raj. Charlet.*

Magnitudine *Gallo-Pavonem fœminam* fere adæquat. Pedes fuſci ſunt; ungues nigri. Veſcitur anguibus. Habitat in *Mexico*, illiusque calidas regiones frequentat. Arboribus juxta flumina conſitis inſidet.

16. Crax Peruvianus.

Phaſianus fulvus; collo ſupremo & capite ſaturate cinereis; criſta in capite pennis albis, apice nigris, conflata. . . . Le Hocco du Perou.

Crax rubra. *Linn.* Albini Gallina. *Klein.* Poule rouge du Pérou. *Alb.* An Coxolitli, quam Phaſianum patrium vocant? *Fern. Raj.* *Anglice*, Red Peruvian Hen.

Magnitudine *Gallo-Pavonem* fere adæquat. Oculi ſunt nigri; eorumque irides rubræ. Roſtrum ſaturate cinereum. Pedes nigri. Habitat in *Peruvia*.

17. Phasianus Bengalensis cornutus.

Phaſianus fuſco-rufeſcens, maculis oblongis albis, nigro circumdatis, varius, ſuperne lineolis tranſverſis fuſcis ſtriatus; capite anterius nigro, ſuperius

ſius rubro; collo & pectore rubro—aurantiis, maculis rotundis albis, nigro circumdatis, variis; rectricibus fuſco—rufeſcentibus; cornibus in capite binis calloſis, cylindraceis verſus caput poſterius inclinatis; membrana nuda ſub gutture pendula, cœrulea, aurantio maculata, plumulis nigris inferne obſita, in cujus medio altera membrana rugoſa, nigricans, & piloſa, ipſi per totam longitudinem eſt coadunata. . . . LE FAISAN CORNU DE BENGALE.

Meleagris capite cornubus duobus, corpore rubro punctis nigris albo fœtis. Satyra. *Linn.* Phaiſan cornu des Indes. *Edwards*, *avec une figure exacte.*

Quo ad magnitudinem inter *Gallinam*, & *Gallo-pavonem* medium locum tenet. Partem capitis anteriorem & genas cooperiunt plumulæ nigræ, brevibus pilis ſimiles, & quæ nares quoque obtegunt. Roſtrum fuſcum. Pedes unguesque candicantes. Pes uterque uno calcari donatur. Habitat in *Bengalenſi* regno.

18. CRAX VERTICE CONO CORNEO ONUSTO.

Phaſianus niger, podice & tectricibus caudæ inferioribus albis, vertice in conum corneum adſurgente. . . . LE HOCCO À TÊTE CALLEUSE.

Craſſitie ad *Gallo—pavonem* accedit; in vertice ad altitudinem fere 2 pollicum exſurgit conus corneus, ex lata baſi in obtuſum apicem deſinens, galeæ adinſtar. Roſtrum & pedes rubri ſunt coloris.

Habitat in inſula *Curaſſao.*

ORDO III.

AVES Digitis quatuor, membranis destitutis, tribus scilicet anticis, uno postico, omnibus usque ad exortum, aut circiter, discretis: cruribus ad calcaneum usque plumosis: & rostro brevi, adunco donatæ.

Omnes hujus ordinis Aves rapaces sunt & carnivoræ. Caput habent grande; linguam latam, crassam, carneam, *humanæ* similem; crura valida & musculosa, ad prædam feriendam & dejiciendam; rostrum & ungues aduncos, validos, acutos, ad eam retinendam & dilaniandam comparatos. Insigni visus acumine pollent, ad prædam nimirum dispiciendam. Inediam diutissime tolerant; quod pro victus ratione iis necessarium est, cum præda, quoties esuriunt, non semper sit parata.

Perquam difficile dignoscuntur & a se invicem distinguuntur variæ Avium hujus Ordinis species: tantopere enim coloribus mutant, sive ratione sexus, sive ratione ætatis, ut non solum una eademque species, sed & unum idemque individuum, variis temporibus observatum, etiam attente intuenti, plures species a se invicem discrepantes referat. Non mirum ergo si in errorem sæpius inciderim; ad quem vitandum necessarium foret Aves istas variis temporibus & per totum vitæ cursum observare; quod sæpius impossibile fit.

Hujus Ordinis Avium aliæ basin habent rostri cute nuda tectam: aliæ basin rostri plumis antrorsum incumbentibus coopertam. In duas igitur sectiones dividuntur: prima continet eas quarum basis rostri cute nuda tegitur, ut *Accipiter*, *Aquila*, *Vultur*: & secunda illas quarum basis rostri plumis antrorsum incumbentibus cooperta est, ut *Asio*, *Strix*.

SEC-

SECTIO I.

Eæ quarum basis rostri cute nuda tegitur.

In illa sectione tria continentur genera Avium. Aliæ rostro gaudent ab exortu adunco, ut *Accipiter*: aliæ rostro primum recto, dein adunco; inter quas aliæ capite sunt plumoso, ut *Aquila*: aliæ capite vel nudo, vel lanugine tantum prædito, ut *Vultur*.

Omnes hujus sectionis Aves sunt *Diurnæ*. Ipsarum digitus trium anticorum extimus medio connectitur rudimento membranæ, ad primum usque articulum extenso; & digiti istius extimi unguis minimus est.

In cute nuda sive membrana, basin rostri cooperiente, nares collocantur.

VIII. *Genus Accipitrinum.*

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; omnes circiter usque ad exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum breve, ab exortu aduncum, ad basin cute nuda tectum.

Hujus generis Avium *fœminæ maribus* corporis mole sunt majores, forma speciosiores, viribus fortiores, indole generosiores; qua de causa mares *Tercellini*, quasi tertiarii, dicti sunt, quia fœminis tertia circiter magnitudinis parte sunt inferiores.

** 1. ACCIPITER.

Accipiter superne fuscus, oris pennarum rufescentibus, inferne albus (*Mas*), albo-rufescens (*Fœmina*), tæniis transversis & lanceolatis fuscis, rufo admixto, varius; remigibus sex prioribus extrinsecus serratis; rectricibus griseo-fuscis, tæniis fuscis transversim striatis. . . . L'EPERVIER.

Accipiter minor; Nisus Recentiorum. *Gesn.* Accipiter fringillarius. *Gesn. Schwenck. Jonst. Charlet. Willugh. Sibbald. Rzac.* Accipiter Merularius. *Charlet.* Fringillarius Accipiter. *Raj. Aldrov. (fœmina).* Nisus sagittatus alter. *Frisch. hujus icon accurata (fœmina).* Nisus striatus. *Frisch. hujus icon accurata (mas).* Nisus. Moschetus. *Linn.* Falco fringillarius. *Klein.* Espervier. *Bel.* Epervier. *Kolbe. Alb.* *Germanice*, SPERBER. *Anglice*, SPARROW-HAWK.

Crassitie ad *Columbam* accedit. *Fœminæ* longitudo 14 pollices explet. Rostrum 10 lineas longum est; cauda 6 pollices & totidem lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem & octo lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus adhuc brevior. Majorum remigum extremitates, 2 pedum & totidem pollicum intervallo distant; alæ vero complicatæ duas tertias longitudinis caudæ partes attingunt. Oculorum irides luteæ. Cutis nuda sive membrana, basin rostri cooperiens, ex flavo viridescit. Rostrum cœrulescit, unco nigricante. Pedes sunt flavi; ungues nigri.

Mas crassitie *fœminæ* multo cedit. Ab illa quoque paululum colore discrepat. Multo minus rufi admixtum habet: in dorso fusco dilutiore tingitur, & ad cinereum paululum inclinat.

Hujus speciei varietas est

A. ACCIPITER MACULATUS.

L'EPERVIER TACHETÉ.

Falco manibus aureis, rostro nigricante. *Klein.*

Præcedentem magnitudine circiter adæquat. Alarum extremitates 2 pedum & totidem pollicum intervallo distant. Dorsum terreum est, albis maculis, sed raris, varium. Totum corpus inferius similibus coloribus dense squammatum. Alæ inferne, caudaque subtus, zonis albis latis & terreis angustis variæ; cauda vero superne colore terreo imbuta, zonis quatuor nigris varia. Oculorum irides aureæ.

Mem-

Membrana basin rostri cooperiens flava. Pedes satis longi, sicut & digiti, aurei.

†. ** 2. ACCIPITER MINOR.

Accipiter superne fuscus rufo variegatus, inferne albus fusco–rufescente transversim striatus; occipite pauco albo notato; rectricibus fuscis sex tæniis saturatius fuscis transversim striatis. . . . LE PETIT EPERVIER.

Æsaloni paululum crassitie cedit. Ipsius longitudo 11 pollices & 9 lineas æquat. Rostrum 7 lineas longum; cauda 5 pollices & 6 lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue 17 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus omnium brevissimus. Alæ complicatæ ultra mediam caudæ longitudinem paululum protenduntur. Rostrum, unguesque nigricant; pedes sunt lutei.

Alius extat quem eamdem speciem existimo. A supra descripto tamen differt in eo quod rectrices tæniis quatuor tantum saturate fuscis sint variegatæ, & maculas habeat in pectore quasi lanceolatas.

** 3. ASTUR.

Accipiter superne fuscus, inferne albus, tæniis transversis lanceolatis fuscis varius; genis ex fusco & albicante striatis; rectricibus fuscis, fusco saturatiore transversim striatis, apicis margine albo. . . . L'AUTOUR.

Accipiter major. *Gesn. Jonst.* Accipiter stellaris. *Schwenck. Rzac.* Accipiter palumbarius. *Gesn. Aldrov. Schwenck. Willugh. Sibbald. Raj. Charlet.* Asterias. *Aldrov.* Falco palumbarius. *Klein. Linn.* Falco sagittatus. *Frisch. icones accuratæ.* Autour. *Bel.* Tiercelet (*Mas*). *Bel. Alb.* *Germanice*, HABICH. *Anglice*, HAWKE.

Fœmina *Caponem* crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo unum pedem 10 pollices & 3 lineas explet. Ros-

Roſtrum 16½ lineas longum eſt; cauda 10 pollices & 4 lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue duos pollices & ſeptem lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus anticorum intimum longitudine adæquat; intimus autem extimo paulo longior. Alæ complicatæ duas tertias longitudinis caudæ partes attingunt, nec ultra protenduntur. Oculorum irides flavæ. Membrana baſin roſtri cooperiens, flavo-viridis. Roſtrum, unguesque nigri; pedes lutei.

Mas a *fœmina* non diſcrepat niſi magnitudine, qua ei cedit, & pedibus minus validis.

** 4. FALCO.

Accipiter fuſcus, oris pennarum rufeſcentibus; gutture ſordide albicante; rectricibus 12 fuſcis, fuſco ſaturatiore transverſim ſtriatis. . . . LE FAUCON.

Falco. *Geſn. Aldrov. Schwenck. Jonſt. Charlet. Proſp. Alp. Rzac. Moehr.* Accipiter fuſcus. *Friſch. hujus icon ſatis accurata.* Faucon. *Bel. Kolbe. Germanice*, FALCK. *Belgice*, VALCK. *Anglice*, FALCON.

Craſſitie *Gallinam mediocrem* adæquat. Ipſius longitudo unum pedem & 6 pollices explet. Roſtrum unum circiter pollicem longum eſt; cauda 5 pollices cum tribus lineis; trium digitorum anticorum medius cum ungue duos pollices: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum interiorem longitudine adæquat, qui interior exteriorem paululum longitudine antecellit. Extremitatum alarum diſtantia eſt 3 pedum & 5 pollicum; alæ vero complicatæ caudam extremam fere attingunt. Oculorum irides luteæ: membrana, baſin roſtri cooperiens, concolor. Roſtrum ex cinereo cœruleſcit, excepto unco nigro. Pedes ſunt flavi ad viride inclinantes; ungues vero nigricantes.

Hujus ſpeciei varietates ſunt

** A. Falco hornotinus.

Le Faucon sors.

Hujus ſpeciei hic *junior* eſt. Fuſco dilutiore aut ad cinereum paululum vergente tingitur. In reliquis præcedenti ſimilis.

** B. Falco gibbosus.

Le Faucon hagard, ou bossu.

Falco gibboſus. *Geſn. Aldrov. Jonſt. Willugb. Sibbald. Raj.* Falco gibboſus albus. *Charlet.* *Germanice*, Hager-Falck. *Anglice*, Haggard Falcon.

Hic jam ad ſenectutem provectus eſt. Tunc collum contorquet, illudque inter ſcapulas quaſi abſcondit, & ſic fit brevius. Ob quam colli brevitatem caput vix apparet ante juga alarum, dum eas ſupra latera dorſi componit, ita ut gibbum geſtare videatur. Caput ei magnum eſt pro reliquo corpore. Roſtrum perbreve & rotundum. Alæ prælongæ & valde exſertæ. Cauda brevis. Pedes habet longiuſculos, nodoſos in articulis digitorum, præcipue ad interiorem plantæ pedis partem. Oculi flammei ſunt & ardentes.

C. Falco leucocephalus.

Le Faucon a teste blanche.

Vultur ſubluteus, capite albo. *Friſch. hujus icon accurata. Germanice*, Rauh-Fuss-Geyer.

Craſſitie *Falconem noſtratem* adæquat. Caput, guttur, collum & pectus alba ſunt, exiguiſque maculis longitudinalibus, fuſcis varia. Superne fuſco, ruſeſcente, griſeo & albicante variegatur. Ventrem & crura veſtiunt pennæ griſeæ, fuſcis variegatæ maculis, quas rufeſcens cingit color. Pennæ crura veſtientes ad exortum usque digitorum protenduntur. Oculorum irides flavæ. Membrana, baſin roſtri cooperiens, pallidius flava. Roſtrum cinereum. Pedes lutei; ungues vero nigricantes.

**

** D. Falco albus.

Le Faucon blanc.

Falco albus. *Gesn. Aldrov. Jonst. Willugh. Raj. Rzac. Klein.* Falco candidus, Moscoviticus. *Schwenck.* Laniarius albus, sive Falco albus. *Frisch. hujus icon accurata. Germanice*, Weisser Falcke. *Anglice*, White-Falcon.

Sic a colore dictus est; corpore enim est toto coloris lactei, sed flavis varii maculis, quæ tamen nisi attente introspicerentur, & ipsæ albæ apparerent. Alæ candidissimæ sunt, ac sine maculis. Caudam componunt rectrices 12 flavis conspersæ maculis, quarum tamen apparentiam eripiunt rectrices binæ intermediæ, quæ totæ sunt candidæ & immaculatæ. Oculi sunt nigri; eorum vero irides flavæ, sicut & membrana, basin rostri cooperiens. Rostrum ex albo cœrulescit. Pedes, cæterorum Accipitrum more, lutei; ungues nigricantes. Alii sunt omnino albi, absque maculis, apicibus tamen majorum remigum nigricantibus.

E. Falco niger.

Le Faucon noir.

Falco niger. *Gesn. Schwenk. Aldrov.* Falco fuscus. *Frisch. hujus icon accurata.* Aesala; Falconum species. *Jonst.* Tlotli. *Fern.* Tlotli, Falco columbarius Nebbi dictus. *Raj.* Faucon noir. *Edwards, avec une bonne figure. Germanice*, Kol-Falck.

Crassitie & magnitudine *Falconem nostratem* circiter æquat. Ipsius longitudo unum pedem & 10 pollices explet. Alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Caput pro corpore satis crassum. Superne nigricat aut fusco saturatissimo tingitur, tectricum oris tamen rufescentibus. In utroque capitis latere macula est nigra, ab oris angulis procedens, & deorsum tendens, mystacis instar. Inferne terreo aut fusco colore tingitur, & unaquæque penna macula nigra in apice

apice donatur. Alarum tectrices inferiores nigræ, maculis albis variegantur. Cauda tæniis transversis, terreo colore tinctis, inferne striata. Cutis nuda, dilute plumbea, cingit oculos, quorum irides obscuro imbuuntur colore. Rostrum satutate plumbeum, ad incarnatum colorem vergit: membrana, basin rostri cooperiens, concolor, attamen ad flavum magis inclinans. Pedes sunt blumbeo-viridescentes; prope digitos, magis ad flavum inclinant. Digitorum pars inferior rubescit; ungues vero sunt nigri.

F. FALCO MACULATUS.

LE FAUCON TACHETÉ.

Faucon tacheté. *Edwards, avec une bonne figure.*

Crassitie ad *Falconem nostratem* accedit. Capite donatur exiguo; collo brevi; pedibus mediæ longitudinis; cauda satis longa; alis quoque longis, & dum complicantur, ad caudam fere extremam protensis. Superne fuscus, in uropygio & cauda cinereus, nigro transversim varius. In utroque capitis latere majuscula est macula longitudinalis, nigra, infra oculos orta, & ad colli exortum usque protensa. Inferne est albus, maculisque variegatur fuscis. Cauda infra dilute cinerea, nigricante transversim striata. Alæ subtus fuscescentes, maculisque rotundis, albis variæ, supra lineis transversis, nigri cantibus variegatæ. Cutis nuda plumbea oculos cingit: oculorum vero irides obscuro colore tinguntur. Membrana, basin rostri cooperiens, ex flavo viridescit. Rostrum plumbeum est. Oris anguli ex flavo ad aurantium inclinant. Pedes sunt splendide lutei; ungues vero nigri. Habitat in *Freto Hudsonis.*

G. FALCO FUSCUS.

LE FAUCON BRUN.

Vultur Pygargus. *Frisch. hujus icon accurata. Germanice*, BRAUN FAHLE GEYER.

Ipsius

Ipſius longitudo unum pedem & 7 pollices æquat. Alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Caput cinereum eſt, exiguis varium maculis longitudinalibus, fuſco–ferrugineis. Superne fuſcus: inferne albet, maculis fuſcis variegatus. Oculorum irides flavæ. Membrana, baſin roſtri cooperiens, pallidius flava. Roſtrum ex cinereo nigricat. Pedes ſunt flavi; ungues vero nigri.

H. FALCO RUBEUS.

LE FAUCON ROUGE.

Geſn. Aldrov. Jonſt. Willugb. Charlet. Barr. Raj. Germanice, ROTER-FALCK. *Belgice*, ROODE VALCK. *Anglice*, RED-FALCON.

Rubeus dicitur hic Falco, quia maculæ in cæteris albæ, in hoc ſunt rubræ & nigræ; ita tamen ut non appareat rubere niſi cum alas exerit. *Peregrino Falcone* minor; unguibus tamen, pedibusque & roſtro fortis eſt.

I. FALCO RUBER INDICUS.

LE FAUCON ROUGE DES INDES.

Aldrov. hujus icones ſatis accuratæ. Willugb. Raj. Falco rubeus, & Falco aliter. *Jonſt.*

Fœmina major eſt capite, vertice lato ac fere plano. Alæ ultra mediam longe caudam porriguntur, extremo fere dorſo ſibi mutuo decuſſatim incumbentes. Superne cinereus eſt ad fuſcum tendens. Inferne ex fulvo rubeſcit, gutture macula oblonga, cinerea, quæ inferne deſinit, diſtincto. Rectrices alternis ſpatiis, modo nigris hemicycli forma anguſtioribus, modo cinereis amplioribus, variæ. Ab exteriori oculorum cantho utrinque macula, oblonga, fulvo–rubeſcens, ducitur. Oculi pupilla nigerrima: membrana ciliorum in ambitu lutea. Oculorum irides fuſcæ. Membrana, baſin roſtri cooperiens, lutea. Roſtrum admodum craſſum, cinereum. Pedes

craſſi

crassi satis, robustique, lutei sunt: ungues nigri acutissimi.

Mas tertia prope parte exilior est. A *fœmina* præterea discrepat in eo quod partes, quas in illa color cinereo-fuscus imbuit, in hoc nigro prorsus tingantur colore. Guttur etiam huic dilutius paulo rubet; & macula caret. Pedes dilutiore luteo colore tinguntur.

Habitant in *India Orientali*.

K. FALCO ITALICUS.

LE FAUCON D'ITALIE.

Jonst.

Hic caput habet totum planum; rostrum *Falconis Peregrini* rostro minus & cœruleum. Superne flavo colore, ad rubeum vergente, & lineis tenuibus ferrugineis distincto, tingitur. Alarum extremitates maculis rotundis, albisque pictæ sunt. Pedes luteo colore imbuuntur. Habitat in montibus *Vincentinis* & *Alpibus*, qui *Germaniam* ab *Italia* dividunt.

** L. FALCO ISLANDICUS.

LE FAUCON D'ISLANDE.

Asturem crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo unum pedem 9 pollices & 3 lineas explet. Rostrum 16 lineas longum; cauda 10 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue 2 pollices & 3 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus anticorum intimum longitudine adæquat. Alarum extremitates 3 pedum 10 pollicum & 9 linearum intervallo distant; alæ vero complicatæ caudam extremam fere attingunt. Colore pennarum *Falconem nostratem* æmulatur. Rostrum ex cinereo cœrulescit, excepto unco nigricante. Oculorum irides luteæ. Membrana, basin rostri cooperiens, & pedes concolores; ungues vero nigri.

Habitat in *Islandia*.

M. FALCO SACER.

LE SACRE.

Gesn. Aldrov. Schwenck. Jonst. Willugb. Charlet. Sibbald. Raj. Klein. Rzac. Quauhtotli. *Fern.* Sacre. *Bel. avec une figure passable. Germanice*, SACKER. *Anglice*, SACRE.

Cæteris *Falconibus* major est, sed *Gyrfalconibus* minor. Cauda ipsius longa; alæ vero complicatæ extremam fere caudam pertingunt. Caput habet magnum, rotundum; rostrum brevius; corpus longiusculum; pedum digitos & pedes breviores. Superne maculis variegatur fuscis. Crura interius labent. Cauda maculis semicircularibus, phaseolorum figuram fere referentibus, distinguitur. Quorundam dorsum ex rufo ad cinereum tendit, aliorum nigrescit. Oculi sunt magni, nigri. Rostrum, pedesque colore cœruleo tinguntur. Ut *migratorius* habetur hic Falco.

5. FALCO GENTILIS.

Accipiter superne saturate fuscus, apicibus pennarum ferrugineis, inferne flavescens, maculis longitudinalibus fuscis varius; genis tænia nigricante insignitis; rectricibus fuscis, tæniis transversis nigricantibus variegatis. . . . LE FAUCON GENTIL.

Falco Gentilis. *Gesn. Aldrov. Jonst. Charlet. Sibbald. Linn. Willugb. Raj. Klein.* Faucon Gentil. *Bel.* Faucon apprivoisé. *Alb. Anglice*, FALCON GENTLE.

Falconi peregrino paululum crassitie & magnitudine cedit. Alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Oculi magni sunt & nigri; ipsorum vero irides flavæ. Rostrum crassum, plumbeo-cœrulescens. Pedes flavi, breves; ungues vero nigri, acutissimi.

** 6. FALCO PEREGRINUS.

Accipiter superne cinereus, tæniis transversis cinereo-fuscis striatus, inferne albo-rufescens, tæniis

niis transversis nigricantibus varius; rectricibus 12 alternatim cinereo & nigricante transversim striatis, albo-rufescente terminatis. . . . LE FAUCON PÉLERIN.

Gesn. Aldrov. hujus icon satis accurata. Jonst. Willugb. Raj. Schwenck. Charlet. Faucon pélerin. *Bel. Germanice*, WANDER-FALCK. *Anglice*, BLEW-BACKT FALCON.

Crassitie *Falconem nostratem* æquat. Ipsius longitudo unum pedem & 6 pollices explet. Rostrum 16 lineas longum est; cauda 7 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue 2 pollices & 9 lineas: laterales 2 pollices longitudine non excedunt; & posticus unum pollicem & 10 lineas non superat. Alarum extremitatum distantia est 3 pedum & totidem pollicum; alæ vero complicatæ ad caudam fere extremam pertingunt. Pennæ crura tegentes longissimæ, & fere ad digitos usque protenduntur. Oculorum irides luteæ. Membrana, basin rostri cooperiens, etiam lutea. Rostrum cœrulescit. Pedes sunt flavi; ungues nigricantes. *Migratorius* est hic Falco.

Hujus speciei varietates sunt

A. FALCO BARBARICUS.

LE FAUCON DE BARBARIE.

Falco Tunetanus. *Aldrov. Jonst. Willugb. Charlet. Raj. Klein.* Falco barbatus. *Linn.* Faucon de Barbarie. *Alb. avec une figure passable.* Faucon Tunicien, ou Punicien. *Bel. Anglice*, BARBARY-FALCON.

Præcedenti paululum magnitudine cedit. Capite donatur crasso & rotundo. Superne pallide est cinereus ad cœruleum vergens, maculisque nigris variegatus. Inferne flavicat & maculis longitudinalibus variegatur. Remiges nigricant, oris exterioribus albis. Rectrices sunt cinereo-cœrulescentes, septemque tæniis transversis, fuscis striatæ. Oculi versicolo-

res, circulis donantur nigris & fuſcis: ipſorumque irides flavent. Membrana, baſin roſtri cooperiens, quoque flava. Roſtrum, unguesque nigri; pedes lutei.

B. Falco Tartaricus.

Le Faucon de Tartarie.

Faucon de Tartarie ou Barbarie. *Bel.*

Magnitudine *Falconem peregrinum* paululum antecellit. Ab illo etiam diſcrepat alis ſuperne rufis, & digitis magis elongatis.

** 7. Falco Torquatus.

Accipiter ſuperne cinereus, inferne albus, maculis transverſis fuſcis varius; tectricibus caudæ ſuperioribus albis, ferrugineo maculatis; rectricibus lateralibus nigricante transverſim ſtriatis. (*Mas*).
Accipiter ſuperne obſcure ferrugineus, inferne albo-rufeſcens, maculis longitudinalibus fuſcis varius; tectricibus caudæ ſuperioribus albis, ferrugineo maculatis; capite torque fuſco, & ex rufo albicante cincto; ex 12 rectricibus, lateralibus nigricante transverſim ſtriatis. (*Fœmina*). . . . Le Faucon a collier.

Falco plumbeus cauda teſſellata. *Klein.* Pygargus Accipiter. *Willugb. Raj. Linn.* Subbuteo. *Geſn. Rzac. Sibbald.* Buteo albus. *Charlet.* Perturbateur des Poules. *Alb. avec une figure paſſable de la femelle.* Aigle à queue blanche. *Alb.* *Anglice*, Ring-tail.

Fœmina unum pedem 7 pollices & 6 lineas longa eſt. Roſtri longitudo unum pollicem & 4 lineas æquat; caudæ 9 pollices cum 6 lineis; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem & 10 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus breviſſimus. Alarum extremitates 3 pedum & 7 pollicum intervallo diſtant; alæ vero complicatæ ultra tres quartas longitudinis caudæ partes protenduntur.

duntur. Supra nares & ad angulum mandibulæ fetæ nigricantes fuccrefcunt antrorfum reflexæ. Sub oculis macula eft candicans. Oculorum irides flavæ. Membrana, bafin roftri cooperiens, ferruginea. Roftrum nigrum. Lingua & palatum nigricant. Pedes crocei; ungues vero nigri.

Mas fœmina minor eft; non autem magnitudine tantum fed & colore plurimum ab illa differt. Pedes habet exiles.

** 8. LITHO-FALCO.

Accipiter fuperne cinereus, fcapis pennarum nigricantibus, inferne rufefcens, maculis longitudinalibus fufcis varius; gutturis pennis albis fufca tænia longitudinali confpicuis; rectricibus cinereis, apice nigricantibus, albo terminatis; lateralibus nigricante transverfim ftriatis. . . . LE FAUCON DE ROCHE, OU ROCHIER.

Litho-Falcus. *Gefn. Raj.* Lithofalco, five Efalus. *Frifch. hujus icon fatis accurata.* Lithofalco, feu Falco Lapidarius. *Willugh. Aldrov. Jonft.* *Germanice*, STEIN-FALCK. *Anglice*, STONE-FALCON.

Craffitie ad *Tinnunculum* accedit. Ipfius longitudo 12 pollices & 3 lineas æquat. Roftrum 8 lineas longum eft; cauda 5 pollices cum 3 lineis; trium digitorum anticorum medius cum ungue 16 lineas: laterales paulo funt breviores; & pofticus 7½ linearum longitudinem non excedit. Alæ complicatæ circiter ad tres quartas longitudinis caudæ partes protenduntur. Oculorum irides luteæ: membrana, bafin roftri cooperiens, pedesque concolores. Roftrum ex cinereo cœrulefcit; ungues vero funt nigri. Inter rupes nidificat; unde *Litho-Falconis* nomen.

9. FALCO MONTANUS.

Accipiter fuperne fufcus aut cinereus; capite nigro coronula cinericea cincto; vertice faftigiato; pec-

tore candeſcente, vel in quibusdam nigricante, maculis rotundis ferrugineis vel rubeis inſignito.... Le Faucon de montagne, ou Montagner.

Geſn. Aldrov. Jonſt. Willugb. Charlet. Raj. Rzac. Schwenck. Klein. Falco Pyrenæus nigricans. *Barr.* Cybindus; Accipiter nocturnus Plinii. *Schwenck. Klein. Aldrov. Germanice*, Birg-Falck. *Anglice*, Mountain-Falcon.

An *Litho–Falconis* varietas? *Falconi peregrino* craſſitie cedit. Alas habet non ita longas; caudam item breviorem. Roſtrum habet breve ac craſſum & nigrum; narium foramina anguſta; oculos ſimiliter exiguos; pedes plerumquè croceos; quibusdam tamen ex flavo paleäri palleſcunt. Pedes ſunt pedibus *Falconis peregrini* minores; digiti magni & carnoſi; ungues nigerrimi. Crura pennis veſtiuntur fuſcis. Cauda breviuſcula eſt & nigra. Membrana, baſin roſtri cooperiens, crocea. Pedes validi. Advertendum vero quanto ſæpius pennas veteres exuerit, tanto collum inferius obtinere candidius, maculasque in illo evadere minores, & pennas illas, quæ dorſum ac latera tegunt, cinereo–cœruleſcente intenſius tingi.

Hujus ſpeciei varietas eſt

A. Falco montanus cinereus.

Le Faucon de montagne cendré.

Falconis montani ſecundum genus. *Aldrov. hujus icon ſatis accurata. Willugb. Jonſt.* Falco mixtus, montanus, cœruleus. *Schwenck. Rzac. Germanice*, Zwitter-Falck.

Ipſius longitudo unum pedem & 9 pollices æquat. Ab extremo ad extremum alarum diſtantia eſt 4 pedum & 2 pollicum. Roſtrum breve eſt; pedes graciles & longi; cauda 9 pollices longa. Alæ complicatæ ad mediam fere caudam extenduntur. Superne cinereus ad cœruleum vergens. Inferne nivei eſt

eſt candoris. Remiges ſex primores nigræ ſunt: ſequentes omnes cinereæ, in extremitatibus nigræ, mediotenus ſecundum ſcapi longitudinem albæ. Cauda 12 conſtat rectricibus, quarum 8 intermediæ cinereæ ſunt; exteriores candidæ; omnes autem ad ſcapum utrinque maculis triangularibus, fuſcis inſigniuntur. Capite donatur & collo craſſis; corpore admodum gracili. Supra oculos juxta roſtrum pennulæ, ut pili, rigent. Membrana, baſin roſtri cooperiens, lutea eſt, ſed juxta oculos albet. Oculi pupilla ex nigro cœrulea; oculorum ambitus & irides luteæ. Roſtrum nigrum. Pedes lutei; ungues vero nigri, acutiſſimi.

10. FALCO FRETI HUDSONIS.

Accipiter ſuperne cinereo-fuſcus, inferne ex albo & ſaturate fuſco varius; prima remige exterius albicante maculata; rectricibus ſubtus cinereis, albo transverſim ſtriatis; pedibus cinereo-cœruleſcentibus.... LE FAUCON DE LA BAYE DE HUDSON.

Buze cendrée. *Edwards, avec une figure exacte.*

Craſſitie *Gallinam mediocrem* circiter æquat. Roſtrum 2 pollices longum eſt. Alæ ſunt acutiſſimæ; complicatæ vero caudam extremam attingunt. Linea fuſca, ab oris angulis orta, utrinque infra oculos propendet. Crurum pennæ longiores ſunt, & ad mediam usque pedis longitudinem extenduntur. Oculorum irides luteæ. Membrana, baſin roſtri cooperiens, cœruleſcit. Roſtrum eodem colore tingitur. Pedes ſunt cinereo-cœruleſcentes; ungues vero nigri. Habitat in *Freto Hudſonis*. *Lagopodibus* infeſta Avis.

11. FALCO STELLARIS.

Accipiter ſuperne nigricans, maculis ſtellas referentibus reſperſus, inferne ex albo & nigro varius; pedibus cœruleis.... LE FAUCON ETOILÉ.

Accipiter leporarius, seu cyanopus, seu Falco Hyacinthinus. *Rzac.* Accipiter stellaris. *Schwenck.* Falco cyanopus. *Gesn. Aldrov. Jonst. Charlet. Klein.* Avis phœbea. *Schwenck.* Ἀστερίας Arist. *Schwenck.* *Germanice*, Bla-fusz. *Anglice*, Blew-Legged Falcon.

Falconi peregrino magnitudine æqualis & figura similis est. Alas tamen habet breviores, & caudam aliquantulum longiorem; corpus quoque oblongius. Oculi pellucidi sunt; ipsorum irides aureæ; pupilla nigra. Pedes magni sunt ac crassi, cœrulei. In arboribus excelsis montium nidificat.

12. Falco Indicus cristatus.

Accipiter cirratus; superne nigricans, inferne ex albo & nigro transversim striatus; collo fulvo; rectricibus areolis alternatim cinereis & nigris transversim striatis. . . . Le Fauçon hupé des Indes.

Falco Indicus cirratus. *Willugh. Raj.*

Magnitudine ad *Asturem* accedit. Caput ei planum est, nigrum, cirratum, crista quoque nigra, bifida, ab occipite retro dependente. Pedes plumis vestiuntur ad digitos usque. Oculorum irides flavent. Membrana, basin rostri cooperiens, lutea. Rostrum obscure cœruleum & propemodum nigrum, præcipue versus apicem. Digiti lutei; ungues vero nigerrimi. Habitat in *India Orientali.*

13. Falco Antillarum.

Accipiter in toto corpore fuscus, exceptis vertice nigro & ventre albo. . . . Le Faucon des Antilles.

Mansfeny. *Raj. Du Tertre.*

Magnitudine *Falconem nostratem* non multum antecellit; sed pedibus, unguibusque duplo majoribus & validioribus donatur. Venatur *Turdos*, *Cinclos*, *Co-*

lum-

lumbas & *Turtures*. *Serpentibus* quoque & *Lacertis* victitat. In *Antillarum Insulis* habitat.

14. Falco piscator Antillarum.

Accipiter fuscus; capitis vertice nigro; ventre albo. . . . Le Faucon pescheur des Antilles.

Pêcheur. *Du Tertre. Raj.*

Præcedentem crassitie adæquat; sed pedibus, unguibusque paulo minoribus præditus est. *Piscibus* tantum victitat. Habitat in *Antillarum Insulis*.

15. Falco piscator Caroliniensis.

Accipiter superne saturate fuscus, inferne albus; vertice fusco, albo variegato; pedibus pallide cœruleis. . . . Le Faucon pescheur de la Caroline.

Falco piscator Cyanopus. *Klein.* Faucon Pescheur. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice*, Fishing-Hawk.

Crassitie *Asturem* adæquat; corpus tamen habet oblongius. Extremitatum alarum distantia est 5 pedum & totidem pollicum; alæ vero complicatæ ultra caudam extremam paululum extenduntur. In utroque colli latere tænia est fusca, infra oculos orta, & ad dorsum usque protensa. Pennæ crura tegentes admodum breves sunt, & cuti arcte adhærent. Oculorum irides flavent. Membrana, basin rostri cooperiens, cœrulea; rostrum vero nigrum. Ungues nigri, omnes longitudine fere æquales, extra aliorum *Falconum* modum. *Piscibus* tantum victitat. Habitat in fluviorum ostiis & parvulis fretis maritimis.

16. Lanarius.

Accipiter superne fusco-ferrugineus, inferne albus, maculis longitudinalibus nigris varius; tænia supra oculos alba; alis maculis rotundis albis subtus va-

variegatis; remigibus majoribus nigris; pedibus cœruleis. . . . Le Lanier.

Falco Lanarius, crudelis. *Klein.* Lanarius. *Gesn. Willugb. Raj. Linn. Aldrov. Jonst.* Lanier. *Bel.* Petit Lanier. *Alb.* *Germanice*, Lanete; Swemere. *Anglice*, Lannar.

Falconi gentili paululum crassitie cedit. Collum habet breve & crassum, rostrum breve, & caudam longiusculam. Oculi sunt patuli; ipsorumque irides flavæ. Membrana, basin rostri cooperiens, lutea. Rostrum, pedesque cœrulei; ungues vero nigri. Pedibus donatur brevioribus quam reliquæ hujus generis Aves.

Mas fœmina minor est; colore vero pennarum cum ea fere convenit. In arboribus sylvarum altioribus & rupibus excelsis nidificat.

** 17. Lanarius cinereus.

Accipiter cinereus; ventre albo, pennis in medio rufo notatis; rectricibus lateralibus interius fusco transversim striatis; remigibus majoribus nigris. . . . Le Lanier cendré.

Laniarius cinereus. *Frisch. hujus icon accurata.* Pygargus, Genus alterum Bell. *Jonst.* Pygargi tertium genus. *Aldrov.* Autre Oiseau St. Martin. *Bel.* Faucon bleu. *Edwards, avec une figure exacte.* *Germanice*, Grau Weisse Geyer. *Anglice*, Blue Hawk.

Crassitie *Lanarium* circiter æquat. Ipsius longitudo unum pedem 5 pollices & 6 lineas explet. Rostrum 11 lineas longum est; cauda 9 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem & 5 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus omnium brevissimus. Alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Rostrum ex cinereo cœrulescit. Pedes sunt lutei; ungues vero nigri.

Dantur hujus speciei Aves, quæ ab ista discrepant pectore & uropygio albis, & parte inferiore, maculis

culis rufis destituta, ac remigum majorum apicibus albis.

18. Lanarius albicans.

Accipiter superne ex cinereo-albo ad subfuscum vergens, inferne ex cinereo albicans; macula rostrum inter & oculos nigra; remigibus nigricantibus....
Le Lanier blanc.

Lanarius. *Aldrov. Jonst.* Milvus albus. *Schwenck. Rzac.* Milvus albicans. *Sibbald.* *Germanice*, Swemere.

Magnitudine *Accipitrem* inter & *Asturem* medium locum obtinet. Unius pedis & 7½ pollicum longitudinem explet. Vertice est lato; capite, colloque crassis. Rostrum crassitie pollicem æquat. Pes valde gracilis est. Alæ complicatæ ad caudæ extremitatem, excepto tantum unius pollicis intervallo, protenduntur. Pupilla oculorum nigra, irides flavæ. Membrana, basin rostri cooperiens, lutea. Rostrum nigrum, sicut & ungues; pedes vero lutei.

Alius describitur ab *Adrovando* qui hujus videtur esse varietas. Pedes 2 & unum pollicem longus est. Superne colore est fusco, cui nonnihil leucophæi admixtum est. Uropygium candicat. Alarum tectrices superiores leucophææ, ut & pectus ac corporis pars inferior, maculis longitudinalibus ferrugineis distincta. Remigum nonnullæ ferrugineæ, aliæ nigræ, aliæ albicant, aliæ castaneæ: plures atro vel fusco colore transversim notatæ. Rectricibus 12 cauda constat: quarum quædam albæ, maculis ferrugineis dilutis insignitæ: aliæ nigro maculatæ: aliæ fusco & ferrugineo distinctæ: aliæ leucophææ. Oculorum irides luteæ sunt. Membrana, basin rostri cooperiens, quoque lutea. Rostrum nigrum. Pedes flavi; ungues vero nigri, longi, admodum recurvi.

†. ** 19. GYRFALCO.

Accipiter albus, maculis fuſcis ſuperne varius; rectricibus 12 albis, lateralibus exterius fuſco maculatis; roſtro pedibusque ex dilute cinereo cœruleſcentibus. . . , LE GERFAULT.

Aldrov. hujus icon ſatis accurata. Jonſt. Willugb. Charlet. Sibbald. Raj. Rzac. Hierofalcho. *Geſn.* Falco medius. *Schwenck.* Falco rapax. *Klein.* Morphnos Bellonii. *Aldrov.* Gerfault. *Bel.* Faucon d'Iſlande. *Anderſ.* *Germanice*, GROSSER-FALCK. *Anglice*, GYR-FALCON.

Aſturem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo unum pedem 9 pollices & 6 lineas explet. Roſtrum unum pollicem & 5 lineas longum eſt; cauda 9 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue 2 pollices & 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum intimum longitudine adæquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 4 pedum; alæ vero complicatæ caudam fere extremam attingunt. Partem capitis ſuperiorem veſtiunt pennæ albo-flaveſcentes, lineola ſtrictiſſima, fuſca, ſecundum ſcapi longitudinem extenſa, præditæ. Oculorum ambitus cœruleus: ipſorum irides concolores. Membrana, baſin roſtri cooperiens, ex dilute cinereo cœruleſcit. Ungues plumbei. Habitat in *Iſlandia*, variisque *ſeptentrionalibus regionibus.*

Hujus ſpeciei varietas eſt

†. ** A. GYRFALCO ISLANDICUS.

LE GERFAULT D'ISLANDE.

Gyrfalco. *Linn.*

Craſſitie præcedentem adæquat. Ipſius longitudo unum pedem 10 pollices & 6 lineas explet. Roſtrum 18 lineas longum eſt; cauda 8 pollices & 9 lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue 2 pollices & 4 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus omnium breviſſimus. Extremitatum alarum

rum diſtantia eſt 3 pedum & 11 pollicum; alæ vero complicatæ paulo ultra tres quartas longitudinis caudæ partes extenduntur. Caput veſtiunt pennæ fuſcæ, utroque margine albo-rufeſcente. Superne fuſcus eſt, & in utroque latere exiguis maculis transverſis albidis variegatus. Uropygium & cauda ſuperior ex cinereo fuſceſcunt, & tæniis transverſis, cinereo-albis diſtinguntur. Guttur ex ſordide albo rufeſcit. Inferne albet, maculiſque nigricantibus variegatur. Rectricibus 12 cauda conſtat cinereo-fuſcis, tæniiſque transverſis, cinereo-albis, minutiſſimis maculis fuſcis variis, ſtriatis. Oculorum irides luteæ. Membrana, baſin roſtri cooperiens, cœruleſcit. Roſtrum cinereo-cœruleſcens, excepto unco nigricante. Pedes flavi; ungues vero nigri. Habitat in *Iſlandia*.

** 20. DENDRO-FALCO.

Accipiter ſuperne fuſcus, inferne albus, maculis longitudinalibus fuſcis varius; imo ventre, cruribusque rufis; rectricibus griſeo-fuſcis, lateralibus interius rufo transverſim ſtriatis. . . . LE HOBREAU.

Falco ad rufum inclinans. *Barr.* Falco arborarius. *Aldrov. Jonſt. Charlet. Rzac.* Dendro-Falcus. *Geſn.* Dendro-Falco. *Raj. Willugb.* Dendro-Falco, ſive Smerlus. *Friſch. hujus icon non ſatis accurata.* Subbuteo. *Aldrov. Linn.* Hobreau. *Bel.* Hobereau. *Alb.* *Germanice*, BAUM-FALCK. *Anglice*, HOBBY.

Craſſitie *Accipitrem* circiter æquat. Ipſius longitudo 12 eſt pollicum. Roſtrum 9 lineas longum eſt; cauda 4 pollices cum 9 lineis; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem & 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus adhuc brevior. Alæ complicatæ paululum ultra caudam extremam protenduntur. In utroque capitis latere exigua eſt tænia ſordide alba, ſupra oculos ducta; &

infra

infra oculos macula eſt longitudinalis, fuſca. Oculorum irides luteæ. Pedes concolores. Roſtrum cœruleſcens; ungues vero nigri. In arboribus nidificat.

21. Accipiter Caroliniensis.

Accipiter ſuperne fuſcus, inferne albus, fuſco admixto; remigibus interius rubeſcente maculatis; rectricibus tæniis quatuor transverſis albis prædit is.... l'Epervier de la Caroline.

Falco columbarius. *Linn.* Falco Carolinienſis Palumbarius. *Klein.* Epervier à Pigeons. *Catesb.* *Anglice*, Pigeon-Hawk.

Corpore donatur graciliori quam *Accipiter vulgaris.* Crurum pennæ ad exortum usque digitorum fere protenduntur. Oculorum irides luteæ. Membrana, baſin roſtri cooperiens, concolor. Roſtrum in exortu albicat, verſus uncum nigricat. Pedes ſunt flavi. Habitat in *Carolina.*

** 22. Accipiter Alaudarius.

Accipiter ſuperne rufus, fuſco transverſim ſtriatus, inferne rufeſcens, maculis longitudinalibus fuſcis varius; rectricibus griſeo-rufeſcentibus fuſco transverſim ſtriatis, apice nigricantibus, albo terminatis.... l'Epervier des Alouettes.

Accipiter Niſus, Alaudarius. *Charlet.* Falco varius, pictus, Alaudarum vel murorum. *Klein.* Falco rufus. *Friſch. hujus icon accurata.* Falconellus. *Schwenck. Rzac.* *Germanice*, Mause-Falck. *Anglice*, Hobby.

Craſſitie *Accipitrem* circiter æquat. Ipſius longitudo 14 pollices explet. Roſtrum 10 lineas longum eſt; cauda 6 pollices & 9 lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue 16 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus omnium breviſſimus. Alæ complicatæ ultra tres quartas longitudinis caudæ partes protenduntur. Oculorum irides flaveſcunt. Mem-

Membrana, basin rostri cooperiens, cœrulescit. Rostrum cinereum. Pedes flavi; ungues vero nigri.

Mas à *fœmina* discrepat gutture rufo saturatiore tincto.

** 23. ÆSALON.

Accipiter superne rufo-vinaceus, nigro transversim striatus, inferne rufescens ad vinaceum inclinans, maculis longitudinalibus nigricantibus varius; rectricibus 12 rufo-vinaceis, nigro transversim striatis, tænia apicis latiore. . . . L'EMERILLON.

Accipiter Æsalon. *Sibbald. Charlet. Gesn. Aldrov. Willugh. Raj. Rzac. Klein.* Leius Accipiter. *Bell.* Smerillus. *Schwenck.* Cenchris. *Frisch. hujus icon accuratissima.* Esmerillon. *Bel.* *Germanice*, MIRLE. *Anglice*, MERLIN.

Crassitie *Merulam* non multum superat. Ipsius longitudo 12 pollices & 6 lineas æquat. Rostrum 9 lineas longum est; cauda 6 pollices cum 2 lineis; trium digitorum anticorum medius cum ungue 15 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus omnium brevissimus. Extremitates alarum 2 pedum & unius pollicis intervallo distant; alæ complicatæ paululum ultra tres quartas longitudinis caudæ partes extenduntur. In utroque capitis latere tænia extenditur nigricans. Oculorum irides avellaneæ. Membrana, basin rostri cooperiens, lutea. Rostrum cœrulescens, excepto unco nigricante. Pedes flavi; ungues vero nigricantes.

24. ÆSALON ANTILLARUM.

Accipiter superne rufus, maculis nigris varius, inferne albus, maculis longitudinalibus nigris notatus. . . . L'EMERILLON DES ANTILLES.

Esmerillon Gri-gry. *Raj. Du Tertre.*

Crassitie *Turdum* non multum antecellit. *Lacertulis* & *Locustis* victitat; *Pullos Gallinaceos* recenter

ex-

exclusos quandoque venatur. Habitat in *Antillis Insulis*.

An ab *Æsalone nostrate* specie differat dubito.

†. ** 25. ÆSALON CAROLINIENSIS.

Accipiter superne rufo-vinaceus, nigro transversim striatus ; capite cinereo-cœrulescente, vertice rufo-vinaceo ; tectricibus alarum superioribus cinereo-cœrulescentibus (*mas*) rufo-vinaceis (*fœmina*), nigro-transversim striatis ; rectricibus rufo-vinaceis, nigro terminatis (*mas*) nigro transversim striatis (*fœmina*). . . . L'EMERILLON DE LA CAROLINE.

Falco Sparverius. *Linn.* Falco minor rufescens, undulatim miscellus. *Browne.* Falco vertice vel rubro vel luteo. *Klein.* Petit Epervier. *Catesb. avec une figure exacte du mâle. Feuillée.* *Anglice*, LITTLE-HAWK.

Mas ad *Æsalonis nostratis* crassitiem accedit. Caput ex cinereo cœrulescit, excepto vertice rufo-vinaceo. Maculæ 7 nigræ partem capitis posteriorem cingunt. Oculorum irides luteæ. Membrana, basin rostri cooperiens, concolor. Pedes quoque lutei.

Fœmina crassitie *marem* non multum antecellit. Ipsius longitudo 10 pollices æquat. Rostrum 8 lineas longum est ; cauda 4 pollices & 10 lineas ; trium digitorum anticorum medius cum ungue 14 lineas : laterales paulo sunt breviores ; posticus omnium brevissimus. Alarum extremitates 20 pollicum & 3 linearum intervallo distant ; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt.

Habitat in *Virginia*, *Carolina* & *S. Dominici Insula*.

†. ** 26. ÆSALON DOMINICENSIS.

Accipiter superne rufo-vinaceus, nigro maculatus, inferne sordide albus, nigris maculis varius ; capite cinereo ; rectricibus octo (*mas*) decem (*fœmina*) intermediis castaneis, apice nigris, albi-

cante

cante terminatis; alarum tectricibus cinereis, nigro & albo variegatis. . . . L'EMERILLON DE S. DOMINGUE.

Crassitie *Merulam* circiter æquat. *Fœminæ* longitudo 9 pollices & 6 lineas explet. Rostrum 8 lineas longum; cauda 4 pollices & 9 lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue 13½ lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus adhuc brevior. Extremitatum alarum distantia est unius pedis & 8 pollicum; alæ complicatæ paululum ultra tres quartas longitudinis caudæ partes protenduntur. Oculorum irides luteæ. Membrana, basin rostri cooperiens, concolor. Rostrum in exortu flavum, apice nigricans. Pedes quoque flavi; ungues vero nigricantes.

Mas crassitie paululum *fœminæ* cedit. Maculæ nigræ per ipsius corpus multo minori numero quam in *fœmina* sunt dispersæ. Habitant in *S. Dominici Insula.*

** 27. TINNUNCULUS.

Accipiter superne rufo-vinaceus, nigricante maculatus, inferne ex rufescente ad vinaceum vergens, maculis nigricantibus varius; capite cinereo (maculis nigricantibus vario in *fœmina*); rectricibus cinereis, apice nigris, albo terminaris. . . . LA CRESSERELLE.

Falco Cenchris. *Klein.* An Falco aureus, capite plumbeo, rotundo? &c. *Klein.* Tinnunculus. *Jonst. Charlet. Sibbald. Linn. Gesn. Rzac Aldrov. Sloane. Raj. Willugb.* Tinnunculus verus. *Frisch. fœminæ icon accurata.* Milvus minor rubeus. *Schwenck.* Cresserelle. *Bel. Alb.* Coc de Windhover. *Alb.* *Germanice*, WANNEN-VAHER. *Anglice*, KESTREL.

Mas crassitie paululum *Accipitri* cedit. Ipsius longitudo 14 pollices æquat. Rostrum 9½ lineas longum est; cauda 6 pollices & 9 lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue tredecim lineas:

 late-

laterales paulo ſunt breviores; poſticus omnium breviſſimus. Alarum extremitates 2 pedum & 5 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ultra tres quartas longitudinis caudæ partes protenduntur. Oculorum irides flaveſcentes. Membrana, baſin roſtri cooperiens, lutea. Roſtrum cinereum. Pedes flavi; ungues vero nigri.

Fœmina craſſitie & magnitudine *marem* antecellit, a quo & diſcrepat coloribus pallidioribus.

** 28. CIRCUS MAJOR.

Accipiter ſuperne fuſcus, oris pennarum rufeſcentibus, inferne rufeſcens, maculis ovalibus fuſcis varius; aliquando non maculatus; rectricibus & remigibus fuſcis, fuſco ſaturatiore transverſim ſtriatis. . . . LE GROS BUSARD.

Milvus ſive Aſtur. *Friſch. bujus icon accurata. Germanice*, HUNER-HABIGT.

Craſſitie cum *Buteone* convenit. Ipſius longitudo unum pedem & 11 pollices æquat. Roſtrum unum pollicem & 6 lineas longum eſt; cauda 10 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue 2 pollices cum 3 lineis: intimus paulo brevior eſt; extimus omnium breviſſimus; poſticus vero anticorum intimum longitudine adæquat. Alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam extenduntur. Oculorum irides ex flavo ad croceum colorem vergunt. Membrana, baſin roſtri cooperiens, lutea. Pedes concolores. Roſtrum, unguesque nigricant.

Hujus ſpeciei varietas eſt

A. CIRCUS VARIUS.

LE BUSARD VARIÉ.

Accipiter ſtellarius, ſive guttatus. *Friſch. bujus icon accurata. Germanice*, HUNER-HABIGT.

Craſſitie paululum præcedenti cedit, cum quo colore ſatis bene convenit: ab illo tamen differt alis multo

multo magis variegatis. Tectrices alarum superiores cinereo maculantur; & remiges minores a media circiter longitudine albent; extremitas vero nigricat.

** 29. CIRCUS PALUSTRIS.

Accipiter fusco-ferrugineus, rufescente varius; rectricibus subtus griseis; tribus extimis interius rufo maculatis. . . . LE BUSARD DE MARAIS.

Accipiter Circus. *Charlet. Gesn.* Circus. *Aldrov. Jonst.* Milvus æruginosus. *Aldrov. Willugb. Raj. Rzac.* Milvus palustris. *Charlet. Sibbald.* Lanius Milvus. *Jonst.* Falco æruginosus. *Klein. Linn.* Falco palustris. *Schwenck. Rzac.* Vultur fuscus. *Frisch. hujus icon accurata.* Buzard de marais. *Alb.* Faux-Perdrieux. *Bel.* *Germanice*, WASSER-FALCK. *Anglice*, MOOR-BUZZARD.

Ad *Asturis fœminæ* crassitiem accedit. Ipsius longitudo unum pedem 10 pollices & 3 lineas æquat. Rostrum 16 lineas longum est; cauda 10 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue 2 pollices: laterales paulo sunt breviores; & posticus longitudine laterales adæquat. Alæ complicatæ ultra tres quartas longitudinis caudæ partes protenduntur. Maculæ autem rufæ, hujus speciei corpus variantes, diverso modo disseminantur in variis individuis. Irides croceæ. Membrana, basin rostri cooperiens, ex flavo ad viride inclinat. Rostrum, unguesque nigri; pedes vero lutei. In *paludibus* nidificat.

** 30. CIRCUS RUFUS.

Accipiter rufus, maculis longitudinalibus fuscis varius; dorso & uropygio fuscis; remigibus majoribus nigris, minoribus & rectricibus cinereis. . . . LE BUSARD ROUX.

Vultur, sive Laniarius medius. *Frisch. hujus icon accurata.* *Germanice*, FISCH-GEYER.

Crassitie præcedentem adæquat, magnitudine paululum

lulum ei cedit. Pennæ, caput, collum & pectus vestientes, sicut oculorum irides croceæ. Rostrum, unguesque nigri; pedes vero lutei.

31. Circus Brasiliensis.

Accipiter rufus, albis & flavis punctulis varius; rectricibus ex albo & fusco variegatis; aliquando ventre albescente. . . . Le Busard du Brésil.

Milvus Brasiliensis, Caracara dictus. *Raj. Willugh.* Caracara. *Pison. Marcgr. Jonst.*

Magnitudine adæquat *Milvum regalem*. Caudam habet 9 pollices longam. Alæ complicatæ 14 pollices longæ sunt; attamen nondum ad extremitatem caudæ pertingunt. Oculorum irides aureæ; ipsorum vero ambitus flavus. Rostrum mediocriter magnum, nigrum. Pedes lutei; ungues vero nigri acutissimi & longi. Avis est *Gallinis* valde infesta. Habitat in *Brasilia*.

** 32. Buteo.

Accipiter fusco-ferrugineus; pectore & ventre ex albo & fusco-ferrugineo variis; rectricibus fuscis, fusco saturatiore transversim striatis, apice albo-rufescentibus, inferne griseis. . . . La Buse.

Accipiter Buteo. *Schwenck.* Buteo. *Gesn. Jonst. Charlet. Linn.* Buteo, seu Triorchis. *Aldrov.* Buteo vulgaris. *Willugb. Sibbald. Raj. Rzac. Klein.* Lanarius & Villanus. *Gesn.* Percnopterus Bellonii. *Aldrov.* Buse ou Busard. *Bel. Alb.* *Germanice*, Busz-hart. *Anglice*, Buzzard.

Crassitie *Milvum regalem* paululum antecellit. Ipsius longitudo unum pedem 8 pollices & 6 lineas explet. Rostrum 18 lineas longum est; cauda 8 pollices & 3 lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem & 10 lineas; intimus paulo brevior est; extimus adhuc brevior; & posticus extimum longitudine paululum superat. Alarum ex-

extremitates 4 pedum & totidem pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad unius pollicis distantiam ultra caudæ extremitatem protenduntur. Oculorum irides pallide flavæ. Membrana, basin rostri cooperiens, lutea. Pedes concolores. Rostrum plumbeum; ungues vero nigri.

** 33. BUTEO APIVORUS.

Accipiter superne fuscus, inferne ex albo & fusco varius; cera nigra; rectricibus fuscis, fusco saturatiore transversim striatis, apice albo-rufescentibus, lateralibus tæniis albis interius variegatis. . . . LA BONDRÉE.

Willugb. Raj. Rzac. Rubetarius Accipiter. *Bell.* Falco apivorus. *Linn.* Goiran ou Bondrée. *Bel. Aldrov, Jonst. Alb.* *Germanice*, MAUS-FALCKE. *Anglice*, HONEY-BUZZARD.

Crassitie cum *Buteone* convenit. Ipsius longitudo unum pedem & 10 pollices æquat. Rostrum 15 lineas longum; cauda 9 pollices & 3 lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue 2 pollices & totidem lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus adhuc brevior. Extremitatum alarum distantia est 4 pedum & 2 pollicum; alæ complicatæ ultra tres quartas longitudinis caudæ partes extenduntur. Irides ex flavo ad croceum colorem inclinant. Membrana, basin rostri cooperiens, nigra. Rostrum nigricans. Pedes flavi; ungues vero fusci & parum adunci.

34. MILVUS NIGER.

Accipiter superne fuscus, inferne albicans, capite, collo & uropygio albicantibus; remigibus majoribus nigris. . . . LE MILAN NOIR.

Milvus. *Charlet.* Milvus ætolius. *Aldrov.* Milvus niger. *Schwenck. Sibbald. Rzac.* Milvus, primum genus. *Jonst.* Milan noir. *Bel.* *Germanice*, MEUSE-AHR. *Belgice*, KUKEN-DIEFF. *Anglice*, BLACK GLED.

Magnitudine *Asturem* adæquat. Crurum pennæ longiores sunt, & ad mediam pedis longitudinem usque protenduntur. Membrana, basin rostri cooperiens, lutea. Rostrum nigrum. Pedes lutei & graciles valde; ungues vero nigri. *Mures* in agris inquirit; *Locustas* & *Pullos* Avium, volandi adhuc impotentes, rapit.

†. ** 35. Milvus regalis.

Accipiter superne fuscus, rufo & albo varius; subtus rufus, fusco secundum pennarum scapos longitudinaliter maculatus; capite & gutture cinereo albicantibus; remigibus prioribus nigris; cauda forcipata. . . . Le Milan royal.

Milvus. *Gesn. Aldrov. Jonst. Sibbald. Raj. Linn.* Milvus vulgaris cauda forcipata. *Willugb.* Milvus regalis. *Schwenck. Charlet. Rzac.* Accipiter ignavus seu Lanarius rubeus Alberti. *Schwenck.* Falco cauda forcipata. *Klein.* Falco albicans. *Barr.* Milan royal. *Alb.* Milan; Huau; Escoufle. *Bel.* *Germanice*, Wy; Weye; Weiher. *Belgice*, Wou; Wowe. *Anglice*, Kite; Glead.

Ipsius longitudo 2 pedes æquat. Rostrum unum pollicem & 7 lineas longum est; cauda 12 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem; laterales paulo sunt breviores; & posticus anticorum extimum longitudine adæquat. Extremitatum alarum distantia est 4 pedum & 8 pollicum; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Membrana, basin rostri cooperiens, lutea. Rostrum corneum, apice nigricans. Pedes flavi; ungues vero nigri.

36. Milvus Caroliniensis.

Accipiter superne saturate purpurascens, inferne albus; capite & collo albis; remigibus, rectricibusque purpurascentibus, viridi mixtis; cauda forcipata. . . . Le Milan de la Caroline.

Falco forficatus. *Linn.* Falco Peruvianus, cauda furcata. *Klein.* Epervier à queue d'Hirondelle. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice*, SWALLOW-TAIL HAWK.

Milvo regali paululum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 2 circiter pedes æquat. Cauda 13 pollices longa eſt, & maxime forcipata. Alarum extremitates 4 pedum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad duas circiter tertias longitudinis caudæ partes protenduntur. Oculorum irides rubræ. Roſtrum nigrum. Veſcitur *Inſectis*, quæ ſupra arbores & ſepes volando rapit. Æſtivo tempore habitat in *Carolina*.

37. ACCIPITER FRETI HUDSONIS.

Accipiter ſuperne obſcure fuſcus, inferne albus, maculis fuſco-rufeſcentibus varius; tænia ſupra oculos & uropygio candidis; capite poſteriore & collo inferiore griſeo-fuſcis, fuſco obſcuriore variegatis; ex 12 rectricibus binis intermediis fuſceſcentibus, utrinque proxime ſequenti cinereo-cœruleſcente, extimis candidis, omnibus ſuperne fuſco transverſim ſtriatis. . . . L'EPERVIER DE LA BAYE DE HUDSON.

Faucon à queue annelée. *Edwards, avec une figure exacte.*

Cum *Gyrfalcone* craſſitie circiter convenit; ſed cruribus, pedibusque donatur multo magis elongatis. Alæ, a primo articulo ad ipſarum extremitatem usque, 13 circiter pollicum longitudinem obtinent. Membrana baſin roſtri cooperiens eſt lutea, & quibusdam plumulis nigris, valde rigidis, obſita. Roſtrum nigricat. Pedes ſunt vivide lutei; ungues vero nigri. Habitat in *Freto Hudſonis*.

38. FALCO BENGALENSIS.

Accipiter ſuperne ſplendide niger, inferne aurantius; oculorum ambitu nudo, luteo; ſyncipite & genis

genis candidis, genis tænia longitudinali nigra notatis; rectricibus 12 nigris, lateralibus interius albo transversim striatis. . . . LE FAUCON DE BENGALE.

Falco cœrulescens. *Linn.* Petit Faucon noir & orangé des Indes. *Edwards, avec une figure exacte.*

Hæc est hujus generis species quam noverim minima. Crassitie *Merulam* non antecellit. Ipsius longitudo 6 pollices & totidem circiter lineas explet. Alæ complicatæ ad duas circiter tertias longitudinis caudæ partes usque protenduntur. Rostrum habet validum; pedes crassos & breves; unguesque validos & acutos. Membrana basin rostri cooperiens flavicat. Rostrum cinereum est ad carneum colorem inclinans. Pedes eleganter aurantii; ungues vero nigri. Habitat in *Bengalensi* regno.

†. ** 39. FALCO PEDIBUS PENNATIS.

Accipiter superne fusco-nigricante, violaceo adumbrato, & sordide griseo variegatus, inferne fulvo-fuscescens, lineolis longitudinalibus nigricantibus varius; capite & collo superiore fulvo-griseis, lineolis nigricantibus variegatis; tænia supra oculos nigra; rectricibus 12 fuscis, versus extremitatem nigricantibus, sordide griseo in apice marginatis, lateralibus interius albido maculatis; pedibus pennatis. . . . LE FAUCON PATU.

Crassitie *Gyrfalconem* circiter æmulatur. Ipsius longitudo unum pedem 7 pollices & 3 lineas æquat. Rostrum 16 lineas longum est; cauda 8 pollices & 3 lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue 2 pollices & 3 lineas: laterales multo sunt breviores; posticus autem anticorum intimum longitudine adæquat. Alarum extremitatum distantia est 4 pedum; alæ complicatæ ad extremitatem caudæ fere pertingunt. Crura & pedes ad exortum usque digitorum vestiunt plumæ fulvæ. Membrana basin

roſtri cooperiens, palpebræ & digiti lutei; roſtrum unguesque nigricantes.

IX. *Genus Aquilinum.*

Hujus character eſt

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti:

Crura ad calcaneum usque plumoſa:

Roſtrum breve, primum rectum, dein aduncum; ad baſin cute nuda tectum:

Caput plumoſum.

** 1. AQUILA.

Aquila fuſca; capite & collo ſuperiore ad rufum inclinantibus; remigibus omnibus nigricantibus, ſed minoribus interius ad medium usque albis; rectricibus albis, apice nigricantibus, duabus utrinque extimis exterius cinereis; pedibus pennis fuſco-rufeſcentibus veſtitis. . . . L'AIGLE.

Falco fulvus. Falco canadenſis. *Linn.* Aquila. *Aldrov. Jonſt. Charlet. Muſ. Worm. Rzac. Moehr.* Aquila ſimpliciter. *Klein.* Aquila Alpina ſaxatilis. *Gaz. Rup. Beſl. hujus icon accurata.* Aquila fulva, ſeu Chryſaëtos. *Raj.* Chryſaëtos, cauda annulo albo cincta. *Willugb.* Aigle. *Hiſt. de l'Acad. avec une figure exacte.* Aigle à queue blanche. *Voy. de la B. de Hud. avec une figure exacte. Edwards, avec une figure exacte.* *Germanice*, ADLER. *Anglice*, EAGLE.

Craſſitie *Gallo-pavonem* ſuperat. Ipſius longitudo 3 pedes æquat. Roſtrum 2 pollices & 4 lineas longum eſt; cauda 12 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue 3 pollices & totidem lineas: intimus paulo brevior eſt; extimus omnium breviſſimus; poſticus vero anticorum intimum longitudine nonnihil antecellit. Extremitatum alarum diſtantia eſt 7 pedum & 8 pollicum; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Spatium roſtrum

inter & oculos contentum pennis nudum eſt. Oculorum irides avellaneæ. Membrana, baſin roſtri cooperiens, lutea. Roſtrum ex corneo colore cœruleſcit. Digiti ſunt flavi; ungues vero nigri. In montibus excelſis habitat, & in rupibus nidificat.

** 2. AQUILA LEUCOCEPHALOS.

Aquila fuſca; capite, collo, rectricibusque albis; pedibus pennis fuſcis in ſuprema parte veſtitis, in parte infima luteis.... L'AIGLE A TESTE BLANCHE.

Aquila capite albo. *Linn.* Aigle à tête blanche. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice*, BALD EAGLE.

Craſſitie *Aquilam vulgarem* antecellit. Ipſius longitudo 3 pedes & totidem pollices æquat. Roſtrum 3 pollices longum; cauda 12 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 3 pollices & 7 lineas: intimus paulo brevior eſt; extimus omnium breviſſimus; poſticus vero anticorum intimi longitudinem adæquat. Extremitates alarum 8 circiter pedum intervallo diſtant; alæ complicatæ caudam fere extremam pertingunt. Oculorum irides candidæ. Membrana, baſin roſtri cooperiens lutea. Roſtrum quoque luteum: digiti lutei; ungues vero nigri. Habitat in *Europa* & in *America Septentrionali.*

3. AQUILA ALBA.

Aquila in toto corpore candida.... L'AIGLE BLANC.

Aquila alba, ſive Cygnea. *Geſn. Jonſt. Charlet. Klein. Aldrov. Rzac. Euſ. Nieremb.* Aigle toute blanche. *Bel. Germanice*, WEISSER ADLER. *Anglice*, WHITE EAGLE.

Aquilam auream magnitudine circiter æquat. In univerſo corpore eſt nivei candoris. Habitat in *Alpibus* & rupibus circa *Rhenum.*

4. AQUILA NÆVIA.

Aquila obſcure ferruginea; alis ſubtus & cruribus albis

albis maculis afperfis; tectricibus caudæ inferioribus albis; rectricibus in exortu & apice albis; pedibus pennis obfcure ferrugineis, albo maculatis, veftitis. . . . L'AIGLE TACHETÉ.

Schwenck. Aquila Clanga. *Klein.* Morphno congener. *Aldrov. Jonft. Willugb. Raj. Charlet.* Buteo. *Frifch. bujus icon accurata.* *Germanice*, STEIN-ADLER. *Anglice*, ROUGH-FOOTED EAGLE.

Galli fat magni craffitie eft. Ipfius longitudo 2 pedes 7 pollices & 6 lineas æquat. Roftrum 2 pollices longum eft; cauda 12 pollices. Extremitates alarum 4 pedum intervallo diftant. Oculorum pupilla nigra: irides vero flavæ. Membrana, bafin roftri cooperiens, lutea. Digiti flavi, in exortu fquamis, verfus extremitatem, prope ungues, tabellis integuntur. Ungues nigri, acutiffimi. *Muribus* præcipue vectitat. Habitat in *Europa*.

5. AQUILA ALBICILLA.

Aquila obfcure ferruginea; capite albo, fcapis pennarum nigris; collo fuperiore paululum rufefcente; uropygio & remigibus nigricantibus, rectricibus una medietate nigris, altera medietate albis; pedibus nudis. . . . L'AIGLE A QUEUE BLANCHE.

Aquila Pygargus. *Klein.* Albicilla. Pygargus. *Linn.* Pygargus, feu Albicilla, quibusdam Hinnularia. *Willugh. Raj.* *Anglice*, FAWN-KILLING-EAGLE.

Craffitie *Gallo-pavoni* fere æqualis eft. Ipfius longitudo duos pedes & 9 pollices explet. Roftrum 3 pollices longitudine æquat; cauda 11 pollices & 6 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 2 pollices: laterales paulo funt breviores, eos pofticus longitudine antecellit. Extremitates alarum 6 pedum & 11 pollicum intervallo diftant; alæ complicatæ ad ultimam caudam non extenduntur. Inter oculos & nares plumæ funt nullæ, fed earum loco fetulæ in exortu lanuginofæ. Mandibulæ fuperioris adunca

adunca pars ultra inferiorem ad pollicis prope ſpatium propendet. Oculorum irides in quibusdam pallide avellaneæ, in aliis rubeæ, in alteris flavæ. Membrana, baſin roſtri cooperiens, lutea. Roſtrum quoque luteum. Pedes concolores; ungues vero nigri. Habitat in *Europa*.

6. AQUILA ALBICILLA MINOR.

Aquila ſuperne obſcure ferruginea, inferne ex ferrugineo & ſubnigro varia; capite & collo e cinereo dilute caſtaneis, apicibus pennarum nigricantibus; rectricibus albis; pedibus nudis. . . . LE PETIT AIGLE A QUEUE BLANCHE.

Aquila Pygargus. *Friſch. hujus icon accurata. Rzac. Geſn. Aldrov. Jonſt. Willugb.* Pygargus Hinnularia. *Charlet. Sibbald. Germanice*, BRAUN-FAHLE ADLER. *Anglice*, ERNE.

Magnitudine fere æquat *Gallum majuſculum*. Ipſius longitudo 2 pedes & totidem pollices explet. Oculorum pupilla nigerrima eſt; eorumque irides luteæ. Roſtrum quoque luteum, ſicut membrana, baſin roſtri cooperiens. Pedes intenſe flavi; ungues vero nigricantes. Habitat in *Europa*.

** 7. CHRYSAETOS, SEU AQUILA AUREA.

Aquila fuſco—ferruginea; capite & collo ſuperiore rufo—ferrugineis; remigibus nigricantibus; rectricibus ſordide albis, tæniis obliquis fuſco—ferrugineis variis; pedibus pennis fuſco—ferrugineis veſtitis. . . . L'AIGLE DORÉ.

Aquila Pyrenaica, &c. *Barr.* Aquila Germana. *Geſn.* Aquila Geſneri. *Jonſt.* Aquila ſtellaris. *Bell.* Aquila regalis. *Schwenck.* Aquila Chryſaëtos. *Klein. Rzac.* Chryſaëtos. *Aldrov. hujus icon ſatis accurata. Jonſt. Charlet. Sibbald. Linn. Willugb. Raj.* Grand Aigle royal. *Bel. Germanice*, ADLER. *Belgice*, ARENT. *Anglice*, EAGLE.

Aqui-

Aquilam vulgarem craſſitie nonnihil ſuperat. Ipſius longitudo 3 pedes æquat. Roſtrum 2 pollices & totidem lineas longum eſt; cauda 12 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue duos pollices & 10 lineas: intimus paulo brevior eſt; extimus omnium breviſſimus; poſticus autem anticorum intimum longitudine adæquat. Alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Membrana, baſin roſtri cooperiens, lutea. Roſtrum ex corneo colore cœruleſcit. Digiti flaveſcentes; ungues vero nigricantes. Habitat in *Europa*. In *Germania* frequens.

** 8. MELANÆETUS, SEU AQUILA NIGRA.

Aquila nigricans; capite & collo ſuperiore rufo mixtis; rectricibus prima medietate albis, nigricante maculatis, altera medietate nigricantibus; pedibus pennis ſordide albis veſtitis.... L'AIGLE NOIR.

Aquila Valeria, ſive Melanæetus. *Klein*. Aquila Melanætus. *Friſch. hujus icon accurata.* Aquila nigra. *Schwenck. Rzac.* Melanæetus, ſeu Valeria Aquila. *Geſn. Aldrov. Willugb. Raj.* Melanæetos. *Sibbald. Linn. Jonſt.* Hiperionis Avis aliorum. *Charlet.* Aigle noir. *Alb. Bel.* *Germanice*, SCHWARTZER ADLER. *Anglice*, BLACK EAGLE.

Aquilæ vulgari paululum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 2 pedes & 10 pollices æquat. Roſtrum 2 pollices & 5 lineas longum eſt; cauda 12 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 3 pollices & totidem lineas: intimus paulo brevior eſt; extimus omnium breviſſimus; poſticus anticorum intimum longitudine adæquat. Alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Oculorum irides avellaneæ. Membrana, baſin roſtri cooperiens, rubeſcit. Roſtrum ex corneo colore ad cœruleum vergit. Digiti ſunt flavi; ungues nigricantes. Habitat in *Europa*.

9. AQUILA OSSIFRAGA.

Aquila ſubalbo, fuſco & ferrugineo varia; ventre al-

albido, maculis ferrugineis notato; tectricibus caudæ superioribus albicantibus, nigro maculatis; rectricibus 12 extremitate nigris; pedibus in parte suprema pennis fusco—ferrugineis vestitis.... LE GRAND AIGLE DE MER..

Aquila Ossifraga. *Schwenck. Klein. Rzac.* Ossifraga. *Gesn. Bell. Aldrov. Charlet. Jonst.* Haliæetus. *Sibbald. Raj. Willugh.* Harpe. *Gesn. Aldrov.* Nisus Veterum. *Willugh.* Immussulus aliorum. *Charlet.* Aigle barbue, ou quelque Espece de Vautour. *Bel.* Orfraie ou Ossifrague. *Kolbe.* *Germanice*, GROSSER HASEN-AHR. *Anglice*, SEA-EAGLE.

Ad *Chrysaëti* sive *Aquilæ aureæ* crassitiem accedit. Ipsius longitudo 3 pedes 4 pollices & 6 lineas æquat. Rostrum 4 pollices longum est; cauda 12 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue 4 pollices: laterales paulo sunt breviores; posticus vero laterales longitudine adæquat. Extremitates alarum 6 pedum & 9 pollicum intervallo distant. Caput & collum totum oblongis plumis & angustis obducuntur. In gutture plumulæ tenues, pilorum æmulæ, propendent: quin & oculos inter & nares utrinque plumulæ similes villorum instar rigent. Membrana, basin rostri cooperiens, lutea. Rostrum admodum aduncum, ex corneo colore fuscum, nonnihil ad subcœruleum obscurum accedens. Pars pedum infima, una cum digitis, intenso luteo tincta est. Ungues nigerrimi, valde adunci, ita ut semicirculum referant. Habitat in *Europa*.

†. ** 10. HALIÆETUS, SEU AQUILA MARINA.

Aquila superne fusca, inferne alba; occipitio & gutture candidis, ac maculis fuscis longitudinalibus variis; rectricibus lateralibus interius albo transversim striatis; pedibus nudis.... L'AIGLE DE MER.

Aquila anataria, Clanga, Planga, Percnus, Morphnus. *Gesn.* Aquila Morphnus. *Rzac.* Aquila marina. *Schwenck.*

Schwenck. Aquila Pyrenaica. *Barr.* Haliætus. *Aldrov. Bell. Joan. de Laët. Jonst. Linn. Charlet.* Morphnos, seu Clanga. *Aldrov. Willugh. Raj. Jonst. Charlet.* Balbuzardus. *Sibbald.* Orfraye, ou Aile de mer. *Bel.* Aigle marine; Aigle canardiére. *Kolbe. Germanice*, FISCH-ADLER. *Anglice*, BALD-BUZZARD.

Hæc est Aquilæ species minor. Ipsius longitudo unum pedem & 11 pollices æquat. Rostrum 18 lineas longum est; cauda 9 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue 2 pollices & 6 lineas: extimus paulo brevior est; intimus adhuc brevior; posticus omnium brevissimus. Extremitates alarum 5 pedum & 3 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ paulo ultra caudam extremam extenduntur. Minutissimæ squamæ rotundæ, cinereo-cœrulescentes, pedes digitosque vestiunt. Rostrum unguesque nigri. Habitat circa fluvios & stagna.

** 11. PYGARGUS.

Aquila superne griseo-fusca, inferne alba, fusco-rufescente maculata; rectricibus exterius & apice fuscis, interius albis, fusco transversim striatis; pedibus nudis. . . . LE JEAN-LE-BLANC.

Pygargus, primum genus. *Jonst.* Pygargi secundum genus. *Aldrov.* Jean le Blanc, ou Oiseau St. Martin. *Bel. avec une assez bonne figure.*

Ad *Melanæeti* crassitiem accedit; magnitudine autem multo inferior est. Ipsius longitudo 2 pedes & unum pollicem æquat. Rostrum 2 pollices & 2 lineas longum est; cauda 10 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue 2 pollices & 7 lineas: intimus paulo brevior est; extimus adhuc brevior; posticus vero omnium brevissimus. Alæ complicatæ ad unius pollicis distantiam ultra caudam extremam protenduntur. Oculorum ambitus niger, irides flavæ. Rostrum, unguesque cinerei; pedes vero flavicantes. In *Gallia* frequens.

12. Aquila Brasiliensis.

Aquila ex fusco & nigricante varia, cinereo in alis admixto; rectricibus albis, in extremitate nigricantibus, albo terminatis; pedibus nudis. . . . L'Aigle du Brésil.

Urubitinga Brasiliensibus. *Marcgr. Jonst. Willugb. Raj.*

Ad *Anseris semestris* crassitiem accedit. Rostrum habet crassum; caput grande; caudam 9 pollices longam. Oculi magni snnt. Membrana, basin rostri cooperiens, flavescit. Rostrum nigrum est. Pedes lutei; ungues vero nigri. Habitat in *Brasilia.*

13. Aquila Brasiliensis cristata.

Aquila cristata; superne fusco & nigro varia, inferne alba, nigro maculata; collo superiore fulvo; rectricibus fuscis, oris albicantibus; pedibus pennis albis, nigro maculatis, vestitis. . . . L'Aigle hupé du Brésil.

Harpyja. *Linn.* Aquila cristata. *Eus. Nieremb. Willugb. Raj.* Urutaurana Brasiliensibus, & Urutavi cuquichu caririri. *Marcgr. Jonst.* Urutaurana. *Klein.* Falco maximus subcinereus cristatus. *Browne.* Yzquauhtli. *Fern.* *Anglice*, Oronooko-Eagle.

Magnitudine & crassitie cum *Aquila vulgari* convenit. Caput ipsius superius compressum est seu planum, in cujus summitate duas habet pennas nigras, 2 circiter pollices longas, cum duabus parvulis ad latus utrumque: illas ad libitum surrigit, atque iterum componit. Alæ complicatæ ultra exortum caudæ non multum protenduntur. Oculorum pupilla nigra, irides aureæ. Membrana, basin rostri cooperiens, flava. Rostrum nigrum. Pedes lutei; ungues vero fusci. Habitat in *Brasilia.*

14. Aquila Africana cristata.

Aquila cristata; superne saturate fusca ad nigrum vergens, marginibus pennarum dilute fuscis, inferne

ferne alba, maculis orbiculatis nigris varia; fyncipite ac genis candidis, nigro maculatis, pectore rufo; rectricibus fuperne faturate grifeis, tæniis transverfis nigris ftriatis; pedibus pennis albis, maculis orbiculatis nigris variis, veftitis.... L'AIGLE HUPÉ D'AFRIQUE.

Aigle huppé. *Edwards, avec une figure exacte.* *Anglice*, CROWNED EAGLE.

Magnitudine maximis noftratibus *Aquilis* tertia circiter parte cedit: attamen non minus valida & generofa videtur. In fummo capite pennæ extant cæteris longiores, quas Avis in criftæ modum erigit. Oculorum irides ex aurantio ad rubedinem vergunt. Roftrum obfcure fufcum. Membrana, nares cooperiens, concolor. Digiti fplendide aurantii; ungues vero nigri. Habitat in *oris Africæ maritimis.*

†. ** 15. AQUILA PONTICERIANA.

Aquila caftanea, fcapis pennarum nigricantibus; capite, collo & pectore albis, lineolis longitudinalibus fufcis variis; remigibus fex primoribus ultima medietate nigris; ex 12 rectricibus 6 intermediis apice fulvis; pedibus nudis.... L'AIGLE DE PONDICHERY.

Craffitie *Gyrfalconem* circiter æquat. Ipfius longitudo unum pedem & 7 pollices explet. Roftrum unum pollicem & 7 lineas longum eft; cauda 7 pollices cum 3 lineis; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem & 8 lineas: laterales paulo funt breviores; pofticus anticorum extimum longitudine adæquat: intimus autem omnium breviffimus. Extremitatum alarum diftantia eft 3 pedum & 9 pollicum; alæ complicatæ ultra caudæ extremitatem nonnihil protenduntur. Membrana, bafin roftri cooperiens, cœrulefcit. Roftrum in exortu cinereum, apice pallide flavum. Pedes lutei;

ungues vero nigricantes. Habitat in *Ponticerio*. A *Malabaribus* cultu divino honoratur hæc Avis.

X. *Genus Vulturinum.*

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; omnes circiter usque ad exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum breve, primum rectum, dein aduncum; ad basin cute nuda tectum:

Caput vel nudum, vel lanugine tantum præditum.

** 1. VULTUR.

Vultur fusco-nigricans; remigibus & rectricibus ad cinereum vergentibus; pedibus pennis fuscis vestitis. . . . LE VAUTOUR.

Vultur. *Gesn. Aldrov. Schwenck. Jonst. Willugb. Charlet. Rzac. Moehr.* Vultur cinereus Autorum. *Klein.* Grand Vautour cendré. *Bel.* *Germanice*, GYR. *Anglice*, GEIR.

Aquilam crassitie superat. Ipsius longitudo 3 pedes & 6 pollices æquat. Rostrum 4 pollices & 3 lineas longum est; cauda 12 pollices cum 6 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 3 pollices & 6 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus anticorum extimum longitudine adæquat. Extremitatum alarum distantia est 7 pedum & 9 pollicum; alæ complicatæ ad tres quartas longitudinis caudæ partes protenduntur. Caput, guttur & colli pars suprema fusca teguntur lanugine. Pennulæ longæ, pilorum æmulæ, sub gutture prominent; & barbam quodammodo efficiunt. Digiti sunt flavi; ungues vero nigri. Habitat in *Europa*. In altis montibus degit; & cadaveribus præcipue victitat.

** 2. VULTUR FUSCUS.

Vultur fuscus; remigibus fusco-nigricantibus, primariis

mariis apice, albis fuſco maculatis; rectricibus griſeo—fuſcis; pedibus nudis.... LE VAUTOUR BRUN.

Aquila Heteropus. *Geſn. Aldrov. Jonſt. Charlet.* Percnopterus cucullatus, fuſcus, punctis nigris. *Barr.* Falco capite nudo, fuſcus. *Linn.* *Germanice*, ADLER GSCHLECHT.

Quoad craſſitiem *Phaſianum* inter & *Pavonem* medium locum obtinet. Ipſius longitudo 2 pedes & 6 lineas æquat. Roſtrum 2 pollices & 6 lineas longum eſt; cauda 9 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 2 pollices & 10 lineas: intimus paulo brevior eſt; extimus adhuc brevior; & poſticus anticorum extimum longitudine adæquat. Alæ complicatæ ad tres quartas longitudinis caudæ partes extenduntur. Roſtrum nigrum. Pedes flaveſcentes; ungues vero nigricantes. Habitat in *Europa*.

3. VULTUR ÆGYPTIUS.

Vultur rufus ad cinereum vergens, maculis fuſcis varius; pedibus nudis.... LE VAUTOUR D'EGYPTE.

Sacer Ægyptius Bellonii. *Aldrov. Jonſt.* Sacre Egyptien. *Bel.*

Craſſitie ad *Milvum regalem* accedit. In *Ægypto* frequens eſt; habitat etiam quandoque in *Syria* & *Caramania*.

4. VULTUR NIGER.

Vultur niger; remigibus, rectricibuſque fuſcis; pedibus pennis nigris veſtitis.... LE VAUTOUR NOIR.

Jonſt. Willugh. Raj. Vultur nigricans. *Charlet.* An Percnopterus Americanus totus niger? *Barr.* Vautour noir. *Bel.* *Anglice*, SWARTHY VULTURE.

Magnitudine & craſſitie *Vulturem aureum* antecellit. In *Ægypto* frequens.

5. VULTUR AUREUS.

Vultur ſuperne niger, ſcapis pennarum albis, inferne rufus; capite & collo ſupremo ex albido rufis; remigibus, rectricibusque fuſcis; pedibus pennis dilute rufis veſtitis. ... LE VAUTOUR DORÉ.

Vultur Alpinus, vel Aureus. *Geſn.* Vultur Aureus. Vultur Boeticus. *Aldrov. Jonſt. Raj. Willugb. Charlet.* Moyen Vautour brun ou blanchâtre. *Bel.* *Germanice*, GOLD-GEYR. *Anglice*, GOLDEN-VULTURE.

Magnitudine & craſſitie *Aquilam* antecellit. Ipſius longitudo 4 pedes & 8 circiter pollices æquat. Roſtrum 7 fere pollices longum eſt; cauda 2 pedes & 3 circiter pollices. Alas habet valde longas; remigum enim longiſſima 3 fere pedum longitudinem obtinet. Digiti fuſco ſunt vel corneo colore. Habitat in *Alpibus*.

6. VULTUR CRISTATUS.

Vultur criſtatus; ex rutilo nigricans; pectore magis ad rufum inclinante; pedibus nudis. ... LE VAUTOUR HUPÉ.

Vultur quem Germani vocant Aſz-Gyr. *Geſn.* Vultur Leporarius. *Schwenck. Jonſt. Charlet. Klein. Aldrov. Willugb. Raj. Rzac.* *Germanice*, HASEN-GYR. *Anglice*, HARECATCHING VULTURE.

Vulturi aureo magnitudine cedit. Alarum extremitates 6 pedum & amplius intervallo diſtant. Caudam habet longam & directam. Stans criſtam quaſi cornua in capite erigit, quæ in volante non apparet. Roſtrum nigrum eſt. Pedes ſunt flavi; ungues vero nigri. Celeriter incedit; unoquoque enim inceſſu duorum palmorum gradum facit. Aves omnes perſequitur. Ex Feris venatur *Lepores*, *Cuniculos*, *Vulpes*, *Hinnulos*; necnon *Piſcibus* inſidiatur; ac ne quidem a cadaveribus abſtinet. Non ſolum volatu, verum etiam curſu prædam inſequitur. In denſis & deſertis ſylvis, & in altiſſimis arboribus nidificat.

7. VULTUR FULVUS.

Vultur ſuperne griſeo-rufeſcens, inferne albus, griſeo-rufeſcente admixto; capite, collo & torque albis; remigibus, rectricibusque nigris; crurum latere interiori, & pedibus in parte ſuprema lanugine alba veſtitis. . . . LE VAUTOUR FAUVE.

Vultur fulvus, Bœtico Bellonii congener. *Raj. Willugb.* Vultur ruber. *Rzac.* Vautour. *Alb.* Grifon. *Hiſt. de l'Acad. avec une figure paſſable.* An Percnopterus Americanus? *Barr.*

Aquilam magnitudine ſuperat. Ipſius longitudo 3 pedes & 6 pollices æquat. Roſtrum 4 pollices & 3 lineas longum eſt; cauda 7 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 4 pollices: laterales paulo ſunt breviores; poſticus autem anticorum intimum longitudine adæquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 8 pedum; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Caput, guttur & collum alba veſtiuntur lanugine, in collo breviſſima & rara; ita ut cutem nudam quaſi relinquat, unde collum griſeo-fuſcum videtur & cœruleſcens, quibus coloribus cutis vulgo tingitur. In medio pectore cavitas eſt ſatis lata & profunda, pennis obſita rufeſcentibus, longis, pilorum æmulis, denſis, cuti incumbentibus & verſus cavitatis medium reflexis. Oculorum irides aurantiæ. Roſtrum in exortu & apice nigrum, in medio griſeo-cœruleſcens. Pedes cinerei; ungues vero nigri.

8. VULTUR ALPINUS.

Vultur ſuperne dilute ferrugineus, inferne ſordide griſeus, maculis ferrugineis varius; capite, collo & torque albis; remigibus, rectricibusque nigris; pedibus nudis. . . . LE VAUTOUR DES ALPES.

Vulturina Aquila. *Klein.* Hypæetus Ariſtotelis, vel Gypæetus. *Geſn.* Percnopterus. *Aldrov. Barr. Jonſt. Charlet. Willugb. Raj. Linn.* Aigle-Vautour. *Alb.* An

An Corvus moſchatus, roſtro adunco? *Barr.* An Fregata ſylvatica, moſchata? *Barr.* *Germanice*, GEYR-ADLER.

Magnitudine *Aquilam* æquat, ſuperatve. Caput & collum plumis deſtituuntur, albaque tantum lanugine veſtiuntur. Infra lanuginem quædam eſt ſeries pennarum albarum, cæteris longiorum, quæ collum cingunt & torquem quodammodo efficiunt. In utroque capitis latere, a roſtro ad oculos usque, cutis eſt nuda, cinereo-cœruleſcens. Oculorum pupilla nigra; irides ex rubro avellaneæ. Membrana, baſin roſtri cooperiens, nigra. Roſtrum quoque nigrum, excepto unco albicante. Pedes plumbei; ungues vero nigri. Habitat in *Alpibus* & aliis altiſſimis montibus.

9. VULTUR LEUCOCEPHALOS.

Vultur ſuperne fuligineus, inferne ex obſcure rubro albicans, maculis caſtaneis varius; capite & collo albis, lineolis fuſcis reſperſis; remigibus prima medietate candidis, altera medietate nigricantibus; rectricibus in exortu albis, extremitate fuſcis, apicibus albidis; pedibus plumulis obſcure flaventibus veſtitis.... LE VAUTOUR A TESTE BLANCHE.

Vultur albicans. *Jonſt. Klein. Charlet. Willugb. Raj.* Vultur λευκοκέφαλος. *Schwenck.* Vultur albo capite. *Rzac.* *Germanice*, WEIS-KOEPFFICHTER-GEYER. *Anglice*, WHITISH VULTURE.

Aquilam næviam craſſitie non ſuperat. Ipſius longitudo 2 pedes & 3 pollices æquat. Roſtrum 2 pollices longum eſt; cauda 9 pollices. Alarum extremitates 5 pedum & 9 pollicum intervallo diſtant. Pennulæ pilorum æmulæ, nigræ utrinque juxta roſtrum & oculos rigent, & ſub gutture, inſtar barbulæ, propendent. Oculorum irides obſcure rubentes. Membrana, baſin roſtri cooperiens, crocea. Roſtrum ſubcœruleum, extreme tamen nigricans.

Digiti

Digiti crocei; ungues vero aterrimi & acutissimi. Habitat in *Europa* In montibus vivit ex raptu. *Aviculas* & *Mures* capit pro cibo.

10. VULTUR BRASILIENSIS.

Vultur niger, purpureo & viridi colore varians; capite, collo, pedibusque nudis. . . . LE VAUTOUR DU BRESIL.

Vultur pullus, &c. *Browne.* Vultur Gallinæ Africanæ facie. *Sloane.* Vultur Brasiliensis. *Willugb. Klein. Raj.* Urubu Brasiliensibus. *Marcgr. Jonst.* Aura. *Eus. Nieremb. Linn. Jonst. Charlet.* Gallinaça, aut Gallinaço aliis. *Eus. Nieremb.* Tzopilotl, sive Aura. *Hernand. Fern. Joan. de Laët.* Corvus sylvaticus, capite phœniceo. Meleagris Guianensis. *Barr.* Huexolotl. *Fern.* Aigle. *Kolbe.* Buse à figure de Paon. *Catesb. avec une figure assez bonne.* Galinache ou Marchand. *Des March. Belgice,* STRONT-VOGEL. *Anglice,* TURKEY-BUZZARD.

Magnitudine & crassitie *Milvum regalem* circiter æquat. Rostrum 2 pollices & 6 lineas longum est. Alæ complicatæ paulo ultra caudæ extremitatem protenduntur. Caput & collum cute teguntur paululum rugosa, ex croceo, cœruleo, albicante & rufo-fuscescente varia, raris insuper pilis nigris obsita. Oculorum pupilla rotunda, nigra; irides rubescentes; palpebræ vero croceæ. Membrana, basin rostri cooperiens, ex croceo cœrulescit. In ista cute, circa mediam rostri longitudinem, narium foramen unum est amplum, transversim positum. Rostrum album est. Pedes carnei; ungues vero nigri. Cadaveribus vescitur. *Serpentes* quoque insectatur. Pernoctat in arboribus & rupibus, mane advolans ad urbes, & quidquid immundum aut exanime devorans. Habitat in *Jamaïca*, *Mexico*, *Dominicensi Insula*, *Brasilia*, *Guiana* & *Peruvia*.

†. ** 11. REX VULTURUM.

Vultur albus, rufescente superne admixto; capite

& collo ſupremo nudis; torque ſaturate cinereo; remigibus ex nigro obſcure viridibus; rectricibus nigris; pedibus nudis.... LE ROI DES VAUTOURS.

Papa. *Linn.* Vultur Monachus. *Klein.* Regina Aurarum. *Euſ. Nieremb. Willugh.* Cozcaqu:uhtli. *Fern. Hernand. Raj. Joan. de Laët. Jonſt.* Roi des Vautours. *Edwards, avec une figure exacte.* Vautour des Indes. *Alb.* *Anglice*, WARWOUWEN.

Craſſitie *Gallo-pavonem fœminam* circiter æquat. Ipſius longitudo 2 pedes & 3 pollices explet. Roſtrum unum pollicem & 9 lineas longum eſt; cauda 7 pollices cum 9 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 3 pollices cum 4 lineis: laterales multo ſunt breviores; poſticus vero anticorum intimum longitudine adæquat. Alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Cutis nuda, diverſis coloribus varia, caput & colli partem ſupremam veſtit. Baſis roſtri aurantia tegitur cute, quæ inter nares, criſtæ dentatæ & mobilis inſtar, erigitur. Capitis pars ſuperior colore tingitur carneo. Infra occipitium eſt nigra lanugo, ex qua oritur cutis rugoſa, fuſceſcens; pauco cœruleo & rubro in parte poſteriore admixtis: quæ cutis lineolis nigra lanugine conſtantibus ſtriata eſt. Capitis latera nigra veſtiuntur lanugine; roſtrum inter & oculos utrinque macula extat purpureo-fuſca. Cute coccinea ambiuntur oculi; ipſorum irides albidæ. Supra collum utrinque extenditur lineola longitudinalis, nigra lanugine conflata: ſpatium autem inter lineolas iſtas contentum obſcure flavet. Collum ſupremum ad latera tingitur colore rubro qui ſenſim, verſus partem inferiorem, flaveſcit. Infra partem colli nudam pennæ extant longiuſculæ, ſaturate cinereæ, torquem quodammodo efficientes, qui collum ambit, & deinde verſus pectus reflectitur. Roſtrum, pedes, unguesque rubri: qui ab *Edwardo* deſcriptus eſt, pedes habebat ſordide albos, ungues vero nigros. Habitat in *Cayena*.

12.

12. GRYPHUS.

Vultur fuſcus, ſuperne ſaturatius inferne dilutius; (aliquando totus albo & nigro varius): gutture & collo inferiore nudis, rubris; remigibus nigris; pedibus nudis.... LE CONDOR.

Gryphus. *Klein. Linn.* Cuntur. *Joan. de Laët. Jonſt. Charlet.* Avis ingens. *Euſ. Nieremb. Raj.* Ovyra Ovaſſou. *Joan. de Laët. Jonſt.* Condor. *Frezier. Comdam. Feuillée. Des March.*

Ingenti magnitudine donatur hæc Avis. Illius quam *Pater Feuillée* deſcripſit, extremitates alarum 11 pedum & 4 pollicum intervallo diſtabant; majores autem remiges 2 pedum & totidem pollicum longitudinem explebant. Longitudo roſtri 3 pollices & 7 lineas æquabat; digitorum anticorum medii 5 pollices & 8 lineas, ungue adjuncto unum pollicem & 9 lineas longo; digiti intimi 3 pollices & 2 lineas, cum ungue unum pollicem & 9 lineas longo; digiti extimi 3 pollices, cum ungue unum pollicem longo; & digiti tandem poſtici 18 lineas, cum ungue 9 lineas longo. Quædam ſunt hujus ſpeciei Aves, quarum extremitates alarum 15 aut 16 pedum intervallo diſtant, in reliquis proportione ſervata. Oculi ſunt nigri; irides fuſco-rubeſcentes. Roſtrum nigrum, excepto apice albo. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *Peruvia.*

13. VULTUR BARBATUS.

Vultur ſuperne fuſco-nigricans, marginibus pennarum dilutioribus, inferne albus, fuſco-rubeſcente adumbratus; barba nigra ſub gutture pendula; ſyncipite, genis & duplici utrinque in capite tænia nigris; reliquo capite & collo candidis; pennis colli ſtrictioribus, longioribus, acutis; rectricibus 12 fuſco-nigricantibus, ſcapis albis præditis; pedibus alba lanugine veſtitis.... LE VAUTOUR BARBU.

Vultur barbatus. *Linn.* Vautour barbu. *Edwards, avec une figure exacte.*

Aquilam craſſitie circiter æmulatur. Ipſius longitudo 3 pedes unum pollicem & 6 circiter lineas æquat. Roſtrum 3 pollices & 9 lineas longum eſt. Extremitates alarum 7 pedum & paulo plus intervallo distant; alæ complicatæ ad 3 circiter quartas longitudinis caudæ partes extenduntur. Nares cooperiunt pennæ nigræ, rigidæ, antrorſum verſæ. Plumularum pariter nigrarum faſciculus extat ſub gutture pendulus, barbam quodammodo efficiens. Oculorum irides vividiſſime luteæ: palpebræ ſaturate rubræ. Os intus cœruleum. Roſtrum carneo-purpureum, in extremitate ſaturatius. Digiti plumbeo colore imbuti; ungues vero fuſci. Habitat in *Barbaria.*

14. VULTUR ARABICUS.

Vultur fuſco-nigricans, ſuperne ſaturatius, inferne dilutius; capite gibboſo; capite, collo ſupremo & torque cinereis, oculorum ambitu & macula in genis candidis; tectricibus alarum ſuperioribus minimis apice albis, rectricibus 12 fuſco-nigricantibus; pedibus nudis. . . . LE VAUTOUR D'ARABIE.

Vautour noir couronné ou chaperonné. *Edwards, avec une figure exacte.* *Anglice*, CRESTED BLACK VULTURE.

Aquilæ craſſitiem tertia parte ſuperat. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum ad exortum cute obducitur dilute cœruleſcente; verſus extremitatem nigricat. Pedes ſunt cœruleſcentes; ungues vero nigri. Habitat in *Arabia.*

SEC-

SECTIO II.

Eæ quarum basis rostri plumis antrorsum incumbentibus cooperta est.

Hæc sectio duobus tantum constat generibus Avium. Aliæ capite donantur fasciculis pennarum, auricularum æmulis, prædito, ut *Asio*: aliæ capite fasciculis illis pennarum destituto, ut *Strix*.

Omnes hujus sectionis Aves sunt *Nocturnæ*. Auricularum foramina habent amplissima, valva cutanea obtecta. Caput ipsis crassum, rotundum & forma caput *Felinum* referens. Oculorum ambitus pennis constat decompositis sive quarum pennulæ à se invicem sunt disjunctæ. Pennæ autem istæ, tanquam e centro communi, ab oculis oriuntur, in orbem extenduntur, & in utroque capitis latere circulum efformant, cujus circumferentia pennis terminatur rigidis & crispis.

Hujus sectionis Avium anticorum extimus digitus est retrorsum versatilis & postici digiti munere fungitur: unde binos digitos posticos habere dicuntur.

XI. *Genus Asionis.*

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; omnes circiter usque ad exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum breve, aduncum; ad basin plumis antrorsum incumbentibus tectum:

Caput fasciculis pennarum, auricularum æmulis, præditum.

** 1. BUBO.

Asio superne fulvo rufescente & nigricante varius, inferne rufus, nigricante longitudinaliter & transversim

versim striatus; gutture candicante, rectricibus 12 interius versus exortum fulvis, nigricante transversim striatis, pedibus & digitis plumosis. . . . LE GRAND DUC.

Gesn. Aldrov. Schwenck. Jonst. Raj. Rzac. Linn. Bubo primus. *Willugb.* Bubo maximus. *Charlet. Sibbald.* Bubo; Noctua maxima. *Frisch. hujus icon accurata.* Feliceps subrufus. *Barr.* Ulula *Klein.* Noctua. *Mus. Worm.* Chalcis Goropii. *Klein.* Jacurutu. *Marcgr.* 'Ασκαλαφος Aristoteli. *Charlet.* Grand Duc; Duc; Chathuant; Hibou. *Bel.* Grand Chathuant. *Alb.* *Germanice*, UHU. *Anglice*, LYKE FOULE.

Adeo plumosa est hæc Avis, ut crassitie *Anserem* æquare videatur, quamquam revera sit multo minor. Ipsius longitudo unum pedem & 10 pollices æquat. Rostrum 2 pollices longum est; cauda 10 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 3 pollices cum linea una: laterales paulo sunt breviores; posticus omnium brevissimus. Extremitatum alarum distantia est 4 pedum & 11 pollicum; alæ complicatæ ad tres quartas longitudinis caudæ partes extenduntur. Plumulæ auriculas efficientes, 2 pollices & totidem lineas longæ sunt. Pennæ rigidæ, candicantes, nigro terminatæ, antrorsum incumbentes, basin rostri cooperiunt. Oculorum ambitus pennis constat decompositis, in exortu nigricantibus, apice vero griseo & nigricante variegatis, omnibus ab oculis, tanquam e centro communi, ortis, in orbem extensis, & in utroque capitis latere circulum efficientibus, cujus circumferentia pennis terminatur rigidis, crispis, rufoque & nigro variis. Oculorum irides croceæ. Rostrum nigrum. Ungues nigricant. Habitat in montibus, in quorum rupibus nidificat.

A. BUBO ITALICUS.

LE GRAND DUC D'ITALIE.

Bubo noster. *Aldrov.* Bubo. *Jonst.* Secundus. *Willugb.*

lugb. Grand Duc aux ailes noires. *Alb.* Grand Hibou cornu d'Athènes. *Edwards.*

Hic magnitudine & craſſitie æquat præcedentem, ſed colore ab illo diſcrepat. Per totum enim corpus ferrugineus eſt ex cinereo, in pectore potiſſimum, ubi etiam ſubnigris maculis, in longum ductis, reſpergitur. Dorſum & alarum tectrices e ferrugineo magis fuſceſcunt, nec ita variegatæ ſunt quam in præcedente. Remiges & rectrices lineis ſubnigris, transverſis, latiusculis diſtinguntur. A præcedente etiam differt pedibus brevioribus & gracilioribus. Ungues maximi ſunt, acutiſſimi, cornei. Habitat in *Italia.*

B. BUBO PEDIBUS NUDIS.

LE GRAND DUC DÉCHAUSSÉ.

Bubo noſter. *Aldrov. Jonſt.* Bubo tertius. *Willugb.*

Præcedenti per omnia ſimilis apparet, hoc excepto, quod pedes habeat pennis omnino deſtitutos.

2. BUBO VIRGINIANUS.

Aſio ſuperne obſcure fuſcus, lineolis cinereis & rufeſcentibus variegatus, inferne dilute cinereus, fuſco transverſim ſtriatus; gutture albicante; ſcapularibus pennis aurantiis, albo punctatis; remigibus, rectricibusque fuſco transverſim ſtriatis, ſubtus cinereis. . . . LE GRAND DUC DE VIRGINIE.

Duc. *Edwards, avec une figure exacte.* Hibou couronné. *Voy. de la B. de Hud.*

Bubonem noſtratem magnitudine circiter æquat. Quæ auriculas efformant pennæ, a baſi roſtri ſuperius oriuntur, & in exortu linea alba notantur: in reliqua longitudine ſunt obſcure rufæ, fuſco mixtæ & nigro punctatæ. Quæ baſi roſtri incumbunt, rigidæ ſunt & griſeæ. Oculorum ambitus pennis conſtat decompoſitis, ab oculis, tanquam e centro communi

muni ortis, in orbem extenſis, quæ prope oculos nigricant, remotius vero ſunt aurantiæ, & fuſco diluto confuſe mixtæ. Supra oculos lineola extat candida. Irides aureæ. Roſtrum nigrum. Pedes & digitorum maximam partem veſtiunt pennæ dilute cinereæ: digitorum extrema & ungues corneo obſcuro colore tinguntur. Habitat in *Virginia* & *Freto Hudſonis*.

3. Bubo Laponicus.

Aſio albus, nigris maculis aſperſus.... Le grand Duc de Laponie.

Strix Scandiaca. *Linn.*

Magnitudine *Gallo-pavonem* æquat. Niſi auritus eſſet, cum *Strige alba Freti Hudſonis* in omnibus perfecte conveniret. Habitat in *Alpibus Laponicis*.

** 4. Asio.

Aſio ſuperne fuſco, rufeſcente & albido varius, inferne pennis in exortu rufeſcentibus, apice albidis, fuſco longitudinaliter & transverſim ſtriatis veſtitus; ex 12 rectricibus quatuor extimis rufeſcentibus, fuſco transverſim ſtriatis.... Le moyen Duc, ou le Hibou.

Aſio. *Geſn. Rzac.* Aſio ſecundus. *Aldrov.* Aſio ſeu Otus alter. *Jonſt. Charlet.* Otus. *Geſn. Linn. Willugb. Sibbald. Raj.* Noctua aurita. *Schwenck.* Noctua minor aurita; Scops. *Friſch. hujus icon accurata.* Ulula-Aſio. *Klein.* Feliceps auribus patulis, &c. *Barr.* Moyen Duc ou Hibou cornu. *Bel.* Grand Duc. *Alb.* *Germanice*, Orheuwel. *Anglice*, Horn-Owl.

Craſſitie *Cornicem* æquare videtur; quamvis revera *Picam* non ſuperet. Ipſius longitudo 13 pollices & 6 lineas explet. Roſtrum 13 lineas longum eſt; cauda 5 pollices & 9 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 18 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſti-

posticus vero omnium breviſſimus. Extremitatum alarum diſtantia eſt 2 pedum 11 pollicum & 3 linearum; alæ complicatæ ultra caudæ extremitatem nonnihil protenduntur. Sex plumulæ in medio ſecundum longitudinem fuſcæ, in latere exteriore rufeſcentes, in interiore vero albidæ maculis fuſcis variæ, auriculas efformant. Pennæ baſi roſtri incumbentes decompoſitæ ſunt, rigidæ, albæ & nigro terminatæ. Oculorum ambitus pennis conſtat rufescentibus, decompoſitis, in orbem extenſis. Primæ remigis pennularum exteriorum apices a ſe invicem ſunt disjuncti, paululum ſurſum reflexi, & remigem ſerræ inſtar dentatam exhibent. Oculorum irides ſplendide luteæ. Pedes ad unguium principium usque rufeſcentibus veſtiuntur pennis. Roſtrum unguesque nigricant. Montes, locaque edita frequentat.

A. ASIO ITALICUS.

LE HIBOU D'ITALIE.

Aſio ſeu Otus. *Aldrov. Jonſt.*

Hic primus ab *Aldrovando* deſcriptus a noſtrate differt magnitudine qua eum antecellit, ac colore. Caput cinereo, caſtaneo diluto & nigro varium eſt. Oculos ambiunt minutiſſimæ plumulæ ex cinereo candicantes, decompoſitæ, in orbem poſitæ. Totum corpus ex cinereo ad ferrugineum dilutum vergit, maculis ubique fuſcis majusculis & minutiſſimis, conſperſum. Alarum tectrices ſuperiores quædam albæ ſunt, apice nigricante. Alarum tectrices inferiores, ſicut & axillæ, argenteo colore candeſcunt. Quæ caudam conſtituunt pennæ rectrices, ultra extremas alas ad 6 circiter pollices protenſæ, circa oras ex cinereo ad plumbeum inclinant, lineis frequentibus nigris, iisque transverſim contortis, ornantur. Oculi ampli ſunt; pupilla nigra; irides vero croceæ. Roſtrum ex caſtaneo nigricat. Pedes ad ungues propemo-

pemodum usque fusco-subferrugineis pennis vestiuntur: grandes sunt, crassi & validi, unguibusque nigris, aduncis admodum, armati. Habitat in *Italia.*

†. ** 5. Scops.

Asio griseo, rufo, fusco & nigricante varius, remigibus exterius albo-rufescente transversim maculatis. . . . Le petit Duc.

Scops. *Aldrov. Schwenck. Jonst. Charlet. Willugh. Raj. Linn.* Ulula, Scops Aldrovandi. *Klein.* Noctua minor; Noctua aucuparia; Scops Plinii. *Rzac.* Huette ou Hulote. *Bel.* *Germanice*, Stock Eule. *Anglice*, Little Horn.

Noctuæ minori crassitie cedit. Ipsius longitudo 7 pollices & 3 lineas æquat. Rostrum 8 lineas longum est; cauda 2 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 10 lineas: intimus eamdem longitudinem explet: extimus paulo brevior est; & posticus omnium brevissimus. Alæ complicatæ ultra caudam extremam nonnihil protenduntur. Oculorum irides flavæ. Pennæ griseo-rufescentes, maculis fuscis variæ, pedes vestiunt ad exortum usque digitorum. Rostrum nigrum. Digiti, unguesque fusci. In cavis arboribus nidificat.

6. Scops Caroliniensis.

Asio superne fusco-rufescens, inferne sordide albus, fusco-rufescente admixto; remigibus maculis albis variegatis; rectricibus saturate fuscis. . . . Le petit Duc de la Caroline.

Asio. *Linn.* Petit Hibou. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice*, Little Owl.

Quoad crassitiem tertia circiter parte *Scopem nostratem* antecellit. Alæ complicatæ caudam extremam non attingunt. Quæ auriculas efformant pennæ in acumen desinunt. Oculorum ambitus pennis constat candidis, cum aliqua fusco-rufescentis mixtura.

Irides

Irides croceæ. Roſtrum eodem colore imbuitur. Pedes ad principium usque digitorum pennis veſtiuntur dilute fuſcis. Digiti quoque dilute fuſci; ungues vero nigri.

Fœmina a *mare* diſcrepat colore ſaturatiore fuſco; absque ulla rufeſcentis mixturà.

Habitant in *Carolinà.*

7. Asio Americanus.

Aſio ſuperne ſaturate cinereus, inferne ferrugineus; uropygio & imo ventre albis, nigro maculatis; remigibus, rectricibusque ferrugineis, ſaturate cinereo, ſordide albo admixto, transverſim ſtriatis. . . . Le Hibou d'Amérique.

Bubo minor, ſeu Feliceps flaveſcens, &c. *Barr.* Feliceps flaveſcens, maculis nigris. *Linn.* Hibou, ou Bubo ocro-cinereus, pectore maculoſo. *Feuillée, avec une figure aſſez exacte.*

Magnitudine *Aſionem noſtratem* circiter æquat. Pennæ auriculas efformantes ſupra oculos oriuntur; maxime graciles ſunt, acutæ & flavicantes. Oculos ambiunt pennæ cineraſcentes, decompoſitæ, in orbem extenſæ. Oculi magni; ipſorum irides ſplendide flavæ & ad aureum colorem vergentes. Roſtrum, pedesque lutei; ungues vero nigri. Habitat in *America meridionali.*

8. Asio Brasiliensis.

Aſio ſuperne dilute fuſco-ferrugineus, albis maculis variegatus, inferne albicans, maculis dilute fuſco-ferrugineis varius; rectricibus dilute fuſco-ferrugineis, albo undatis. . . . Le Hibou du Brésil.

Noctua Braſilienſis. *Willugb. Raj.* Ulula Braſilienſis. *Klein.* Caburé. *Marcgr. Jonſt.*

Magnitudine & craſſitie *Turdelam* æquat. Alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Pennæ auriculas conſtituentes ſunt fuſ-

co–ferrugineæ. Sub oculis plures extant pili longiusculi, fuſci. Oculi magni ſunt & rotundi: ipſorum irides flavæ; pupilla nigra. Roſtrum flaveſcens. Pedes breves totaliter pennis veſtiuntur flavis. Digiti ſunt quoque flavi; ungues vero nigri. Facile manſueſcit. Habitat in *Braſilia*.

9. ASIO MEXICANUS.

Aſio fuſco & nigro in toto corpore varius. . . . LE HIBOU DU MEXIQUE.

Bubo oculaurus. *Euſ. Nieremb.* Tecolotl. *Fern. Jonſt. Raj.*

Reliquis *Aſionibus* forma ſimilis eſt; ab illis autem colore ſolo diſcrepat. Oculi magni ſunt & aurei. Habitat in *Mexico*.

XII. *Genus Strigis.*

Hujus character eſt
Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti:
Crura ad calcaneum usque plumoſa:
Roſtrum breve, aduncum; ad baſin plumis antrorſum incumbentibus tectum:
Caput faſciculis pennarum, auricularum æmulis, deſtitutum.

** 1. STRIX.

Strix ſuperne rufo–ferruginea, medio pennarum nigricante, capite & alis albo maculatis; inferne alba, rufo–ferrugineo admixto, tæniis nigricantibus longitudinaliter & transverſim variegata; remigibus, rectricibusque 12 fuſco & rufo transverſim ſtriatis. . . . LE CHATHUANT.

Geſn. Aldrov. Schwenck. Jonſt. Charlet. Sibbald. Moehr. Willugb. Raj. Strix ſtridula. *Linn.* Ulula. *Klein.* Ulula è cinereo bœtica. *Barr.* Noctua major. *Friſch.*

hujus

hujus icones accuratæ. *Germanice*, MILCHSANGER. *Anglice*, BROWN-OWL.

Craſſitie *Columbam* circiter æquat. Ipſius longitudo 14 pollices explet. Roſtrum 15 lineas longum eſt; cauda 6 pollices; trium digitorum anticorum medius cum ungue 18 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus omnium breviſſimus. Extremitates alarum 2 pedum & 8 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ caudam extremam attingunt, excepta unius pollicis diſtantia. Pennæ ſordide albæ fuſco aut rufeſcente aſperſæ, crura & pedes veſtiunt ad exortum usque unguium. Remigum quarumdam pennularum apices ſunt disjuncti, nonnihil ſurſum reflexi, & quaſi dentati. Oculorum ambitus pennis conflatur decompoſitis, ſordide griſeis, rufeſcente admixto, circulum efficientibus, cujus circumferentia plumis terminatur rigidis, criſpis, albo fuſco & rufo in *mare*, rufo vero & nigricante in *fœmina* variis. Oculorum irides cœruleſcunt. Roſtrum ex flavo virideſcit; ungues autem corneo colore tinguntur. Habitat in ſylvis.

** 2. ALUCO.

Strix ſuperne rufeſcens, lineolis undatis griſeis & fuſcis varia, punctulis albidis aſperſa, inferne alba aut albo—rufeſcens, punctulis nigricantibus variegata aut immaculata; ex 12 rectricibus, lateralibus interius albo-rufeſcentibus, fuſco transverſim ſtriatis; extima alba, fuſco transverſim ſtriata. ... LE PETIT CHATHUANT.

Linn. Strix flammea. *Linn.* Aluco. *Charlet.* Aluco minor. *Aldro. Jonſt. Willugh. Raj. Sibbald. Rzac.* Ululæ genus alterum. *Geſn.* Ulula Aluco. *Klein.* Ulula flammeata. *Schwenck.* Ulula cinerea, &c. *Barr.* Noctua guttata. *Friſch. hujus icon accurata.* Tuidara Braſilienſibus. *Marcgr.* Petit Chathuant plombé. Effraye ou Freſaye. *Bel.* Lucheran ou Chouette blanche. *Alb.* *Germanice*, KIRCH EULE. *Belgice*, RANSULLE. *Anglice*, WHITE-OWL.

Præcedenti paululum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 13 pollices æquat. Roſtrum unum pollicem & 4½ lineas longum eſt; cauda 4 pollices & 10 lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem & 5 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus omnium breviſſimus. Alarum extremitatum diſtantia eſt 2 pedum 11 pollicum & 6 linearum; alæ complicatæ ad 16 lineas ultra caudæ extremitatem protenduntur. Oculos ambiunt pennæ decompoſitæ, candidæ, (in quibusdam tamen quæ oculos immediate cingunt, ex rufo ad caſtaneum inclinant) efficientes circulum, cujus circumferentia pennis terminatur rigidis, criſpis & rufeſcentibus. Primæ remigis pennularum exteriorum apices à ſe invicem ſunt disjuncti, nonnihil ſurſum reflexi, & quaſi dentati. Oculorum irides croceæ. Roſtrum album, excepto unci apice fuſco. Pedes ad principium usque digitorum alba lanugo, pilorum æmula, veſtit. Digiti albi, raris quibusdam pilis candidis obſiti. Ungues nigricantes: trium autem digitorum anticorum medii unguis interius ſerræ inſtar denticulatus. Habitat in antiquis ædificiis.

** 3. ULULA.

Strix ſuperne cinerea, maculis albicantibus & nigris variegata, inferne alba, tæniis nigris longitudinaliter & transverſim varia; remigibus, rectricibusque nigro & cinereo-rufo transverſim ſtriatis. . . . LA HULOTE.

Strix cinerea. *Willugb. Raj.* Ulula. *Geſn. Aldrov. Schwenck. Jonſt. Charlet. Rzac.* Ulula coloris plumbei maculis albidis. *Barr.* Noctua major. *Friſch. hujus icon ſatis accurata.* Aluco. *Geſn Aldrov. Linn.* An Ulula Vulturina? *Klein.* Hibou ſans cornes, ou Chathuant. *Bel.* Chouette noire. *Alb.* *Germanice*, UL; EUL. *Anglice*, OWL.

Magnitudine & craſſitie *Strigem* nonnihil ſuperat. Ipſius

Ipſius longitudo 14 pollices & 6 lineas æquat. Roſtrum 16 lineas longum eſt; cauda 6 pollices & 3 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 19½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus omnium breviſſimus. Extremitates alarum 2 pedum & 11 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ultra caudam extremam paululum protenduntur. Capite eſt magno, enormiter craſſo, tereti, admodum plumoſo. Pennæ cineraſcentes, decompoſitæ, oculos ambiunt, & efficiunt circulum, cujus circumferentia pennis conſtat rigidis, crispis, ex albo & fuſco aut nigricante variis. Oculorum irides obſcure avellaneæ. Roſtrum ex albo vireſcens. Pedes ad ungues usque pennis veſtiuntur albicantibus, punctis nigricantibus aſperſis. Ungues nigricant.

** 4. NOCTUA MAJOR.

Strix albo-rufeſcens, maculis longitudinalibus fuſcis varia; remigibus exterius rufis, tæniis transverſis fuſcis variis, interius albo-rufeſcentibus; rectricibus rufeſcentibus, fuſco transverſim ſtriatis. . . . LA GRANDE CHOUETTE.

Ulula, ſeu Strix funerea. *Linn.* Noctua. *Schwenck. Willugh. Charlet. Sibbald.* Noctua ſaxatilis. *Geſn. Aldrov.* Noctua major. *Jonſt.* Ulula flammeata. *Friſch. hujus icon accurata.* Noctua major; Cecuma. Noctua ſylvarum. *Rzac.* Grande Chouette brune. *Alb.* Cheveche; Grimault; Machette. *Bel.* *Germanice*, STEIN-KUTZ. *Anglice*, COMMON GREY OWL.

Strigem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 13 pollices explet. Roſtrum unum pollicem longum eſt; cauda 5 pollices & 3 lineas; trium digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem & 5½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus omnium breviſſimus. Alæ complicatæ ad unius pollicis diſtantiam ultra caudæ extremitatem protenduntur. Pennæ decompoſitæ, oculos ambiunt, & circulum efficiunt nigricantem, cujus circumferentia

 pen-

pennis terminatur rigidis, crispis, rufo, fusco & albido variis. Oculorum irides luteæ. Rostrum, unguesque nigricant. Pennæ albo-rufescentes pedes & digitos vestiunt ad exortum usque unguium. In antiquis ædificiis habitat.

** 5. NOCTUA MINOR.

Strix superne fusca, maculis albis variegata, inferne alba, maculis longitudinalibus fuscis varia; gutture albicante; rectricibus 12 in utroque latere rufescente transversim variegatis, apice albidis.... LA PETITE CHOUETTE OU LA CHEVECHE.

Strix passerina. *Linn.* Noctua. *Gesn. Aldrov.* Noctua minor. *Jonst. Willugb. Raj.* Noctua minima, sive funerea. *Frisch. hujus icon accurata.* Noctua parva, aucuparia. *Klein.* Petite Chouette. *Alb.* Petite Cheveche. *Bel.* Petit Hibou. *Edwards, avec une figure exacte.* *Germanice*, KUTZ. *Anglice*, LITTLE OWL.

Crassitie *Merulam* circiter adæquat. Ipsius longitudo 8 pollices & 2 lineas explet. Rostrum 10 lineas longum; cauda 2 pollices cum 10 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue $12\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus omnium brevissimus. Extremitates alarum unius pedis & 9 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Oculorum ambitus pennis constat decompositis, efficientibus circulum, cujus circumferentia pennis terminatur rigidis & crispis. Primæ remigis pennularum latus exterius denticulatum. Oculorum irides pallide flavæ. Rostrum in exortu nigricans, apice luteum. Lanugo sordide alba & nonnihil rufescens pedes vestit ad principium digitorum usque; digiti vero sunt fusci, & raris quibusdam plumulis, pilorum æmulis, obsiti. Ungues fuscescunt. Habitat in antiquis ædificiis.

†. **

†. ** 6. STRIX CANADENSIS.

Strix ſuperne fuſca; maculis albis variegata, inferne alba, fuſco in pectore, caſtaneo in ventre transverſim ſtriata; capitis & colli parte ſuperiore nigricante, albo varia; remigibus maculis albis variegatis; rectricibus albo transverſim ſtriatis.... LE CHATHUANT DE CANADA.

Strigem noſtratem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 13 pollices explet. Roſtrum 10 lineas longum eſt; cauda 6 pollices & totidem lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 18 lineas: intimus eamdem fere longitudinem obtinet; extimus paulo brevior eſt; & poſticus omnium breviſſimus. Alæ complicatæ ad tres circiter quartas longitudinis caudæ partes protenduntur. Oculorum ambitus pennis conſtat decompoſitis, ſordide albis, fuſco confuſe mixtis, efficientibus circulum, cujus circumferentia pennis terminatur rigidis, criſpis & nigricantibus. Pedes, digitoſque ad exortum usque unguium veſtiunt pennæ ſordide albæ, exiguis maculis dilute fuſcis notatæ. Roſtrum albidum; ungues vero griſei. Habitat in *Canada*.

7. STRIX FRETI HUDSONIS.

Strix ſuperne fuſca, oris pennarum albis, inferne alba, fuſco transverſim ſtriata; uropygio obſcure fuſco, fuſco dilutiore transverſim ſtriato; remigibus exterius maculis albis notatis; rectricibus 12 albo transverſim ſtriatis.... LE CHATHUANT DE LA BAYE DE HUDSON.

Petit Faucon-Chouette. *Edwards, avec une figure exacte.*

Craſſitie *Accipitrem* nonnihil antecellit. Alæ & cauda ejus, ſervata proportione, longiores ſunt quam in aliis hujus generis ſpeciebus. Capitis vertex eſt obſcure fuſcus, minutis maculis orbiculatis, albis aſperſis. Oculos ambiunt pennæ decompoſitæ,

albicantes cum aliqua fuſci mixtura, exiguis maculis oblongis fuſcis variæ, efficientes circulum, cujus circumferentia pennis terminatur rigidis, criſpis & nigris. In capite ad utrumque latus, verſus aures, parvula extat tænia longitudinalis, alba. Oculorum irides flavo aurantiæ. Roſtrum eodem colore tingitur. Pedes & digitos ad exortum usque unguium veſtiunt plumæ albæ, fuſco ſtriatæ. Ungues nigricant. Habitat in *Freto Hudſonis*. *Lagopodes*, aliasque Aves inſectatur.

8. STRIX ALBA FRETI HUDSONIS.

Strix alba, ſuperne maculis fuſcis variegata; remigibus exterius maculis fuſcis notatis; ex 12 rectricibus, lateralibus immaculatis. . . . LE CHAT-HUANT BLANC DE LA BAYE DE HUDSON.

Nyctea. *Linn.* Ulula alba, maculis terrei coloris. *Klein.* Grand Hibou blanc. *Edwards, avec une figure exacte. Voy. de la B. de Hud.* Hibou blanc d'Iſlande. *Anderſ.*

Craſſitie & magnitudine *Bubonem* antecellit. Capite donatur parvo & minus craſſo quam aliæ hujus generis ſpecies, ſervata corporis proportione. Oculos ambiunt pennæ albæ, decompoſitæ, circulum efformantes. Oculorum irides luteæ. Roſtrum nigrum. Pedes & digiti ad exortum usque unguium pennis veſtiuntur albis, immaculatis. Ungues ſunt nigri. Habitat in *Freto Hudſonis*, & partibus *Americæ* ſeptentrionalibus. *Lagopodibus* præcipue victitat.

9. STRIX MEXICANA.

Strix fulvo, albo, fuſco & nigro in toto corpore varia. . . . LE CHATHUANT DU MEXIQUE.

Noctua Mexicana Chichictli dicta. *Raj.* Chichictli. *Fern.*

Craſſitie *Gallinam* æquare videtur, ob magnam pen-

pennarum copiam; quamquam revera minor ſit. Oculi ſunt atri; & palpebræ cœruleæ. Pedes pennis cooperiuntur. Habitat circa *Mexicanam paludem*.

10. NOCTUA MEXICANA.

Strix ſuperne ex nigro, pallido, candido & fulvo varia; ventre albo; tectricibus alarum inferioribus nigris, fulvo mixtis. . . . LA CHOUETTE DU MEXIQUE.

Tolchiquatli, ſeu Noctua Junceti. *Fern. Raj.*

Parvo conſtat corpore; ſi tamen pennis veſtitam conſideres, *Gallinas noſtras* craſſitie æquare judicabis. Plumæ circa roſtrum albæ. Alæ longæ ſunt, velut & cauda. Oculi magni, atrique; ipſorum irides pallidæ. Roſtrum breve, nigrum. Pedes villoſi, & ex albo paulisper fulveſcentes; ungues vero atri. Nocte volat, quo tempore venatur, ac devorat *Mures*. Habitat in *Mexico*. Verſatur juxta Lacus & Oppida.

11. NOCTUA COQUIMBANA.

Strix griſeo-fulva, maculis albis variegata; ventre & cauda ſordide albis. . . . LA CHOUETTE DE COQUIMBO.

Ulula cunicularia. *Klein.* Eſpece de Cheveche Lapin. *Feuillée.*

Craſſitie *Noctuam majorem noſtratem* adæquat. Alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Roſtrum pallide griſeum. Pedes veſtiunt plumulæ pilorum æmulæ. Ungues ſunt nigri. Habitat in *Cilenſi regione*, circa *Coquimbam*.

Dicit *Pater Feullée* hanc avem, *Cuniculorum* noſtrorum adinſtar cuniculos effodere, quoniam ad profundiſſimorum cuniculorum oſtria illam reperit; ſed hos ab Ave fuiſſe excavatos, quomodo novit? Factum tam inſolitum argumento magis ſtringente confirmandum foret.

ORDO IV.

AVES Digitis quatuor, membranis destitutis, tribus scilicet anticis, uno postico, omnibus circiter usque ad exortum discretis: cruribus ad calcaneum usque plumosis: & rostro conico-elongato donatæ.

Omnium hujus Ordinis Avium digitus trium anticorum medius ab exortu ad primum usque articulum cum extimo arcte cohæret.

Aliæ plumis donantur ad basin rostri antrorsum incumbentibus, naresque tegentibus: aliæ plumis ad basin rostri retrorsum versis, naribusque detectis præditæ sunt. In duas sectiones dividuntur. Prima continet eas quarum plumæ basis rostri antrorsum incumbunt, naresque tegunt, ut *Coracia*, *Corvus* &c.: secunda illas quarum plumæ basis rostri retrorsum vertuntur, naresque detectas relinquunt, ut *Galgulus*, *Icterus*, &c.

SECTIO I.

Eæ quarum plumæ basis rostri antrorsum incumbunt, naresque tegunt.

Quinque generibus Avium constituitur hæc sectio. Aliæ rostro donantur parumper arcuato, ut *Coracia:* aliæ rostro recto, apice deorsum inclinante; inter quas aliæ rectricibus gaudent æqualis fere longitudinis, ut *Corvus:* aliæ rectricibus intermediis multo longioribus, ut *Pica:* aliæ tandem rostro recto, quarum quædam mandibulis donantur æqualibus, ut *Garrulus:* quædam vero mandibula superiore longiore & obtusa, ut *Nucifraga.*

XIII. *Genus Coraciæ.*

Hujus character est

Di-

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti:

Crura ad calcaneum usque plumoſa:

Roſtrum conico-elongatum, parumper arcuatum:

Plumæ baſis roſtri antrorſum incumbentes, naresque tegentes.

† ** 1. CORACIA.

Coracia nigra ad violaceum inclinans; rectricibus nigris, ſuperne ad viride inclinantibus; roſtro, pedibusque rubris, & unguibus nigris.... LE CORACIAS.

Jonſt. Aldrov. Sibbald. Pyrrhocorax. *Linn.* Coracias, ſive Pyrrhocorax. *Willugb. Raj. Charlet.* Gracculi tertium genus. *Geſn.* Cornix roſtro, pedibusque rubris. *Klein.* Chouette ou Chouca rouge. *Bel.* Corneille ou Choucas de Cornouaille. *Alb.* *Germanice*, TAHA. *Anglice*, CORNISH-CHOUGH.

Cornici paululum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 15 pollices & 3 lineas æquat. Roſtrum 25 lineas longum eſt; cauda 5 pollices & 6 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem cum 6 lineis: laterales paulo ſunt breviores; poſticus vero laterales longitudine nonnihil ſuperat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 2 pedum 8 pollicum & 3 linearum; alæ complicatæ ad 9 lineas ultra caudam protenduntur. Habitat in *Alpibus*.

2. CORACIA CRISTATA.

Coracia criſtata, nigra ad viride inclinans; rectricibus ſubtus nigris; roſtro, pedibusque rubris.... LE CORACIAS HUPÉ.

Eremita. *Linn.* Corvus ſylvaticus. *Geſn. Aldrov. Jonſt. Willugb.* Corvus Alpinus. *Schwenck. Rzac.* Phalacrocorax. *Aldrov. Jonſt.* Upupa montana. *Klein.* Arquata ſylvatica nigra. *Barr.* Corneille de bois des cantons Suiſſes. *Alb.* *Germanice*, ALP-RAPPE. *Anglice*, WOOD CROW FROM SWITZERLAND.

Mag-

Magnitudine & craſſitie *Gallinam* circiter æquat. Cauda non longa. Roſtrum longiusculum. In altis arcium deſtructarum muris nidificat. Bina aut terna ova parit. Habitat in montibus *Helvetiæ*.

XIV. *Genus Corvinum.*

Hujus character eſt

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti:

Crura ad calcaneum usque plumoſa:

Roſtrum conico-elongatum, rectum; apice deorſum inclinante:

Plumæ baſis roſtri antrorſum incumbentes, naresque tegentes:

Rectrices æqualis fere longitudinis.

** I. CORVUS.

Corvus ſplendide niger, ſuperne ad violaceum, inferne ad viride inclinans; gutture nonnihil ad cinereum vergente, remigibus nigris, majoribus exterius ad viride, minoribus exterius ad violaceum vergentibus, rectricibus 12.... LE CORBEAU.

Corax. *Linn.* Corvus niger, roſtro craſſiori. *Barr.* Corvus. *Geſn. Aldrov. Jonſt. Willugh. Raj. Charlet. Sibbald. Schwenck. Moehr. Rzac.* Corvus ſimpliciter. *Klein.* Corvus major. *Friſch. hujus icon accurata.* Corvus niger. *Rzac.* Corbeau. *Bel. Kolbe. Alb. avec une aſſez bonne figure.* Corbeau ſolitaire. *Anderſ.* *Germanice*, RAPP. *Anglice*, RAVEN.

Craſſitie *Caponem* circiter adæquat. Ipſius longitudo unum pedem 10 pollices & 6 lineas explet. Roſtrum 2 pollices & 8 lineas longum eſt; cauda 8 pollices cum 6 lineis: digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem & 11½ lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales longitudine nonnihil ſuperat. Extremitatum alarum diſtan-

tia

tia eſt 3 pedum & 7 pollicum; alæ complicatæ tres quartas longitudinis caudæ partes attingunt. Alarum remiges, a prima ad decimam octavam incluſive, in acumen deſinunt. Plumulæ nares cooperientes, longæ ſunt, ſtrictiores & ſatis rigidæ. Oculorum pupilla duplici ambitur circulo, exteriore ſcilicet cinereo-albo, & interiore cinereo-fuſco. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. In altiſſimis arboribus & turrium deſtructarum muris nidificat. Quatuor, quinque & interdum ſex ova una vice ponit. Non ſolum fructibus & Inſectis, ſed etiam cadaveribus victitat.

Hujus ſpeciei varietates ſunt

A. CORVUS VARIUS.

LE CORBEAU VARIÉ.

Corvus. *Euſ. Nieremb.* Cacalotl, ſeu Corvus. *Fern.*

A præcedente non diſcrepat niſi quod candidis quibusdam pennis ſit inſignis. Habitat in *Mexico.*

B. CORVUS CANDIDUS.

LE CORBEAU BLANC.

Corvus albus. *Schwenck.* *Germanice*, WEISSER-RABE.

A *Corvo noſtrate* differt colore in toto corpore candido. Habitat in *Norvegia*, *Iſlandia* & aliis locis frigidioribus.

** 2. CORNIX.

Corvus nigro-violaceus; remigibus nigris, ſuperne exterius nigro-violaceis. . . . LA CORNEILLE.

Corone. *Linn.* Corvus ſubcœruleus. *Barr.* Corvus minor. *Charlet. Sibbald.* Cornix. *Geſn. hujus icon ſatis accurata. Aldrov. Jonſt. Willugb. Raj.* Cornix nigra. *Klein.* Corneille. *Bel. Kolbe.* Corneille ordinaire. *Alb. avec une figure paſſable.* *Germanice*, KRAEE; HAUSS-KRAEE. *Anglice*, CROW.

Corvo craſſitie cedit. Ipſius longitudo unum pedem &

& 6 pollices æquat. Roſtrum 25 lineas longum eſt; cauda 7 pollices & 6 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem & 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine adæquat. Alarum extremitates 3 pedum intervallo diſtant; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitant in ſylvis, quas tamen interdum deſerunt. In arborum altiſſimarum cacumine nidificant, quatuor aut quinque ova una vice ponunt. Fructibus, vermibus, inſectis & cadaveribus veſcuntur, non ſecus ac *Corvus*.

Hujus ſpeciei varietates ſunt

A. Cornix varia.

La Corneille variée.

Cornix varia. *Friſch. hujus icon accurata.* Corvus verſicolor Feroenſis. *Muſ. Worm.* *Germanice*, Bunte Kraehe.

Forma, magnitudine, partim quoque colore cum præcedente convenit: ab illa tantum diſcrepat infima genarum parte, gutture, collo inferiore, medio ventre & remigibus majoribus albis. Plumularum quoque nares tegentium maxima pars albet. Aliæ hujus ſpeciei Aves diverſo modo variegantur; uropygio enim & imo ventre donantur albis. Cauda etiam rectricibus conſtat alternatim albis & nigris.

** B. Cornix Candida.

La Corneille blanche.

Schwenck. *Germanice*, Weisse Krahe.

A *Cornice* differt colore in univerſo corpore albo.

** 3. Cornix frugilega.

Corvus nigro-violaceus; rectricibus 12 & remigibus

bus majoribus nigris, ſuperne ad viride inclinantibus. . . . LA CORNEILLE MOISSONNEUSE.

Corvus frugilegus. *Linn.* Corvus calvus nigricans. *Barr.* Corvus ſpermologus frugivorus. *Charlet. Sibbald.* Cornix frugivora. *Geſn. Aldrov. Jonſt. Willugh.* Cornix frugilega. *Raj.* Cornix nigra, frugilega. *Klein. Schwenck. Rzac.* Cornix nigra, ſive Corvus minor. *Friſch. hujus icon accurata.* Graye; Grolle ou Freux. *Bel.* Grolle. *Alb.* *Germanice*, ROECH. *Belgice*, KOORE-KRAEY. *Anglice*, ROOK.

Craſſitie *Cornicem vulgarem* nonnihil antecellit. Ipſius longitudo unum pedem 5 pollices & 6 lineas æquat. Roſtrum 2 pollices & 3 lineas longum eſt; cauda 6 pollices & 8 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem & 9½ lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil longitudine ſuperat. Extremitates alarum 2 pedum & 11 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. In ætate provectioribus circa baſin roſtri, à naribus usque ad oculos, plumæ abraſæ ſunt crebro roſtri ad terram attritu, dum in eam illud profondius intrudit, ad lumbricos extrahendos. Pars autem illa, plumis deſtituta, albicante & furfuracea materia obſita videtur. Oculorum irides cœruleſcentes. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Frugibus & lumbricis victitat. Gregatim volat; & in altiſſimarum arborum cacumine nidificat.

** 4. CORNIX CINEREA.

Corvus cinereus; capite, collo inferiore nigris, ad violaceum & viride vergentibus; cruribus nigris; remigibus majoribus ac rectricibus 12 nigris, ſuperne ad viride inclinantibus. . . . LA CORNEILLE MANTELÉE.

Cornix. *Linn.* Corvus ſemicinereus. *Charlet. Sibbald.* Corvus cinereus. *Barr.* Cornix varia, marina, hyberna. *Geſn.* Cornix cinerea. *Aldrov. Jonſt. Schwenck. Klein. Rzac. Willugh. Raj.* Cornix, ſive Corvus cine-

cinereus. *Frisch. hujus icon accurata.* Corneille emmantelée. *Bel.* Corneille cendrée de Royston. *Alb.* *Germanice*, NAEBEL-KRAEE. *Belgice*, BONTE-KRAEY. *Anglice*, ROYSTON-CROW.

Crassitie *Cornicem vulgarem* circiter adæquat. Ipsius longitudo unum pedem 5 pollices & 10 lineas explet. Rostrum 2 pollices longum est; cauda 7 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem & 10 lineas: laterales multo sunt breviores; & posticus laterales nonnihil longitudine superat. Extremitatum alarum distantia est 2 pedum 11 pollicum & 6 linearum; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Pennæ rostro incumbentes, nigræ sunt, longæ, strictiores & rigidæ. Oculorum irides sunt cinereo—avellaneæ. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Æstate in altissimis montibus habitat & nidificat; per hyemem vero in planitiem descendit.

5. CORNIX JAMAICENSIS.

Corvus in toto corpore niger. . . . LA CORNEILLE DE LA JAMAIQUE.

Corvus garrulus ater. *Browne.* Cornix nigra garrula. *Sloane. Raj. Klein.*

Cornicem vulgarem crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo unum pedem & 6 pollices explet. Rostrum unum pollicem & 6 lineas longum est; cauda 5 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 15 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus laterales paululum longitudine excedit. Extremitates alarum 3 pedum intervallo distant; alæ complicatæ ad tres circiter quartas longitudinis caudæ partes extenduntur. Perpetuo garrit; vox autem ipsius discrepat a voce nostratum *Cornicum*. *Baccis* victitat, & *Scarabæis*. Habitat in *Jamaïca.*

** 6. MONEDULA.

Corvus superne niger ad violaceum inclinans, inferne

he dilute niger; occipitio & collo ſuperiore ad cinereum tendentibus; rectricibus nigris, ſuperius ad viride inclinantibus. . . . LE CHOUCAS.

Schwenck. Jonſt. Charlet. Rzac. Linn. Friſch. hujus icon accurata. Willugh. Raj. Gracculus vel Monedula. *Geſn. Sibbald.* Lupus, ſive Monedula. *Aldrov.* Cornix garrula. *Klein.* Choucas ou Corneille apprivoiſée. *Alb.* Petite Chouchette; Chouca ou Chouette. *Bel. Germanice*, TUL. *Belgice*, KA; KAW. *Anglice*, JACK-DAW.

Ad *Columbæ* craſſitiem circiter accedit. Ipſius longitudo 13 pollices & 3 lineas æquat. Roſtrum 16 lineas longum eſt; cauda 5 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem cum 5½ lineis: laterales paulo ſunt breviores; poſticus autem laterales paululum longitudine ſuperat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 2 pedum & 2 pollicum; alæ complicatæ caudam extremam, 9 linearum intervallo excepto, pertingunt. Oculorum irides albidæ. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Turres altiſſimas frequentant, ſicut & muros antiquos, in quorum foraminibus nidificant. Quinque, ſexve ova una vice ponunt.

Hujus ſpeciei varietates ſunt

A. MONEDULA TORQUATA.

LE CHOUCAS A COLLIER.

Charlet. Monedula altera. *Aldrov. hujus icon ſatis accurata.* Aliud Monedulæ genus. *Jonſt. Anglice*, HELVETIAN DAW.

In omnibus cum præcedente convenit, præterquam quod collum habeat albo torque circumdatum. In *Helvetia* invenitur.

B. MONEDULA CANDIDA.

LE CHOUCAS BLANC.

Schwenck. Rzac. Germanice, WEISSE TALE.

A *Monedula vulgari* differt colore in toto corpore albo. Roſtrum ſubflaveſcit.

** 7. MONEDULA NIGRA.

Corvus ſplendide niger; verſus utramque aurem macula ſaturatius nigra, & lunulata, punctulis albis oculos ambientibus; rectricibus 12. . . . LE CHOUCAS NOIR.

Monedula nigra; Spermologus, ſive Frugilega. *Friſch. hujus icon accurata.* Cornix. *Charlet. Sibbald. Germanice*, SCHWARTZE DOHLE. *Anglice*, CHOUGH.

Monedulæ vulgari paululum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 12 pollices & 6 lineas æquat. Roſtrum 14 lineas longum eſt; cauda 4 pollices & 9 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 16 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil longitudine excedit. Extremitatum alarum diſtantia eſt unius pedis & 10 pollicum; alæ complicatæ ad tres quartas longitudinis caudæ partes protenduntur. Pennæ nares tegentes longæ ſunt, ſtrictiores & rigidæ. Oculorum pupilla nigra, & irides cœruleſcentes. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Turrium deſtructarum muros frequentat, in quarum foraminibus nidificat.

†. ** 8. PYRRHOCORAX.

Corvus nigricans; roſtro luteo. . . . LE CHOUCAS DES ALPES.

Geſn. Aldrov. Jonſt. *Germanice*, BERG-DOEL.

Monedulam vulgarem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 15 pollices explet. Roſtrum 15½ lineas longum eſt; cauda 6 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 15½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine adæquat. Extremitates alarum 2 pedum & 7 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad tres quartas longitudinis caudæ partes usque protenduntur. Pedes,

des, unguesque nigri. Quædam hujus ſpeciei Aves pedes habent eodem ac roſtrum flavo colore tinctos. Habitat in *Alpibus*.

†. ** 9. MONEDULA PHILIPPENSIS.

Corvus ſplendide nigro-virideſcens; remigibus interius & ſubtus nigris; rectricibus ſubtus nigris; cauda bifurca. . . . LE CHOUCAS DES PHILIPPINES.

Merulam paululum craſſitie ſuperat. Ipſius longitudo 10 pollices æquat. Roſtrum 14 lineas longum eſt; cauda 3 pollices cum 11 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 9½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum medium longitudine adæquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 15 pollicum & 9 linearum; alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam extenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Optime ſibilat. Habitat in *Philippenſibus Inſulis*.

†. ** 10. MONEDULA CAPITIS BONÆ SPEI.

Corvus ſplendide nigro-virideſcens; remigibus interius nigris; remigibus, rectricibusque ſubtus nigricantibus; pennis colli ſuperioris longiſſimis & ſtrictiſſimis; pilis in exortu roſtri longiſſimis. . . . LE CHOUCAS DU CAP DE BONNE ESPERANCE.

Præcedentem craſſitie circiter adæquat. Ipſius longitudo 11 pollices & 4 lineas explet. Roſtrum 18 lineas longum eſt; cauda 5 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 12½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum medium longitudine fere adæquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt unius pedis 7 pollicum & 3 linearum; alæ complicatæ ad mediam caudam protenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Capite Bonæ Spei*.

†. ** 11. CORVUS BOREALIS ALBUS.

Corvus ſuperne ſplendide niger, inferne albus; ca-

pite albo, nigris maculis vario; pectore ſplendide nigro; remigibus 21 candidis, priore nigricante marginata; rectricibus 12 albo & nigricante variegatis; cruribus nigricantibus. . . . LE CORBEAU BLANC DU NORD.

Cum *Corvo noſtrate* craſſitie circiter convenit. Ipſius longitudo 2 pedes explet. Roſtrum 3 pollices & lineam unam longum eſt; cauda 8 pollices & 6 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 2 pollices & 5 lineas, extimus unum pollicem cum 9 lineis, intimus unum pollicem & 8 lineas; poſticus anticorum extimum longitudine adæquat. Extremitates alarum 3 pedum & 10 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Pennæ nares obtegentes ſunt candidæ, longiuſculæ, ſtrictiores & valde rigidæ. Roſtrum nigrum, extremitate candicante. Pedes nigri; digiti tamen ſunt ſubtus albidi: ungues candicantes. In Septentrionalibus regionibus habitat. In montibus nidificat, & quatuor aut quinque ova una vice ponit. Habitat in *Inſula Ferroenſi*.

XV. *Genus Picæ.*

Hujus character eſt

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti:

Crura ad calcaneum usque plumoſa:

Roſtrum conico-elongatum, rectum; apice deorſum inclinante:

Plumæ baſis roſtri antrorſum incumbentes, naresque tegentes.

Rectrices intermediæ lateralibus multo longiores.

** 1. PICA.

Pica nigro-violacea, in ſyncipite ad viride aureum vergens; ventre & pennis ſcapularibus albis; imo

dorſo

dorſo griſeo; remigibus majoribus interius albis; aliis viridi anatino in latere exteriore longitudinaliter tinctis. . . La Pie.

Pica varia & caudata. *Geſn. Aldrov. Jonſt. Rzac. Willugb. Sibbald. Friſch. hujus icon accurata. Raj.* Pica. *Linn. Charlet.* Pica Ruſticorum, vulgaris. *Klein.* Ciſſa atra, ventre & alarum extremis albis. *Barr.* Pie; Jaquette; Dame; Agaſſe. *Bel.* Pie-grièche ou Agace. *Alb.* *Germanice*, Aelster. *Belgice*, Aekster. *Anglice*, Magpye.

Monedulæ craſſitie cedit. Ipſius longitudo unum pedem 6 pollices & 3 lineas æquat. Roſtrum unum pollicem & 7 lineas longum eſt; cauda 10 pollices & 3 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 16½ lineas: laterales multo ſunt breviores; & posticus laterales longitudine excedit. Extremitates alarum unius pedis & 10 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ paulo ultra quartam longitudinis caudæ partem extenduntur. Rectrices binæ intermediæ unius pollicis & 7 linearum longitudine utrinque ſequentem antecellunt; laterales vero gradatim longitudine minuuntur ad extimam usque, 5 pollicum & 7 linearum longitudinem non excedentem. Oculorum irides dilute avellaneæ. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Eodem cibo utitur ac *Cornix* & *Monedula.* In altiſſimis arboribus nidum conſtruit, eum undiquaque horridis ſpinis muniens, unico dumtaxat foramine arctiſſimo, pro introitu, relicto. Quinque vel ſex, interdum etiam ſeptem ova una vice parit.

†. ** A. Pica candida.

La Pie blanche.

Pica alba. *Muſ. Worm.* *Germanice*, Weisse Elster.

Magnitudine & craſſitie præcedentem æmulatur: ab illa tantum diſcrepat colore, in univerſo corpore candido, excepto roſtri apice, maculis quibusdam nigricantibus notato.

†. ** 2. Pica Senegalensis.

Pica nigro-violacea; remigibus majoribus, rectricibusque 12 fuscis . . . . La Pie du Sénégal.

Picæ nostrati paululum crassitie cedit. Ipsius longitudo 14 pollices æquat. Rostrum unum pollicem & 5 lineas longum est; cauda 7 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 15½ lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus laterales nonnihil longitudine antecellit. Extremitatum alarum distantia est unius pedis 9 pollicum & 6 linearum; alæ complicatæ paulo ultra tertiam longitudinis caudæ partem extenduntur. Rostrum, pedes unguesque nigri. Habitat in *Senegalensi regione.*

3. Pica Jamaicensis.

Pica nigro-violacea; remigibus majoribus interius & subtus nigris, minoribus vero, ac 12 rectricibus superne nigro-violaceis (*Mas*).

Pica in toto corpore fusca, superne saturatius, inferne dilutius. (*Fœmina*) . . . . La Pie de la Jamaique.

Quiscula. *Linn.* Monedula purpurea. *Klein.* Merops niger, iride subargentea. *Browne.* Izanatl. *Fern. Raj.* Pie rouge. *Des March.* Choucas couleur de pourpre. *Catesb. avec une figure exacte. Anglice,* Purple Jack-Daw.

Crassitie *Monedulæ vulgari* tertia parte cedit. Ipsius longitudo 11 pollices & 9 lineas æquat. Rostrum 16 lineas longum est; cauda 5 pollices & 6 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 14 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus laterales paululum longitudine superat. Alæ complicatæ mediam caudæ longitudinem non attingunt. Oculi grisei sunt. Rostrum, pedes, unguesque nigri.

Habitant in variis *Americæ septentrionalis* regionibus, *Jamaica* scilicet, *Carolina*, *Mexico*, &c. Supra ramos arborum, in locis desertis sitarum, nidificant. Gregatim volant. 4.

4. PICA MEXICANA MAJOR.

Pica e nigro ad cœruleum vergens; remigibus majoribus interius & ſubtus nigris, minoribus & 12 rectricibus vero ſuperne nigro-cœruleſcentibus. LA GRANDE PIE DU MEXIQUE.

Hocitzanatl, ſeu magnus Sturnus. *Fern. Raj.*

Monedulam noſtratem corporis craſſitie ſuperat. Roſtrum, pedes, unguesque nigri: pedes autem ſunt mediocriter longi; ungues vero prolixi. Garrula eſt hæc Avis, altæque vocis & ſonoræ. Circa urbes verſatur. Habitat in *Mexico.*

5. PICA MEXICANA MINOR.

Pica nigricans; capite & collo in fulvum colorem inclinantibus . . . . LA PETITE PIE DU MEXIQUE.

Tzanahœi. *Fern. Raj.*

Magnitudine & craſſitie *Picam vulgarem* circiter adæquat. Cauda prolixa eſt. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Humanas voces facile diſcit. Habitat in *Mexico.*

6. PICA PAPOENSIS.

Pica alba; capite & collo nigro-purpureis; remigibus, & rectricibus binis intermediis, prima medietate ſecundum ſcapi longitudinem nigricantibus; roſtro albicante; pedibus dilute rubris .... LA PIE DE L'ISLE PAPOE.

Pica ex albo & nigro varia, &c. *Klein.* Avis Paradiſiaca, Orientalis, ex albo & nigro varia. *Seb. hujus icon accurata.* Pyrrhocorax. *Moehr.*

Craſſitie *Merulam* non multum ſuperat. Ipſius longitudo unum pedem & 8 circiter pollices æquat, Roſtrum 5 lineas longum eſt; cauda 14 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 10 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales

 lon-

longitudine adæquat. Alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Oculi lucidi sunt; ipsorum ambitus albus. Rostrum albicat, & ad basin nigris quasi pilis, antrorsum reflexis, obsitum est. Pedes sunt dilute rubicundi; ungues vero albi. Habitat in *Insula Papoe.*

XVI. *Genus Garruli.*

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; omnes circiter usque ad exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum conico–elongatum, rectum:

Mandibulæ æquales:

Plumæ basis rostri antrorsum incumbentes, naresque tegentes.

** I. GARRULUS.

Garrulus dilute vinaceus, ad cinereum vergens; macula longitudinali utrinque in capite nigra; uropygio & cruribus albis; remigibus 20 partim nigris, partim cinereis, & cœruleo variegatis, inferne vero griseis; majoribus alarum tectricibus a corpore remotioribus cœruleo modo diluto, modo saturatiore & nigro exterius transversim striatis; rectricibus 12 in exortu cinereis, in reliqua longitudine nigris . . . . LE GEAY.

Pica glandaria, vel Garrulus Avis. *Gesn.* Pica glandaria; Garrulus, sive Graculus. *Frisch. hujus icon accurata.* Pica glandaria. *Aldrov. Schwenck. Jonst. Willugh. Raj. Charlet. Sibbald. Klein. Rzac.* Galgulus rostro nigro, cinereus, ad alarum latera cœruleus. *Barr.* Corvus glandarius. *Linn.* Ghiandaia. *Olina.* Geai. *Alb.* Jay. *Bel.* *Germanice*, HAER. *Anglice*, JAY.

Ipsius longitudo 13 pollices & 5 lineas æquat. Ros-

Rostrum unum pollicem & 4 lineas longum; cauda 5 pollices cum 9 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 16 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus anticorum extimum longitudine adæquat; intimus autem omnium est brevissimus. Extremitates alarum unius pedis 9 pollicum & 3 linearum intervallo distant; alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam protenduntur. Pennæ serici instar mollissimæ in syncipite albo & nigro variæ, nigro uniuscujusque pennæ medium occupante; in albo autem aliquid vinacei admiscetur. Pennæ istæ sunt prolixæ, easque cristæ in modum erigit Avis. Quæ nares cooperiunt, sordide albicant. Oculorum irides candicantes. Rostrum crassum & nigrum. Lingua & palatum eodem colore tinguntur. Pedes ex fusco ad carneum colorem inclinant; ungues fusci sunt. Habitat in sylvis.

Hujus speciei varietas est

** A. Garrulus albus.

Le Geay blanc.

A præcedente differt pennarum colore, in universo corpore albo. Oculorum irides rubescunt. Rostrum, pedes, unguesque albicant.

†. ** 2. Garrulus Cayanensis.

Garrulus superne dilute violaceus, in capitis vertice & inferne albus; capite anterius & collo inferiore nigris; tribus utrinque maculis in capite albis; rectricibus 12 apice albis . . . . Le Geay de Cayenne.

Garrulum nostratem crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo 13 pollices explet. Rostrum 16 lineas longum est; cauda 6 pollices & 6 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue unum pollicem cum 5 lineis: laterales paulo sunt breviores; & posticus anticorum extimum longitudine adæquat.

Extremitatum alarum diſtantia eſt unius pedis 10 pollicum & 6 linearum ; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Pennæ quæ ſyncipur cooperiunt, ſunt ſurſum erectæ & rigidæ. Roſtrum, pedes, unguesque griſei. Habitat in *Cayena.*

†. ** 3. GARRULUS CANADENSIS FUSCUS.

Garrulus ſuperne fuſcus, inferne ſordide cinereo-albus; capite anterius ſordide albo–flavicante; rectricibus apice albidis . . . . LE GEAY BRUN DE CANADA.

Garrulo noſtrati paululum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 10 pollices æquat. Roſtrum 11 lineas longum eſt; cauda 5 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 13 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine adæquat. Extremitates alarum 16 pollicum & ſex linearum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad mediam caudam usque protenduntur. In toto corpore veſtitur pennis ſerici inſtar molliſſimis. Roſtrum, pedes, unguesque nigricant. Habitat in *Canada.*

** 4. GARRULUS CANADENSIS COERULEUS.

Garrulus criſtatus, ſuperne cœruleus, inferne cinereo–albus; genis albis; torque nigro; rectricibus 12 cœruleis, nigro transverſim ſtriatis, lateralibus apice albis . . . . LE GEAY BLEU DE CANADA.

Corvus criſtatus. *Linn.* Pica glandaria criſtata, purpureo cœrulea. *Klein.* Geay bleu. *Catesb. avec une figure pas aſſez exacte. Edwards, avec une figure exacte. Anglice*, BLEW-JAY.

Quoad craſſitiem *Merulam* non multum antecellit. Ipſius longitudo 10 pollices & 10 lineas æquat. Roſtrum 13½ lineas longum eſt; cauda 5 pollices cum 3 lineis; digitorum anticorum medius

cum

cum ungue 11 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum medium longitudine fere adæquat. Extremitates alarum unius pedis & 6 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad mediam circiter caudam protenduntur. In utroque capitis latere exigua inſuper adeſt macula nigra, narem inter & oculum ſita: quas maculas inter ſe connectit lineola concolor, mandibulæ ſuperioris baſin ambiens. Roſtrum, pedes, unguesque griſeo-fuſci.

Fœmina a *mare* diſcrepat coloribus non ita ſplendentibus. Habitat in *Carolina* & *Canada.*

XVII. *Genus Nucifragæ.*

Hujus character eſt

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti:

Crura ad calcaneum usque plumoſa:

Roſtrum conico-elongatum, rectum:

Mandibula ſuperior inferiore longior & obtuſa:

Plumæ baſis roſtri antrorſum incumbentes, naresque tegentes.

† ** 1. NUCIFRAGA.

Nucifraga fuſca, maculis albis varia; remigibus, & 12 rectricibus, nigricantibus, apice albis.... LE CASSE-NOIX.

Nucifraga. *Schwenck. Rzac.* Caryocatactes. *Geſn. Linn. Charlet. Willugb. Raj.* Merula ſaxatilis, ſive Caryocatactes Ornithologi. *Aldrov. Jonſt.* Pica Nucifraga. *Klein.* Pica Abietum nigra punctata, ſive guttata. *Friſch. hujus icon accurata.* Graculi Alpini, ſeu montani genus Turneri. *Schwenck.* Caſſe-Noix. *Edwards, avec une figure exacte. Germanice,* NUSZ-BRECHER. *Anglice,* NUT-BREAKER.

Ad *Picæ* craſſitiem accedit. Ipſius longitudo 12 pollices & 10 lineas æquat. Mandibula ſuperior 2 pollices & lineam unam longa eſt, inferior vero unum

num pollicem & 11 lineas; cauda 4 pollices cum 9 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 15½ lineas: laterales multo ſunt breviores; & posticus laterales paululum longitudine excedit. Extremitatum alarum diſtantia eſt unius pedis & 9 pollicum; alæ complicatæ paulo ultra duas tertias longitudinis caudæ partes extenduntur.* Pennæ nares tegentes longæ ſunt, ſtrictiores, rigidæ, ſordide albæ, marginibus fuſcis. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Auſtria.* Varias *Germaniæ* regiones quandoque frequentat. Anno 1753. in *Galliam* magno numero advenerunt hujus ſpeciei Aves. Nucibus, Amygdalis, &c. victitat.

SECTIO II.

Eæ quarum plumæ baſis roſtri retrorſum vertuntur, naresque detectas relinquunt.

Hæc ſectio tribus conſtat generibus Avium. Aliæ roſtro donantur recto, apice deorſum inclinante, ut *Galgulus:* aliæ roſtro recto & acutiſſimo, ut *Icterus:* aliæ roſtro quidem recto & acutiſſimo, ſed paululum lateraliter compreſſo; pennas inſuper habent ſupra caudam binas toto corpore longiores, & pennulis per totam longitudinem, exceptis exortu & apice, deſtitutas, ut *Manucodiata.*

XVIII. *Genus Galguli.* (1)

Hujus character eſt

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti:

Crura ad calcaneum usque plumoſa:

Roſtrum

(1) *Galgulus*, nomen vacuum à me huic generi impoſitum.

Roſtrum conico–elongatum, rectum; apice deorſum inclinante:

Plumæ baſis roſtri retrorſum verſæ; naresque detectæ.

†. ** 1. GALGULUS.

Galgulus ſuperne dilute fulvus, in capite & inferne cœruleo-beryllinus; remigibus 23, nigro, cœruleo-beryllino ac violaceo, variis; ex rectricibus 12, lateralibus ſuperne obſcure viridibus, inferne viridi–beryllinis cœruleo–beryllino diluto terminatis; extima apice ſuperne nigra, inferne cœruleo-violacea. . . . LE ROLLIER.

Garrulus. *Linn.* Garrulus, qui circa Argentoratum ROLLER appellatur. *Geſn.* Garrulus Argentoratenſis. Pica marina. Cornix cœrulea. *Aldrov. Jonſt. Willugb. Raj. Klein. Schwenck. Muſ. Worm. Willugb. Rzac.* Garrulus cœruleus, ſeu Pica cœrulea. *Friſch. hujus icon accurata.* Coracias. *Moehr.* Corneille bleue. *Edwards, avec une figure exacte. Germanice*, GALGENREGEL. *Anglice*, ROLLER.

Ad *Garruli noſtratis* craſſitiem accedit. Ipſius longitudo 12 pollices & 6 lineas æquat. Roſtrum unum pollicem & 5 lineas longum eſt; cauda 4 pollices & 7 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 13 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus 8 lineas longitudine non ſuperat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 2 pedum; alæ complicatæ duas tertias longitudinis caudæ partes attingunt. Plumulæ ſordide albæ baſin roſtri ambiunt. Roſtrum nigricat, baſi paululum flaveſcente. Nares longæ & ſtrictiores ſupra mandibulam ſuperiorem, prope ipſius exortum, oblique collocantur. Pedes ſordide flavicant; ungues vero nigricant. *Inſectis* victitat, præſertim *Scarabæis.* Circa *Argentoratum* quandoque reperitur: in *Melitam Inſulam*, & interdum in *Galliam* migrat.

†. ** 2. GALGULUS MINDANOENSIS.

Galgulus ſuperne fulvus ad olivaceum inclinans, inferne cœruleo–beryllinus; capite virideſcente; gutture albo–rufeſcente; collo inferiore violaceo; ex 12 rectricibus, lateralibus prima medietate ſaturate cœruleis, altera medietate cœruleo–beryllinis, apice ſaturate cœruleo; remigibus nigro & cœruleo–beryllino variegatis.... LE ROLLIER DE MINDANAO.

Corvus Benghalenſis. *Linn.* Geay de Bengale. *Alb.*

Garrulum craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 12 pollices & 6 lineas explet. Roſtrum unum pollicem & 7½ lineas longum eſt; cauda 4 pollices & 6 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 14 lineas; extimus 12 lineas; intimus 9½ lineas; & poſticus 7 lineas tantum. Extremitates alarum unius pedis & 8 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ultra tres quartas longitudinis caudæ partes protenduntur. Roſtrum, unguesque nigricant. Pedes ſunt griſei. Habitat in *Bengalenſi* regione & *Mindanoa Inſula.*

†. ** 3. GALGULUS ANGOLENSIS.

Galgulus ſuperne fulvus ad olivaceum inclinans, inferne cœruleo–beryllinus; capite & collo ſuperiore viridibus; collo inferiore violaceo; uropygio & tectricibus alarum ſplendide cœruleis; ex 12 rectricibus, lateralibus cœruleo–beryllinis, apice ſaturate cœruleis, excepta extima longiſſima & apice nigricante; remigum ut & rectricum ſcapis nigris.... LE ROLLIER D'ANGOLA.

Ad *Garruli* craſſitiem circiter accedit. Ipſius longitudo 15 pollices & 6 lineas æquat. Roſtrum unum pollicem & 7 lineas longum eſt; 10 rectrices intermediæ 4 pollices cum linea una; rectrix utrinque extima 8 pollices cum 3 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 12½ lineas: laterales paulo ſunt bre-

breviores; & posticus omnium breviſſimus. Extremitatum alarum distantia est unius pedis & 10 pollicum; alæ complicatæ ad 3 pollicum & 3 linearum distantiam ultra caudæ exortum protenduntur. Rostrum, unguesque nigricantes, pedes vero grisei. Habitat in *Angolenſi* regno.

†. ** 4. GALGULUS INDICUS.

Galgulus superne obscure viridis, inferne viridi—beryllinus; capite & collo superius fuscis; gutture splendide cœruleo; ex 12 rectricibus, lateralibus primum viridibus, deinde saturate cœruleis, apice nigris; remigibus plerisque nigro & saturate cœruleo variis, ac tænia transversa dilute cœruleo-beryllina notatis.... LE ROLLIER DES INDES.

An Ciſſa Americana, ex Amethystino nigricans? *Barr.*

Præcedentem craſſitie circiter æquat. Ipsius longitudo 10 pollices & 6 lineas explet. Rostrum 17 lineas longum est; cauda 3 pollices cum 8 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 12½ lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus anticorum intimum longitudine fere adæquat. Extremitatum alarum distantia est unius pedis & 10 pollicum; alæ complicatæ caudam ferme extremam pertingunt. Rostrum, pedesque flavicantes; ungues nigricantes. Habitat in *India Orientali*.

†. ** 5. GALGULUS SINENSIS.

Galgulus superne viridis, inferne albo—flavescens cum aliqua viridis mixtura; tænia utrinque in capite nigra, per oculos ducta; alarum tectricibus superioribus fusco—olivaceis, ut & 18 remigibus; ex 12 rectricibus, lateralibus exterius viridibus, interius cinereo—albis ad viride inclinantibus, nigricante terminatis, apice cinereo-albo ad viride vergente; cruribus griseis.... LE ROLLIER DE LA CHINE.

Præ-

Præcedentes craſſitie circiter æmulatur. Ipſius longitudo 13 pollices & 6 lineas æquat. Roſtrum 18 lineas longum eſt; cauda 5 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 15 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum medium longitudine fere adæquat. Extremitates alarum 15 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ nonnihil ultra tertiam longitudinis caudæ partem extenduntur. Oculorum irides, & roſtrum rubeſcunt. Pedes, unguesque pallide rubri. Habitat in *Sinenſi* regione.

6. GALGULUS ANTILLARUM.

Galgulus ſuperne ferrugineus, inferne albus; capite cœruleo, ut & collo, albo torque cincto; uropygio luteo; alarum tectricibus minimis caſtaneis, lineis nigris reſperſis; majoribus vero, ut & remigibus, ac rectricibus cœruleis, albo colore variis; roſtro, pedibusque rubris. . . . LE ROLLIER DES ANTILLES.

Pica caudata Indica. *Aldrov. Jonſt. Willugb. Charlet.* Pica Antillarum. *Raj.* Pie des Antilles. *Du Tertre.* *Anglice*, JAPAN PIE.

Picam noſtratem craſſitie circiter æquat. In ſummo capite, inter utrumque oculum, alba macula 3 fere pollices longa & unciam lata, lineolis transverſis, nigris ſtriata, ad dorſum usque protenditur.

Fœmina mari per omnia ſimilis eſt, excepta tamen macula in ſummo capite alba lineis nigris carente. In ea quoque tectrices alarum ſuperiores majores vireſcunt, quæ in *mare* ſunt cœruleæ.

Habitant in *Antillis Inſulis:* ad ripas fluviorum in *Aquis Lupiis* frequentes.

7. GALGULUS NOVÆ HISPANIÆ.

Galgulus ex rufo cinereus; remigibus, rectricibusque ſaturate viridibus. . . . LE ROLLIER DE LA NOUVELLE ESPAGNE.

Cor-

Cornix Corvina. *Klein.* Aquila minor, ſpecies corvi, Yitzquauhtli dicta, ex Nova Hiſpania. *Seb. bujus icon non ſatis accurata.*

Magnitudine & craſſitie *Cornicem vulgarem* circiter æquat. Roſtrum cinereo-flavum. Habitat in *Nova Hiſpania.* Secundum *Sebam*, *Leporibus*, *Cuniculis* aliisque feris inhiat.

8. GALGULUS MEXICANUS.

Galgulus ſuperne obſcure griſeus, ad rufum inclinans, inferne dilute griſeus, flammæ colore variegatus; alis dilute griſeis, flammæ colore variegatis. . . . LE ROLLIER DU MEXIQUE.

Merula Mexicana. *Klein.* Merula Mexicana. *Seb. bujus icon minus accurata.*

Magnitudine & craſſitie *Turdum majorem* multum ſuperat. Habitat in *Mexico.*

9. GALGULUS MEXICANUS LUTEUS.

Galgulus dilute flavus; remigibus & rectricibus intermediis ſaturate griſeis. . . . LE ROLLIER JAUNE DU MEXIQUE.

Cornix flava, alis caudaque cinereis. *Klein.* Hoexototl, ſeu Avis Saligna dicta. *Seb. bujus icon non ſatis accurata.*

Columbam vulgarem magnitudine non multum ſuperat. Oculos habet prægrandes, quorum irides rubent. Roſtrum craſſum & breve, ex cinereo flavum. Pedes dilute griſei ſunt. Aves hæ ſalices amant, & in his turmatim ſeſe congregantes, nidificant. Habitant in *Mexico.*

10. GALGULUS MEXICANUS CRISTATUS.

Galgulus criſtatus, viridi, cœruleo & aureo reſplendens; in lateribus nigricans, remigibus dilute purpureis, apice nigricantibus; rectricibus apice nigricanibus. . . . LE ROLLIER HUPÉ DU MEXIQUE.

Corvus criſtatus. *Klein.* Avis Ococolin, ſeu Perdix montana Mexicana. *Seb. hujus icon minime accurata.*

Cornicem noſtratem magnitudine & craſſitie circiter æquat. Plumæ, crura veſtientes, ſunt longiusculæ. Oculos habet lucidos; palpebras ſanguineo penitus colore tinctas, exilibusque excreſcentiis in ambitu munitas. Roſtrum breve, craſſum & ſubrubens. Pedes valde breves & craſſi; ungues vero longi. Habitat in *Mexico.*

XIX. *Genus Icteri.* (1)

Hujus character eſt

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti:

Crura ad calcaneum usque plumoſa:

Roſtrum conico-elongatum, rectum, acutiſſimum:

Plumæ baſis roſtri retrorſum verſæ, naresque detectæ.

†. ** 1. ICTERUS.

Icterus flavo-aurantius; capite, collo inferiore & dorſo ſplendide nigris; alarum tectricibus majoribus albis; remigibus, rectricibusque nigris; oris exterioribus minorum remigum albis. . . . LE TROUPIALE.

Ciſſa nigra cirrata, cauda lutea. *Linn.* Ciſſa Americana, nigra, &c. *Barr.* Pica luteo-nigra varia. *Sloane, hujus icon non ſatis accurata. Raj. Klein.* Picus Americanus nidum ſuſpendens, Guira-Tangeima Braſilienſium. *Willugb.* Guira-Tangeima Braſilienſibus. *Marcgr. Jonſt.* Turdus oculis cœruleis. *Klein.* Xanthornus major, nigro varius. *Browne.* Pie jaune & noire. *Catesb. avec une figure exacte.* Oiſeau de Banana. *Alb.* *Anglice*, YELLOW WOODPECKER.

Me-

(1) *Icterus*, a colore luteo plurimarum hujus generis ſpecierum.

Merulam crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo 9 pollices & 6 lineas explet. Rostrum 15 lineas longum est; cauda 4 pollices cum 3 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 13½ lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus anticorum extimum longitudine adæquat. Extremitatum alarum distantia est 14 pollicum; alæ complicatæ ad tertiam circiter longitudinis caudæ partem protenduntur. Oculorum pupilla nigricans, irides flavicantes. Rostrum in quibusdam cinereo—album, in aliis nigrum, excepta tamen basi mandibulæ inferioris, in qua aliquid fusci admiscetur. Pedes, unguesque plumbei. Nidos construunt hujus speciei Aves cylindraceæ figuræ, eosque appendunt magno numero extremitatibus ramorum altissimarum arborum, idque libenter prope ædes. Habitant in *Carolina*, *Jamaïca*, *Martinica*, *Cayena*, *Brasilia* & *Guiana* tota.

2. ICTERUS MEXICANUS.

Icterus flavus; capite, remigibus, rectricibusque nigris; tectricibus alarum superioribus majoribus aureo colore in apice notatis. . . . LE TROUPIALE DU MEXIQUE.

Avis Americana de Acolchichi, nigro-lutea. *Seb. hujus icon satis accurata.*

Crassitie præcedentem nonnihil superat. Rostrum luteo colore tinctum. Habitat in *America* præsertim in *Mexico*.

3. ICTERUS CAUDA ANNULATA.

Icterus flavus; capite & collo nigris; remigibus nigricantibus, marginibus dilute luteis; rectricibus tænia transversa, arcuata, nigricante notatis. . . . LE TROUPIALE A QUEUE ANNELÉE.

Cornix flava. *Klein.* Avis Ocotzinitzcan, Columbæ magnitudine. *Seb. hujus icon satis accurata.*

Magnitudine *Columbam* æmulatur. Roſtrum flavum; pedes griſei. Habitat in *America*.

4. ICTERUS MADERASPATANUS.

Icterus flavus, inferne lineolis obliquis, ſinuoſis, nigricantibus varius; tænia ovali per oculos nigricante; remigibus nigricantibus.... LE TROUPIALE DE MADRAST.

Pica Maderaſpatana flavicans. *Raj.* *Anglice*, YELLOW-JAY.

Garrulum noſtratem magnitudine circiter æquat. Habitat in *Maderaſpatano*.

5. ICTERUS MADERASPATANUS NÆVIUS.

Icterus flavus, maculis nigricantibus varius; capite, collo, remigibus, rectricibusque nigricantibus.... LE TROUPIALE TACHETÉ DE MADRAST.

Pica Maderaſpatana Sturni ad inſtar maculata. *Raj.* *Anglice*, MOTLED-JAY.

Præcedentem magnitudine adæquat. Habitat in *Maderaſpatano*.

6. ICTERUS MADERASPATANUS FULVUS.

Icterus fulvus, lineolis rufo-fuſcis varius; tænia obliqua per oculos nigra; remigibus nigris, quibusdam macula flava circa medium notatis, majoribus apice flavis; rectricibus intermediis quoque nigris, apice albis; lateralibus vero albis, flavo mixtis.... LE TROUPIALE FAUVE DE MADRAST.

Pica Maderaſpatana fulva, alis pene nigris. *Raj.* *Anglice*, BUFF-JAY.

Præcedentem magnitudine æmulatur. Habitat in *Maderaſpatano*.

7. ICTERUS MADERASPATANUS CRISTATUS.

Icterus cristatus, albus, lineis lunulatis, nigris respersus; capite & crista nigris; rectricibus binis intermediis longissimis. . . . LE TROUPIALE HUPÉ DE MADRAST.

Manucodiata Zeylanica, cauda longissima forcipata bipenni. *Raj.* *Anglice*, PIED BIRD OF PARADISE. *Belgice*, HET CATOEN DIEFJE.

Qua magnitudine donetur non indicat *Rajus.* Rostrum nigrum. Habitat in *Maderaspatano.*

8. ICTERUS BRASILIENSIS.

Icterus superne ex fusco & nigro varius, inferne ex albo & flavo mixtus, lineis transversis nigricantibus respersus; capite nigricante, cauda superius nigricante, inferius albo maculata. LE TROUPIALE DU BRESIL.

Luscinia pullo-lutea. *Klein.* Muscicapa e fusco & luteo varia. *Sloane.* Muscicapa Brasiliensibus Japacani dicta. *Raj.* Japacani Brasiliensis. *Jonst. Marcgr. Willugb.* *Anglice*, SMALL YELLOW AND BROWN BIRD.

Magnitudine cum *Sturno* convenit. Oculorum pupilla nigra; irides aureæ. Rostrum nigrum. Pedes fusci; ungues vero acuti, nigri. Habitat in *Brasilia* & *Jamaïca.*

9. ICTERUS BENGALENSIS.

Icterus superne niger, inferne albus; tænia alba, per oculos ducta, occipitium, altera vero sordide alba collum superius, cingente; remigibus, rectricibusque nigris. . . . LE TROUPIALE DE BENGALE.

Contra de Bengal. *Alb.*

Magnitudine & crassitie *Turdum pilarem* circiter æquat. Rostrum pallide aurantium. Pedes fusco-flavicantes. Habitat in *Bengalensi* regno.

10. ICTERUS NOVÆ HISPANIÆ.

Icterus ſuperne niger, inferne ex croceo & nigro varius; alis atro & candenti colore permixtis; rectricibus partim croceis, partim nigris; cruribus nigris. . . . LE TROUPIALE DE LA NOUVELLE ESPAGNE.

Xochitototl. *Fern. Raj.* Coztototl, ſeu Avis pallida. *Fern. Raj.*

Magnitudine *Sturnum* adæquat. Cantu *Picas* imitatur. Hujus ſpeciei Avis junior tota lutea eſt, extremis tamen alarum partibus nigris. Habitat in *Nova Hiſpania.*

11. ICTERUS CINEREUS NOVÆ HISPANIÆ.

Icterus nigro & luteo perpulchre varius; dorſo, ventre & cruribus cinereis. . . . LE TROUPIALE GRIS DE LA NOUVELLE ESPAGNE.

Ococolin. *Fern. Raj.*

Sturnum magnitudine & craſſitie adæquat. Sylvas incolit, in quarum arboribus ſobolem educat. Habitat in *Nova Hiſpania.*

** 12. ICTERUS PTEROPHOENICEUS.

Icterus niger (griſeo admixto in fœmina); tectricibus alarum minoribus coccineis. . . . LE TROUPIALE AUX AILES ROUGES.

Sturnus niger, alis ſuperne rubentibus. *Klein.* Sturnus Pterophœnicus Indiarum. *Jonſt.* Pterophœnicus Indiarum. *Euſ. Nieremb. Willugb.* Acolchichi, ſeu Avis rubeorum humerorum. *Fern. Raj.* Etourneau aux aîles rouges. *Catesb. avec une figure exacte.* Etourneau rouge-aîle. *Alb.* *Anglice*, RED WING'D STARLING.

Craſſitie *Sturnum* æmulatur. Ipſius longitudo 8 pollices & 3 lineas æquat. Roſtrum 10½ lineas longum eſt; cauda 3 pollices & 5 lineas; digitorum anti-

anticorum medius cum ungue 11 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine adæquat. Extremitates alarum 13 pollicum & 6 linearum intervallo diſtant; alæ complicatæ duas fere tertias longitudinis caudæ partes attingunt. Oculi ſunt nigri; irides candidæ. Roſtrum, pedes, unquesque nigri. Habitat in *Carolina*, *Virginia* & *Ludovicia*.

Fœmina a *mare* diſcrepat magnitudine qua ei cedit. Colore etiam ab illo differt; in toto enim corpore nigra eſt, griſeo admixto; & tectrices alarum minores non ita ſplendide rubent.

Supra aquas & in juncetis nidificant.

†. ** 13. Cassicus ruber.

Icterus niger; uropygio coccineo. . . . Le Cassique rouge.

Craſſitie *Merulam* nonnihil antecellit. Ipſius longitudo 11 pollices æquat. Roſtrum 14½ lineas longum eſt; cauda 3 pollices & 11 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 13 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales longitudine nonnihil ſuperat. Extremitatum alarum diſtantia eſt unius pedis & 5 pollicum; alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam protenduntur. Roſtrum colore ſulphureo imbutum. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *Braſilia* & *Cayena*.

†. ** 14. Cassicus luteus.

Icterus niger; macula in alis & uropygio luteis; rectricibus in exortu luteis, apice nigris. . . . Le Cassique jaune.

Ciſſa nigra, ſeu Picus ater alis caudaque luteis. *Linn. Barr.* Pica Perſica. *Aldrov. Jonſt. Willugb. Raj.* Jupujuba, ſeu Japu Braſilienſibus. *Marcgr. Jonſt. Willugb. Raj.* Pie de Bréſil. *Bel.*

Præcedentem craſſitie circiter adæquat. Ipſius lon-

longitudo 11 pollices & 6 lineas explet. Roſtrum 16 lineas longum eſt; cauda 3 pollices & 10 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 13 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil longitudine ſuperat. Extremitatum alarum diſtantia eſt unius pedis & 5 pollicum; alæ complicatæ duas tertias longitudinis caudæ partes attingunt. Oculorum pupilla nigra; irides cœruleo ſaphirino tinctæ. Roſtrum ſulphureo colore imbutum. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *Braſilia* & *Cayena*.

Nidos conſtruunt hujus ſpeciei Aves ex arido gramine & pilis equinis aut ſuillis mixtis conflatos, coloris fuſci, figuræ cucurbitæ anguſtæ cum ſuo alembico, in totum ſesquipedem circiter longos, unum pedem altos, & ſua extremitate ex ramulis minimis extremis arborum dependentes. Sunt quædam arbores, præcipue prope ædes, in quibus plusquam quadringeni nidi harum Avium pendent. Maximo enim numero ſunt hæ Aves, & ter quotannis pullos excludunt.

†. ** 15. Icterus niger.

Icterus niger, ſuperne ad viride inclinans; remigibus, & ex 12 rectricibus, lateralibus interius & ſubtus nigris. . . . Le Troupiale noir.

Monedula tota nigra. *Sloane. Raj.* Cornix parva profunde nigra. *Klein.* *Anglice*, Small Black Bird.

Ad *Merulæ* craſſitiem accedit. Ipſius longitudo 9 pollices & 10 lineas æquat. Roſtrum 13 lineas longum eſt; cauda 4 pollices & 4 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 15 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine adæquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 15 pollicum & 6 linearum; alæ complicatæ mediam caudam pertingunt. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Jamaïca* & *S. Dominici Inſula*.

16.

16. Icterus cauda bifida.

Icterus niger, superne ad cœruleum inclinans, tectricibus caudæ inferioribus albis; cauda bifida.... Le Troupiale a queue fourchue.

Sturnus cauda divisa. *Klein.* Turdus niger Mexicanus, *Seb. hujus icon pessima.*

Magnitudine *Merulam* antecellit. Longam, latamque gestat caudam, ut in *Hirundinibus* bifidam. Rostrum flavum. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *Mexico.*

** 17. Icterus fuscus Novæ Hispaniæ.

Icterus superne fusco—nigricans, inferne luteus; capite luteo; vertice fusco—nigricante; alarum tectricum majorum marginibus griseo—flavicantibus; remigibus, rectricibusque nigricantibus.... Le Troupiale brun de la Nouvelle Espagne.

Merulam crassitie circiter æmulatur. Ipsius longitudo 8 pollices & 9 lineas æquat. Rostrum 13½ lineas longum est; cauda 3 pollices cum 3 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 13 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus anticorum extimum longitudine adæquat. Extremitates alarum 14 pollicum & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Rostrum, pedes, unguesque flavicantes. Habitat in *Nova Hispania.*

†. ** 18. Icterus Guianensis.

Icterus nigricans, oris pennarum griseis; gutture, collo inferiore, pectore & tectricibus alarum minoribus rubris.... Le Troupiale de la Guiane.

Turdus, sive Merula Indica, pectore cinnabarino. *Klein. Willugh. Raj.*

Quoad crassitiem ad *Turdum Iliacum* accedit. Ipsius longitudo 7 pollices & 3 lineas æquat. Rostrum

 10½ li-

10½ lineas longum eſt ; cauda 2 pollices & 6 lineas ; digitorum anticorum medius cum ungue 13 lineas : laterales paulo ſunt breviores ; & poſticus laterales nonnihil longitudine excedit. Extremitatum alarum diſtantia eſt 11 pollicum & 6 linearum ; alæ complicatæ ad mediam caudam protenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Guiana*.

†. ** 19. Icterus minor.

Icterus aurantius ; capite & dorſo ſupremo nigris ; remigibus nigris, oris exterioribus albis, interioribus ſubalbidis ; ex 12 rectricibus, quatuor utrinque extimis prima medietate nigris, altera aurantiis. . . . Le Baltimore.

Galbula. *Linn.* Turdus Icterus ex auro nigroque varius. *Klein.* Oiſeau-Baltimore. *Catesb. avec une figure pas aſſez exacte.* *Anglice*, Baltimore-Bird.

Craſſitie *Montifringillam* circiter æquat. Ipſius longitudo 6 pollices & 10 lineas explet. Roſtrum 9 lineas longum eſt ; cauda 2 pollices & 10 lineas ; digitorum anticorum medius cum ungue 9 lineas : laterales paulo ſunt breviores ; & poſticus anticorum extimum longitudine æmulatur. Extremitates alarum 11 pollicum & 9 linearum intervallo diſtant ; alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam protenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque plumbei. Habitat in *Virginia*, *Marilandia* & *Canada*.

†. ** 20. Icterus minor spurius.

Icterus flavus, ad aurantium inclinans ; fronte & genis nigricante & flavicante variegatis ; dorſo ſupremo griſeo-olivaceo ; gutture nigro ; remigibus fuſcis, oris albidis ; ex 12 rectricibus, quatuor utrinque extimis flavo-olivaceis. . . . Le Baltimore bastard.

Turdus minor, gutture nigro. *Klein.* Baltimore baſtard. *Catesb. avec des figures pas aſſez bien colorées.* *Anglice*, Bastard Baltimore.

Ad

Ad præcedentis craſſitiem accedit. Ipſius longitudo 6 pollices & 8 lineas æquat. Roſtrum 9 lineas longum eſt; cauda 2 pollices cum 9 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 8 cum ſemi lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine adæquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 10 pollicum & 6 linearum; alæ complicatæ ad mediam circiter caudam protenduntur. Roſtrum plumbeum. Pedes, unguesque cœruleſcentes. Habitat in *Virginia* & *Canada.*

Avis a *Catesbeyo* delineata, quamque iſtius fœminam dicit, præcedentis potius *fœmina* eſſe videtur. Caput, guttur, collum, dorſum ſupremum, alarum tectrices ſuperiores majores & remiges, rectricesque nigricant; reliquum corpus obſcure rubet.

†. ** 21. Icterus minor viridis.

Icterus ſuperne fuſcus ad olivaceum inclinans, inferne & in uropygio viridi-olivaceus; tectricum alarum ſuperiorum oris flavicantibus; remigibus fuſcis, oris exterioribus olivaceis, interioribus albicantibus; ex 12 rectricibus, binis intermediis longioribus; cruribus flavo-olivaceis. . . . Le Baltimore verd, ou le Siffleur.

Craſſitie *Fringillam* æmulatur. Ipſius longitudo 6 pollices & 10 lineas æquat. Roſtrum 9½ lineas longum eſt; cauda 3 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 9½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil longitudine ſuperat. Extremitates alarum 10 pollicum & 6 linearum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudæ longitudinem non attingunt. Roſtrum colore corneo tingitur. Pedes, unguesque ſunt griſei. Habitat in *S. Dominici Inſula.*

†. ** 22. Xanthornus.

Icterus ſaturate aurantius; capite, collo & pectore ſatu-

ſaturate caſtaneis; dorſo ſupremo, remigibus, rectricibusque ſplendidiſſime nigris.... LE CAROUGE.

Icterus minor nidum ſuſpendens. *Sloane. Raj.* Turdus minor varius. *Klein.* Xanthornus minor, nigro varius. *Browne.* Xochitototl. *Charlet. Fern. Raj. Anglice*, WATCHY PICKET.

Montifringillæ nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo 7 pollices æquat. Roſtrum 10 lineas longum eſt; cauda 3 pollices cum 3 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 8 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil longitudine excedit. Extremitatum alarum diſtantia eſt 11 pollicum; alæ vero complicatæ paulo ultra mediam caudam extenduntur. Roſtrum nigrum, excepta mandibulæ inferioris baſi griſea. Pedes, unguesque nigricantes.

Fœmina a *mare* differt coloribus minus ſplendentibus & non ita lucidis. Habitant in *Martinica*.

Singularis figuræ nidum conſtruunt. Nidus enim hicce conflatur foliorum fibrillis, aliis in alias intertextis, & quartam globi vacui partem efformantibus, infra *Muſæ* folium cum arte ſutam; ita ut nidus in uno latere folio ipſo conſtet.

** 23. XANTHORNUS MEXICANUS.

Icterus luteus; gutture, remigibus, rectricibusque 12 nigris, remigibus interius verſus exortum albis; tectricibus alarum majoribus exterius apice albis.... LE CAROUGE DU MEXIQUE.

Lanius Ayoquantototl dictus. *Klein.* Avis de Ayoquantototl. *Seb. hujus icon ſatis accurata. Fern. Raj.* Oiſeau Bonana minor. *Edwards, avec une figure aſſez exacte. Anglice*, LESSER BONANA BIRD.

Turdo minori noſtrati craſſitie cedit. Ipſius longitudo 7 pollices & 6 lineas æquat. Roſtrum 9½ lineas longum eſt; cauda 3 pollices & 4 lineas; digitorum anti-

anticorum medius cum ungue 10 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus anticorum extimum longitudine adæquat. Extremitatum alarum distantia est 12 pollicum & 3 linearum; alæ complicatæ paulo ultra tertiam longitudinis caudæ partem protenduntur. Pennæ nigræ basin rostri ambiunt, excepta mandibulæ superioris parte superiore: color autem niger utrinque ad oculos usque protenditur. Rostrum nigrum, excepta mandibulæ inferioris basi rubescente. Pedes, unguesque fusci. Habitat in *Mexico* & *Jamaica*.

24. XANTHORNUS BRASILIENSIS.

Icterus luteus; capite, collo inferiore, remigibus, rectricibusque nigris; tænia per dorsum transversa, nigra; tectricibus alarum majoribus intermediis albis. . . . LE CAROUGE DU BRESIL.

Jamacaii Brasiliensibus. *Marcgr. Jonst. Willugb. Raj.*

Crassitie *Alaudam* æmulatur. Ipsius longitudo 9 pollices & 9 lineas æquat. Rostrum 12 lineas longum; cauda 4 fere pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 11 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus anticorum extimum longitudine adæquat. Rostrum quoque nigrum, at prope exortum mandibulæ inferioris cœrulescens. Pedes fusci. Habitat in *Brasilia*.

†. ** 25. XANTHORNUS DOMINICENSIS.

Icterus niger; tectricibus alarum minoribus & imo corpore luteis. . . . LE CAROUGE DE S. DOMINGUE, OU DEMOISELLE.

Crassitie *Alaudam* circiter æquat. Ipsius longitudo 8 pollices explet. Rostrum 11 lineas longum est; cauda 3 pollices cum 7 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 9 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus anticorum medium longitudine fere adæquat. Extremitates alarum 12 pol-

licum

licum & 6 linearum intervallo diſtant; alæ compli-catæ mediam caudam non attingunt. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *S. Dominici Inſulâ.*

†. ** 26. Xanthornus Cayenensis.

Icterus niger; tectricibus alarum minoribus luteis. . . . Le Carouge de Cayenne.

Autre eſpèce de Merle de l'Iſle de S. Thomas. *Feuillée.*

Craſſitie *Alaudam* adæquat. Ipſius longitudo 8 pollices & 3 lineas explet. Roſtrum 11 lineas longum eſt; cauda 3 pollices cum 10 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 10 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil longitudine excedit. Extremitatum alarum diſtantia eſt 13 pollicum; alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam extenduntur. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Inſula S. Thomæ & Cayena.*

†. ** 27. Xanthornus icterocephalus Cayenensis.

Icterus niger; capite & collo inferiore luteis. . . . Le Carouge a teste jaune de Cayenne.

Craſſitie *Montifringillam* æquat. Ipſius longitudo 6 pollices & 11 lineas explet. Roſtrum 8½ lineas longum eſt; cauda 2 pollices & 7 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 10 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus autem laterales longitudine adæquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 11 pollicum; alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam protenduntur. Plumulæ nigræ baſin roſtri ambiunt. Roſtrum nigricat. Pedes, unguesque ſunt fuſci. Habitat in *Cayena.*

28. Xanthornus coeruleus.

Icterus niger aut cinereus; capite, alis & cauda cœruleis. . . . Le Carouge bleu.

Pica

Pica Maderaſpatana minima, è cœruleo nigreſcens. *Raj.* *Anglice*, SMALL BLEW JAY.

Roſtrum, pedesque rufeſcunt. Habitat in *Maderaſpatano.*

29. XANTHORNUS NÆVIUS.

Icterus fuſcus ad rufum inclinans, ſuperne ſaturatius, inferne dilutius, maculis nigris variegatus; genis & guture nigris; remigibus, rectricibusque nigricantibus, oris fuſco-rufeſcentibus. . . . LE CAROUGE TACHETÉ.

Fringilla Melancholica. *Linn.* Fringilla ex fuſco & nigro varia, Americana; cauda ſuperbiens. *Klein.* Schomburger, ſorte d'Alouette d'Amérique. *Edwards*, *avec une figure exacte.*

Craſſitie *Fringillam* nonnihil antecellit. Ipſius longitudo 5 circiter pollices & 10 lineas æquat. Roſtrum 8 lineas longum eſt; cauda 2 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus autem laterales longitudine adæquat. Alæ complicatæ ad mediam circiter caudam extenduntur. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum obſcure carneum. Pedes eodem colore, ſed vividiore, tincti; ungues vero fuſci. Habitat in *Mexico.*

** 30. XANTHORNUS CAPITIS BONÆ SPEI.

Icterus ſuperne fuſco-olivaceus, inferne flavus; uropygio olivaceo; remigibus ſuperne fuſcis, inferne griſeis, oris exterioribus olivaceis; rectricibus 12 olivaceis, ſuperne obſcurius, inferne dilutius. . . . LE CAROUGE DU CAP DE BONNE ESPÉRANCE.

Icterum minorem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 6 pollices & 6 lineas explet. Roſtrum 10 lineas longum eſt; cauda 2 pollices & 2 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 12 lineas: late-

laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil longitudine excedit. Extremitates alarum 10 pollicum & 3 linearum intervallo diſtant; alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam protenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Capite Bonæ Spei.*

31. Icterus Indicus.

Icterus ſuperne aurantius, inferne luteus; pennis baſin roſtri ambientibus, gutture & tectricibus alarum ſuperioribus minoribus nigris; rectricibus 12 nigris, luteo in apice marginatis. . . . Le Troupiale des Indes.

Coracias aurea. *Linn.* Oiſeau de Paradis de couleur d'or. *Edwards, avec une figure paſſable.*

Magnitudine & craſſitie *Icterum Guianenſem* circiter æmulatur. Roſtrum ad exortum fuſco-rufeſcens, in extremitate nigrum. Habitat in *India Orientali.*

†. ** 32. Xanthornus icterocephalus Americanus.

Icterus ſplendide niger; capite ſuperiore, tectricibus alarum & caudæ minoribus, infimisque cruribus luteis; remigibus, rectricibusque 12 nigricantibus. . . . Le Carouge a teste jaune d'Amérique.

Cum *Xanthorno Cayenenſi* craſſitie circiter convenit. Ipſius longitudo 8 pollices & lineas 2 æquat. Roſtrum 11 lineas longum eſt; cauda 3 pollices cum 10 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 10½ lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus autem lateralium longitudinem paululum excedit. Extremitates alarum 12 pollicum intervallo diſtant. Alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Roſtrum & ungues nigricant. Pedes ſunt plumbeo colore imbuti. Habitat in *America.*

XX. *Genus Manucodiatæ.*

Hujus character eſt

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti:

Crura ad calcaneum usque plumoſa:

Roſtrum conico-elongatum, rectum, acutiſſimum, paululum lateraliter compreſſum:

Plumæ baſis roſtri retrorſum verſæ; naresque detectæ:

Pennæ binæ ſupra caudam tota Ave longiores, & pennulis per totam longitudinem, exceptis exortu & apice, deſtitutæ.

†. ** 1. MANUCODIATA.

Manucodiata caſtanea; collo inferiore viridi-aureo; pennis laterum longiſſimis, decompoſitis; pennis duabus ex uropygio ortis apice rectis.... L'OISEAU-DE-PARADIS.

Euſ. Nieremb. Muſ. Worm. Marcgr. Jonſt. Manucodiata prima. *Aldrov. Willugb. Raj. Jonſt.* Manucodiata, Avis Paradiſi. *Klein. Gaz. Rup. Beſl. Marcgr. Willugb. Raj.* Manucodiata altera. *Euſ. Nieremb.* Manucodiata, Apos Indica. *Charlet.* Manucodiata Rex Marcgravii. *Willugb. Raj. Klein.* Manucodiata minoris generis. *Cluſ.* Manucodiata alba longa. *Barr.* Manucodiata, tertia ſpecies; Hippomanucodiata. *Jonſt. Aldrov.* Manucodiata quinta, ſeu vulgaris Aldrovandi. *Willugb. Raj. Klein.* Quinta Manucodiatæ ſpecies, ſeu vulgaris. *Aldrov.* Paradiſea apoda. *Linn.* Paradiſæa. *Moehr. Geſn.* Paradiſæa minoris generis Cluſii. *Raj.* Paradiſea Avis majoris generis. *Cluſ.* Avis Paradiſea. *Hernand. Fern.* Avis Paradiſiaca. *Muſ. Beſl.* Avis Paradiſiaca Aroëſica, maxima ſubrubra. *Seb. hujus icones ſatis accuratæ.* Avis Paradiſi Aroëſica. *Klein.* Oiſeau de Paradis. *Alb.* Grand Oiſeau de Paradis. *Edwards, avec une figure aſſez bonne.* Phœnix. *Bel.* *Germanice*, PARADYSS-VOGEL. *Anglice*, BIRD OF PARADISE.

Corporis craſſitie *Columbam* æquare videtur, quamquam revera *Sturnum* non ſuperet. Ipſius longitudo 12 pollices & 6 lineas æquat. Roſtrum 18 lineas longum eſt; cauda 6 pollices cum 4 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 20 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus vero laterales nonnihil longitudine ſuperat. Alæ complicatæ caudam extremam, excepta 15 linearum diſtantia, pertingunt. Caput, guttur & collum plumis obteguntur breviſſimis, denſiſſimis & rigidis. Quæ partes capitis & colli ſuperiores veſtiunt, ſunt pallide aureæ. Baſin roſtri guttur & genas ad oculos usque cingunt pennæ nigræ, holoſerici villoſi inſtar ſplendentes, & viridi colore, *Anatino* variantes. Latera obſita ſunt maxima pennarum longiſſimarum & decompoſitarum copia, quarum longiores quidem unum pedem 6 pollices & 8 lineas æquant. Quæ ſuperiorem locum obtinent, albido & caſtaneo–purpureo mixtæ ſunt; reliquæ ex albo flavicant: quædam tamen exterius poſitæ, & quidem breviores, aureo ſplendenti refulgent; inter quas aliquæ caſtaneo–purpureo ſplendidiſſimo terminantur. Supra caudæ exortum, ab uropygio binæ oriuntur pennæ, 2 pedes & 9 circiter pollices longæ, in exortu & apice tantum pennulis obſitæ, ab exortu ſcilicet ad quatuor circiter pollicum distantiam usque, in quo intervallo caſtaneo tinguntur diluto: ultra quod intervallum ſcapus penitus nudus evadit; attamen, attente quidem intuenti, pennularum quaſi abciſſarum rudimenta quædam apparent. Scapus autem nigricat, & fit obſcurior verſus apicem procedendo; in apice vero, idque ſecundum 3 pollicum & 6 circiter linearum diſtantiam, pennulis obſitus eſt nigris, ſplendentibus & viridi *Anatino* variantibus. Caput, ſervata corporis proportione, exiguum. Oculi quoque minutiſſimi. Roſtrum ex flavo virideſcit. Pedes craſſi, unguesque longiusculi fuſceſcunt.

Fœmina in omnibus cum *mare* convenit, præterquam

quam quod pennulæ, quibus binæ longiſſimæ pennæ, ab uropygio ortæ, in apice obſitæ ſunt, multo quam in *mare* ſint breviores.

Habitat in *Moluccis Inſulis*.

Species prima, tertia & quinta ab *Aldrovando* deſcriptæ, binæ ſpecies a *Cluſio*, duæ ſpecies a *Nierembergio*, & ſpecies binæ a *Marcgravio* deſcriptæ, unam eamdemque conſtituunt ſpeciem. Secunda *Aldrovandi* ſpecies Avis eſt alterius generis, ut infra patebit. Speciei vero quartæ ita manca eſt deſcriptio & peſſima icon, ut iſtius Avis ſpeciem & genus aſſignare nequeam.

†. ** 2. MANUCODIATA MINOR.

Manucodiata ſuperne caſtaneo—purpurea, inferne albida; pectore tænia transverſa, viridi—aurea, notato; pennis laterum longioribus griſeo-fuſcis, tænia viridi aurea terminatis, ac quadratim abſciſſis; remigibus rufis; rectricibus fuſcis; pennis duabus ex uropygio ortis in apice reflexis. . . . LE PETIT OISEAU-DE-PARADIS.

Manucodiata Rex. *Muſ. Beſl.* Manucodiata minor ſanguinea; Rex Paradys. *Petiv.* Rex Avium Paradiſearum majoris generis. *Cluſ. Willugb. Raj. Euſ. Nieremb. Jonſt.* Rex Avium Paradiſiacarum majoris moduli. *Klein.* Avis regia, ſeu Paradiſiaca, minor. *Seb. bujus icon non ſatis accurata.* Paradiſæa regia. *Linn.* Roi des Oiſeaux du Paradis. *Edwards, avec une figure aſſez exacte. Anglice*, KING OF BIRDS OF PARADISE.

Craſſitie *Alaudam criſtatam* non multum antecellit. Ipſius longitudo 4 pollices & 9 lineas æquat. Roſtrum unum pollicem longum eſt; cauda ejuſdem longitudinis; digitorum anticorum medius cum ungue 11 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil longitudine ſuperat. Alæ complicatæ ad 14 linearum diſtantiam ultra caudam extremam protenduntur. Caput pennis obſitum eſt

brevissimis, densissimis, rigidis & sursum erectis: quæ pennæ mandibulam superiorem ad mediam usque longitudinem, aut etiam ultra, cooperiunt. Ab uropygio binæ pennæ ortæ 6 pollices longæ, filiformes, primum rufæ, dein nigricantes, pennulis destitutæ per totam fere longitudinem, excepto apice pennulis prædito viridi-aureo *Anatino* colore tinctis. Pennarum autem istarum apices versus partem intimam spiraliter reflectuntur. Caput, pro corporis proportione, parvum & maxime elongatum. Oculi quoque exigui. Rostrum albicat. Pedes crassi, unguesque longiusculi nigricant. Habitat in *Amboinensi Insula.*

ORDO V.

AVES Digitis quatuor, membranis destitutis, tribus scilicet anticis, uno postico, omnibus circiter usque ad exortum discretis: cruribus ad calcaneum usque plumosis: & rostro recto; mandibula superiore in apice utrinque emarginata, donatæ.

Omnium hujus Ordinis Avium digitus trium anticorum medius ab exortu ad primum usque articulum cum extimo arcte cohæret.

Aliæ rostrum habent superne convexum: aliæ rostro donantur horizontaliter in basi compresso & fere triangulari. In duas sectiones illas dividimus. Prima continet eas quæ rostrum habent superne convexum, ut *Lanius*, *Turdus*, *Cotinga*: secunda illas quæ rostro donantur horizontaliter in basi compresso & fere triangulari, ut *Muscicapa*.

SECTIO I.

Eæ quæ rostrum habent superne convexum.

In illa sectione tria continentur Avium genera. In aliis

aliis baſis roſtri craſſities latitudinem æquat; inter quas aliæ mandibulam ſuperiorem habent in apice aduncam, ut *Lanius*; aliæ mandibulam ſuperiorem in apice ſubrectam, ut *Turdus*: in alteris baſis roſtri latitudo craſſitiem ſuperat, ut *Cotinga*.

XXI. *Genus Lanii.*

Hujus character eſt

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti:

Crura ad calcaneum usque plumoſa:

Roſtrum rectum, ſuperne convexum, baſis craſſitie latitudinem æquante:

Mandibula ſuperior in apice utrinque emarginata:

Apex mandibulæ ſuperioris aduncus.

** 1. Lanius cinereus.

Lanius ſuperne dilute cinereus, inferne albus; tænia utrinque per oculos nigra; pennis ſcapularibus albis; remigibus, partim albis, partim nigris; 12 rectricibus in exortu & apice albis, in medio nigris; extima in utroque latere, proxime ſequenti in latere exteriore per totam longitudinem albis .... La Pie-griesche grise.

Geſn. Lanius cinereus major. *Willugh. Klein.* Sylvarum Dominus; Spinitorquus. *Rzac.* Lanius major. *Schwenck.* Lanio. *Charlet.* Collurio. *Aldrov.* Collurio major. *Jonſt.* Collyrio. *Moehr.* Ampelis cœruleſcens, &c. Excubitor. *Linn.* Pica mediæ magnitudinis; Lanius medius, ſeu ſecundus. *Friſch. hujus icones accuratæ.* Caſtrica Palombina. *Olina.* Grande Pie-grieſche. *Bel.* Grand Ecorcheur cendré. *Alb.* *Germanice*, Thorn-Kretzer. *Anglice*, Butcher-Bird.

Turdum Iliacum craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 9 pollices & 4 lineas explet. Roſtrum 12½ lineas longum eſt; cauda 4 pollices cum 2 lineis;

neis; digitorum anticorum medius cum ungue 10½ lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus vero laterales longitudine ſuperat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 12 pollicum & 9 linearum; alæ complicatæ paulo ultra quartam longitudinis caudæ partem protenduntur. Nares pennis cooperiuntur nigris, ſupra quas, ſicut & verſus oris angulos, longiuſculi rigent pili concolores, ſetarum inſtar rigidi. Rectrices binæ intermediæ lateralibus ſunt longiores. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. *Inſectis* præcipue victitat. Aviculas quoque inſectatur, easque dilaniat ac devorat.

A. Lanius albus.

La Pie-griesche blanche.

Lanius albus. *Aldrov.* Collurio totus albus. *Jonſt.*

Magnitudine & craſſitie cum præcedenti convenit; ab illo colore diſcrepat. In univerſo enim corpore albus eſt. Roſtrum, unguesque nigricant. Pedes luteſcunt.

2. Lanius cinereus major.

Lanius ſuperne dilute cinereus, inferne albus; tænia utrinque per oculos nigra; pennis ſcapularibus rufeſcentibus; rectricibus in exortu & apice albis, in medio nigris; extima in utroque latere, proxime ſequenti in latere exteriore, per totam longitudinem albis.... La grande Pie-griesche grise.

Lanius major. *Geſn. Rzac.* Lanius cinereus maximus Geſneri. *Willugb.* Lanius. *Jonſt.* Aliud Laniorum genus majus. *Aldrov.* Pica cinerea, ſeu Lanius major. *Friſch. ejus icones accuratæ.* *Germanice*, Werkengel.

Magnitudine & craſſitie *Lanium cinereum vulgarem* antecellit.

Speciem iſtam non novi.

** 3. LANIUS RUFUS.

Lanius ſuperne tricolor, in capite ſcilicet & collo caſtaneus, in dorſo niger, in uropygio cinereus; inferne albus, rufeſcente admixto; tænia utrinque per oculos nigra; pennis ſcapularibus albis; rectricibus 12 prima medietate albis, altera medietate nigris; lateralibus apice albis; extima exterius per totam longitudinem alba. (*Mas*).

Lanius ſuperne rufus, fuſco transverſim ſtriatus, inferne ſordide albo-rufeſcens; pectore & lateribus lineis fuſcis, circumferentiæ pennarum parallelis, notatis; rectricibus obſcure rufis, tænia fuſca verſus apicem, apice rufeſcente; extima tænia fuſca per totam longitudinem exterius donata, margine rufeſcente. (*Fœmina*).... LA PIE-GRIESCHE ROUSSE.

Lanius pectore, gula & ventre niveis, &c. *Klein.* (*Mas.*) Lanius an minor primus Aldrovandi. *Willugb.* (*Mas.*) Lanius minor cineraſcens. *Raj.* (*Mas.*) *Rzac.* Lanius fœmina, ſimilis ſecundo Aldrovandi. *Willugb.* Lanius minor rutilus. *Schwenck.* (*Fœmina.*) *Klein. Rzac.* Lanius Collurio. *Jonſt.* (*Mas.*) Collurionis parvi primum genus. *Aldrov.* Pica minima; Lanius minor ſeu tertius. *Friſch. maris & fœminæ icones ſatis accuratæ.* Ampelis dorſo griſeo. Collurio-ſenator. *Linn.* Ecorcheur à tête rouge. *Alb.* Petit Ecorcheur femelle. *Alb.* *Anglice*, WOOD-CHAT.

Alaudam criſtatam craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 7 pollices & 3 lineas explet. Roſtrum 10 lineas longum eſt; cauda 3 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 9 lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus autem laterales paululum longitudine ſuperat. Extremitates alarum 11 pollicum & 6 linearum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam fere caudam attingunt. Pennæ baſi roſtri incumbentes ex albo rufeſcunt. Supra eas & verſus oris angulos longiuſculi extant pili, antrorſum verſi, &

& ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum nigricat. Pedes, unguesque fuſceſcunt. Hæc eſt *maris* deſcriptio.

Fœmina ab illo colore diſcrepat. Roſtrum, pedes, unguesque griſeo—fuſci. *Inſectis* præcipue victitat. Aviculas quoque inſectatur, & cum eas capit, illas dilaniat ac devorat.

** 4. C O L L U R I O.

Lanius ſuperne cinereus, inferne pallide roſeus; dorſo ſupremo rufo; tænia utrinque per oculos nigra; alarum tectricibus ſuperioribus ac remigibus, fuſcis, oris exterioribus rufeſcentibus; ex 12 rectricibus, lateralibus in exortu albis, apice nigricantibus, apicis margine albo; tribus extimis exterius albo marginatis. . . . L'ECORCHEUR.

Lanius minor primo; capite & collo cinereis; &c. *Klein.* Lanius tertius Aldrovandi. *Willugb. Charlet. Raj.* Lanius minor varius; Spinitorquus minor. *Schwenck. Rzac.* Collurionis parvi tertium genus. *Aldrov.* Merulæ congener alia. *Aldrov. Jonſt. Willugb. Raj.* Lanius. Ampelis dorſo griſeo. *Linn.* Pie-grièche. Pie eſcrayere; Pie ancrouelle. *Bel.* Petit Ecorcheur; *Alb.* *Germanice*, KLEINER BUNDTER WAR-KRENGEL. *Anglice*, BUTCHER-BIRD; ADDER-BIRD.

Præcedentem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 7 pollices & 3 lineas explet. Roſtrum 9 lineas longum eſt; cauda 2 pollices & 11 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 9 lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine adæquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 11 pollicum & 3 linearum; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Supra nares & verſus oris angulos longiuſculi extant pili nigri, antrorſum reflexi, & ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum nigrum. Pedes fuſci; ungues vero nigricantes. Eodem ac præcedentes cibo utitur.

** 5.

** 5. COLLURIO VARIUS.

Lanius ſuperne griſeus, inferne albo rufeſcens, fuſco ſuperne & inferne transverſim ſtriatus; ſcapularibus pennis albo-rufeſcentibus, tænia nigricante circumferentiæ parallela præditis; remigibus 17 rufo, nigricante & albo variis; ex 12 rectricibus, tribus extimis in exortu & apice albo-rufeſcentibus, in reliqua longitudine nigricantibus; extima exterius albo-rufeſcente . . . . L'ECORCHEUR VARIÉ.

Lanius minor lineis albis & nigris ſemicircularibus variegatus. *Raj.* Lanius Arundinum. *Klein. hujus icon ſatis accurata.* Lanius alius. *Jonſt.* Collurio. *Charlet. Willugh.* Collurionis parvi ſecundum genus. *Aldrov.* *Anglice*, LESSER VARIEGATED BUTCHER-BIRD.

Præcedenti nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo 6 pollices & 6 lineas æquat. Roſtrum 8½ lineas longum eſt; cauda 2 pollices & 9 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 9 lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil longitudine excedit. Extremitatum alarum diſtantia eſt 10 pollicum & 9 linearum; alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam extenduntur. Circa baſin roſtri longiuſculi rigent pili nigri, ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum, pedes, unguesque griſeo-fuſci. Eodem ac præcedentes cibo utitur.

An præcedentis fœmina?

†. ** 6. LANIUS CAYENENSIS CINEREUS.

Lanius dilute cinereus; capite rectricibusque 12 nigris; remigibus majoribus ſuperne nigris, ſubtus cinereis. . . . LA PIE-GRIESCHE GRISE DE CAYENNE.

Craſſitie *Merulam* circiter æquat. Ipſius longitudo 8 pollices & 5 lineas explet. Roſtrum 14 lineas longum; cauda 2 pollices cum 11 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 10 lineas; laterales

multo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine adæquat. Extremitates alarum 12 pollicum & 10 linearum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad duas tertias longitudinis caudæ partes usque protenduntur. Circa baſin mandibulæ ſuperioris quidam extant exigui pili nigri, ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum in exortu rubrum, apice nigrum. Pedes cinerei; ungues vero nigricantes. Habitat in *Cayena*.

†. ** 7. Lanius Cayenensis nævius.

Lanius dilute cinereus, lineolis longitudinalibus nigris notatus; capite, rectricibusque nigris; remigibus majoribus ſuperne nigris, ſubtus cinereis.... La Pie-griesche tachetée de Cayenne.

Craſſitie præcedentem æmulatur. Ipſius longitudo 8 pollices & 6 lineas æquat. Roſtrum 13½ lineas longum eſt; cauda 2 pollices & 8 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 10 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus adhuc brevior. Extremitatum alarum diſtantia eſt 12 pollicum & 6 linearum; alæ complicatæ caudam extremam, excepto pollicis intervallo, pertingunt. Circa baſin mandibulæ ſuperioris quidam extant exigui pili nigri, ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum in exortu obſcure rubrum, apice nigrum. Pedes cinerei; ungues vero nigri. Habitat in *Cayena*.

†. ** 8. Lanius Ludovicianus.

Lanius ſuperne cinereus, inferne albus; tænia infra oculos nigra; remigibus majoribus prima medietate albis, altera medietate nigricantibus; rectricibus 12 nigris, lateralibus in exortu & apice albis. . . . La Pie-griesche de la Louisiane.

Lanio cinereo noſtrati nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo 8 pollices & 3 lineas æquat. Roſtrum 10½ lineas longum eſt; cauda 3 pollices cum 9 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 9 lineas: la-

laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil longitudine excedit. Extremitatum alarum diſtantia eſt 12 pollicum; alæ complicatæ ad tertiam longitudinis caudæ partem usque protenduntur. Supra nares & verſus oris angulos pili extant longiusculi, nigri, antrorſum verſi, & ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum, pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Ludovicia*.

†. ** 9. Lanius Madagascariensis minor.

Lanius ſuperne cinereus, inferne albus, pauco rufeſcente admixto; (gutture & collo inferiore nigris; *mas*) inter roſtrum & oculos macula nigra, ſupra quam linea alba; ex 12 rectricibus, binis intermediis in exortu rufis, in reliqua longitudine griſeo-fuſcis; extima extus & in apice griſeo-fuſca, intus rufa, aliis lateralibus rufis, in apice griſeo-fuſcis .... La Petite Pie-griesche de Madagascar.

Craſſitie *Paſſerem campeſtrem* circiter æmulatur. Ipſius longitudo 4 pollices & 11 lineas æquat. Roſtrum 6½ lineas longum eſt; cauda unum pollicem & 9 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 6 lineas; laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum intimum longitudine adæquat. Extremitates alarum 9 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad duas circiter tertias longitudinis caudæ partes usque protenduntur. Supra nares & verſus oris angulos quidam rigent exigui pili nigri, ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum nigrum. Pedes plumbei, ungues vero fuſci.

Fœmina coloribus a *mare* diſcrepat. Superne cineraſcit quidem, ſed minus ſplendide quam *mas*. Tectrices caudæ ſuperiores ſunt rufæ. Guttur, & pars colli inferior, albicant.

Habitant in *Madagaſcarienſi Inſula*.

†. ** 10. Lanius Senegalensis cinereus.

Lanius ſuperne griſeus, inferne cinereo-albus; capite

pite ſuperius nigro; tænia per oculos nigra, ſupra quam altera tænia ſordide alba; alarum tectricibus ſuperioribus rufis; remigibus ex rufo & fuſco variis; ex 12 rectricibus, binis intermediis griſeo-fuſcis, colore obſcuriore transverſim ſtriatis; lateralibus nigris, in apice albis; extimæ margine exteriore albo . . . . LA PIE-GRIESCHE GRISE DU SÉNÉGAL.

Collurionem noſtratem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 8 pollices & 10 lineas explet. Roſtrum 11 lineas longum eſt; cauda 4 pollices; & trium digitorum anticorum medius cum ungue 9½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum intimum longitudine æmulatur. Extremitatum alarum diſtantia eſt 12 pollicum; alæ complicatæ non ultra quartam longitudinis caudæ partem protenduntur. Circa baſin roſtri quidam extant longiuſculi pili nigri, antrorſum verſi, ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque griſeo-fuſci. Habitat in *Senegalenſi regione.*

†. ** 11. LANIUS LUCIONENSIS.

Lanius ſuperne griſeo-rufeſcens, inferne albo-rufeſcens; pectore fuſco diluto transverſim ſtriato; macula pone oculos fuſca; rectricibus 12 griſeo-rufeſcentibus, lateralibus lineola transverſa, fuſca apice notatis & albo-rufeſcente terminatis.... LA PIE-GRIESCHE DE LUÇON.

Ad *Lanii rufi noſtratis* craſſitiem accedit. Ipſius longitudo 7 pollices & 5 lineas æquat. Roſtrum 9½ lineas longum eſt; cauda 3 pollices & lineam unam; digitorum anticorum medius cum ungue 8½ lineas; laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil longitudine excedit. Extremitates alarum 10 pollicum & 10 linearum intervallo diſtant; alæ complicatæ tertiam longitudines caudæ partem attingunt. Circa baſin roſtri longiuſculi quidam extant

tant pili fuſci, antrorſum verſi, & ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum, pedes, unguesque griſeo–fuſci. Habitat in *Lucionenſi Inſula*.

†. ** 12. LANIUS CANADENSIS.

Lanius criſtatus, ſuperne fuſco–rufeſcens, inferne dilute cinereus; criſta & pectore dilute rufis; capitis latere nigro, & ſordide albo punctato; remigibus ac 12 rectricibus nigricantibus, marginibus & apice albis. . . . . LA PIE-GRIESCHE DE CANADA.

Ad *Collurionis* craſſitiem accedit. Ipſius longitudo 6 pollices æquat. Roſtrum 8 lineas longum eſt; cauda 2 pollices cum 6 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 8½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum intimum longitudine adæquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 10 pollicum & 8 linearum; alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Supra nares & circa angulos oris pili quidam extant antrorſum verſi & ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum ſaturate fuſcum. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *Canada*.

13. LANIUS BENGALENSIS RUFUS.

Lanius criſtatus, ſuperne rufeſcens, inferne ſordide aurantius, lineis transverſis nigris varius; macula pone oculos lunulata nigra; remigibus fuſcis, oris exterioribus fuſco dilutiore tinctis; rectricibus 12 ſuperne rufeſcentibus, inferne griſeis. . . . LA PIE-GRIESCHE ROUSSE DE BENGALE.

Lanius criſtatus. *Linn.* Lanius Bengalenſis, Charah dictus. *Klein.* Pie-grièche rouſſe hupée. *Edwards, avec une figure très-exacte.*

Præcedentem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 6 pollices & 6 lineas explet. Roſtrum 7½ lineas longum eſt; cauda 2 pollices cum 8 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 7 lineas: late-

laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales longitudine adæquat. Alæ complicatæ ad unius pollicis diſtantiam ultra caudæ exortum protenduntur. Circa baſin mandibulæ ſuperioris longiuſculi rigent pili nigri, ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum ad baſin carneum, qui color ſenſim fit obſcurior & in apice nigricat. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *Bengalenſi* regno.

14. Lanius Bengalensis fuscus.

Lanius ſuperne fuſcus, inferne albus; imo ventre & tectricibus caudæ inferioribus rubris; vertice nigro; macula pone oculos coccinea; maculis in utroque colli latere arcuatis, nigris; rectricibus 12 dilute fuſcis.... La Pie-griesche brune de Bengale.

Emeria. *Linn.* Rouge-queuë de Bengale. *Alb.* Rouge-queuë des Indes. *Edwards, avec une figure aſſez exacte.*

Merulam ſaxatilem craſſitie nonnihil ſuperat. Circa oris angulos & ſupra nares longi rigent pili nigri, antrorſum verſi & ſetarum inſtar rigidi. Oculorum irides albidæ. Roſtrum ſaturate cinereum. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *Bengalenſi* regno.

Ille quem deſcripſit *Edwardus* plures habet ad colli latera maculas. Lanius, cujus deſcriptionem dedit *Albinus*, uropygio & ſuperioribus caudæ tectricibus rubris eſt conſpicuus.

†. ** 15. Lanius Cayenensis luteus.

Lanius ſuperne fuſcus, inferne ſulphureus; capite nigricante; vertice tænia albicante circumdato; remigibus, ac 12 rectricibus fuſcis, oris exterioribus, interioribusque ruſis.... La Pie-griesche jaune de Cayenne.

Craſſitie *Turdum Iliacum* nonnihil antecellit. Ipſius longitudo 8 pollices & 3 lineas æquat. Roſtrum 15 lineas

lineas longum eſt; cauda 3 pollices cum 2 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 10 lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil longitudine excedit. Extremitates alarum 13 pollicum & 8 linearum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Supra nares & verſus oris angulos quidam extant longiusculi pili nigri, antrorſum verſi & ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum, unguesque nigricant; pedes ſunt griſei. Habitat in *Cayena.*

†. ** 16. LANIUS MADAGASCARIENSIS RUFUS.

Lanius ſuperne rufus, inferne ex albo cineraſcens; capite ex nigro ad viride inclinante; remigibus interius fuſcis, exterius fuſco & rufo mixtis; rectricibus rufis, duabus utrinque extimis fuſco mixtis. . . . LA PIE-GRIESCHE ROUSSE DE MADAGASCAR.

Turdum Iliacum craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 7 pollices & 9 lineas explet. Roſtrum 11 lineas longum eſt; cauda 2 pollices cum 9 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine æmulatur. Extremitatum alarum diſtantia eſt 12 pollicum & 4 linearum; alæ complicatæ ad duas fere tertias longitudinis caudæ partes protenduntur. Supra nares quidam rigent longiusculi pili nigri, antrorſum verſi, ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum, pedes, unguesque plumbei.

Fœmina a *mare* diſcrepat coloribus non ita ſplendentibus. Remiges in latere exteriore ſunt penitus rufæ, absque ulla fuſci mixtura.

Habitant in *Madagascaria.*

†. ** 17. LANIUS MANILLENSIS.

Lanius ſuperne nigricans, inferne albus; collo nigricante; uropygio candido; remigibus, rectrici-

cibusque nigricantibus. . . . La Pie-griesche de Manille.

Præcedenti craſſitie cedit. Ipſius longitudo 7 pollices æquat. Roſtrum 9½ lineas longum eſt; cauda 2 pollices cum 3 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 5½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine æmulatur. Extremitates alarum 14 pollicum & 3 linearum intervallo diſtant; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Circa baſin mandibulæ ſuperioris quidam ſunt exigui pili nigri, ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum ex cinereo albet. Pedes, unguesque nigricant. Habitat circa *Manillam*, *Lucionenſis Inſulæ* Caput.

†. ** 18. Lanius Capitis Bonæ Spei.

Lanius ſuperne nigricans, inferne albus; tectricibus alarum corpori finitimis albis; remigibus nigricantibus, majoribus in exortu albis; rectricibus 12 nigris, binis utrinque extimis exterius & in apice, duabus proxime ſequentibus apice albis . . . . La Pie-griesche du Cap de Bonne Espérance.

Lanio noſtrati cinereo nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo 8 pollices & 3 lineas æquat. Roſtrum 10½ lineas longum eſt; cauda 4 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 9½ lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales longitudine paululum antecellit. Extremitates alarum 13 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Supra nares & circa angulos oris quidam rigent longiuſculi pili nigri, antrorſum verſi, ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum, pedes, unguesque nigricant. Habitat in *Capite Bonæ Spei.*

19. La-

19. Lanius Bengalensis niger.

Lanius niger (*mas*) nigricans (*fœmina*); ventre, tectricibus alarum corpori finitimis & remigibus minoribus albis; cauda ſubtus candida, 12 rectricibus æqualibus ſuperne nigris, conſtante. . . . La Pie-griesche noire de Bengale.

Fringilla nigra. *Klein.* Saularis. *Linn.* Saulary. *Raj.* Petite Pie des Indes. *Edwards, avec une figure exacte.* Pie-grièche de Bengale. *Alb.* *Anglice*, Saulary.

Ad *Turdi Iliaci* craſſitiem accedit. Oculorum irides flavæ. Oris angulos idem tingit color. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque fuſci.

Fœmina colore à *mare* diſcrepat, non enim nigra eſt ſuperne, ſed nigricat aut ſaturate fuſceſcit; & roſtrum ex fuſco ad nigrum inclinat.

Secundum *Edwardum* maris color niger eſt ſplendens, purpureo & cœruleo varians; quædam tantum ex minoribus remigibus albicant. Rectrices laterales ſuperne ſunt candidæ.

Habitant in *Bengalenſi* regno.

†. ** 20. Lanius Senegalensis ruber.

Lanius ſuperne niger, inferne ruber; vertice, cruribusque fulvis; remigibus, rectricibusque nigris . . . . La Pie-griesche rouge du Sénegal.

Præcedenti nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo 8 pollices & 9 lineas æquat. Roſtrum 11 lineas longum eſt; cauda 4 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 11 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum intimum longitudine æmulatur. Extremitates alarum 14 pollicum & 4 linearum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudæ longitudinem attingunt. Supra nares & verſus oris angulos quidam extant pili nigri, antrorſum verſi, ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Senegalenſi* regione.

†. ** 21. Lanius Cayennensis striatus.

Lanius ſuperne niger albo transverſim ſtriatus, inferne albus nigro transverſim varius; remigibus, rectricibusque 12 nigris, maculis transverſis albis utrinque notatis. . . . La Pie-griesche rayée de Cayenne.

Pie-grièche noire & blanche. *Edwards, avec une figure exacte (excepté la hupe, qui eſt de trop).* *Anglice*, Black and White Butcher-Bird.

Craſſitie *Alaudam criſtatam* non multum ſuperat. Ipſius longitudo 6 pollices & 7 lineas æquat. Roſtrum 10½ lineas longum eſt; cauda 2 pollices cum 6 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 8½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil longitudine excedit. Extremitatum alarum diſtantia eſt 10 pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Circa baſin mandibulæ ſuperioris quidam ſunt exigui pili nigri, ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum, pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Cayena.*

22. Lanius Bengalensis cauda bifurca.

Lanius ſuperne ſplendide niger, cœruleo purpureo & viridi colore varians, inferne albus; pectore obſcure cinereo; remigibus majoribus & rectricibus 12 nigro-ferrugineis; rectrice extima ſordide albo maculata; cauda bifurca. . . . La Pie-griesche a queue fourchue de Bengale.

Lanius cœruleſcens. *Linn.* Lanius Bengalenſis, Fingah dictus. *Klein.* Pie des Indes à queuë fourchue. *Edwards, avec une figure exacte.*

Craſſitie *Lanium cinereum noſtratem* circiter æmulatur. Ipſius longitudo 7 pollices & 6 circiter lineas æquat. Roſtrum 8 lineas longum eſt; cauda 3 pollices & lineas 2; digitorum anticorum medius cum ungue 8 lineas: laterales paulo ſunt breviores; &

posticus laterales longitudine æmulatur. Alæ complicatæ ad mediam circiter caudam usque protenduntur. Circa basin mandibulæ superioris longiusculi rigent pili nigri, antrorsum versi, setarum instar rigidi. Rostrum obscure fuscum aut nigricans, dilutius tamen circa basin, & in apice saturatius. Pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Bengalensi* regno.

†. ** 23. Collurio Madagascariensis.

Lanius superne niger, oris pennarum nigro-viridescentibus, inferne albus; capite albo; occipitio nigro-viridescente; rectricibus 12 prima medietate cinereis, altera medietate nigris, apice albis. .... L'Ecorcheur de Madagascar.

Crassitie *Merulam* circiter æquat. Ipsius longitudo 10 pollices explet. Rostrum 15½ lineas longum est; cauda 3 pollices cum 10 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 11 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus anticorum medium longitudine fere adæquat. Extremitates alarum 14 pollicum & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Supra nares & versus oris angulos longiusculi rigent pili nigri, antrorsum versi, setarum instar rigidi. Rostrum nigrum, maxime aduncum, & ad dilaniandum optime comparatum: mandibulæ inferioris apex aduncus est, sicut & apex mandibulæ superioris; quod quidem huic speciei peculiare. Pedes plumbeo colore tinguntur; ungues vero nigricant. Habitat in *Madagascaria*.

†. ** 24. Lanius Madagascariensis major viridis.

Lanius superne nigro-viridescens, inferne candidus; capite albo; remigibus nigris, oris exterioribus nigro-viridescentibus; rectricibus 12 superne nigro-viridescentibus, subtus nigris. . . . La grande Pie-griesche verte de Madagascar.

Præcedentem craſſitie circiter æquat, aut paululum antecellit. Ipſius longitudo 8 pollices explet. Roſtrum 11½ lineas longum eſt; cauda 3 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 8 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine æmulatur. Extremitates alarum 15 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ paulo ultra duas tertias longitudinis caudæ partes protenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque plumbei. Habitat in *Madagaſcaria.*

†. ** 25. Lanius Madagascariensis minor viridis.

Lanius ſuperne obſcure viridis, inferne albus; remigibus & ex 12 rectricibus, lateralibus, nigricantibus, oris exterioribus obſcure viridibus.... La petite Pie-griesche verte de Madagascar.

Craſſitie *Paſſerem domeſticum* æmulatur. Ipſius longitudo 5 pollices & 8 lineas æquat. Roſtrum 8½ lineas longum eſt; cauda unum pollicem & 11 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 6½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil longitudine excedit. Extremitatum alarum diſtantia eſt 11 pollicum & 10 linearum; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Circa baſin mandibulæ ſuperioris quidam extant pili nigri, exiles, ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum ſaturate plumbeum, in apice tamen albidum. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *Madagaſcaria.*

†. ** 26. Lanius Madagascariensis coeruleus.

Lanius ſuperne ſplendide cœruleus, inferne niveus, excepto calcaneo pennis cœruleis circumdato; (*mas*) cinereo-albus (*fœmina*); baſi roſtri nigro circumdata; remigibus nigris, in latere exteriore pro parte cœruleis, ex 12 rectricibus, binis intermediis ſuperne cœruleis, apice nigris.... La Pie-griesche bleue de Madagascar.

Craſ-

Craſſitie præcedentem æmulatur. Ipſius longitudo 6 pollices & 6 lineas æquat. Roſtrum 8½ lineas longum; cauda 2 pollices & 6 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 6½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil longitudine excedit. Extremitates alarum 11 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ duas tertias longitudinis caudæ partes non attingunt. Baſin roſtri ambiunt pennæ nigræ, holoſerici villoſi inſtar ſplendentes. Supra nares & verſus oris angulos longiusculi extant pili nigri, antrorſum verſi, ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum ſplendide cœruleum. Pedes, unguesque nigri.

Fœmina à *mare* differt coloribus multo minus ſplendentibus. Præterea in univerſo corpore inferiore, ex cinereo albet.

Habitant in *Madagaſcaria.*

XXII. *Genus Turdinum.*

Hujus character eſt

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti:

Crura ad calcaneum usque plumoſa:

Roſtrum rectum, ſuperne convexum; baſis craſſitie latitudinem æquante:

Mandibula ſuperior apice utrinque emarginata:

Apex mandibulæ ſuperioris ſubrectus.

** 1. TURDUS MAJOR.

Turdus ſuperne griſeo-fuſcus, inferne albo-flavicans, maculis nigricantibus varius; remigibus & ex 12 rectricibus, lateralibus, ſuperne griſeo-fuſcis, oris albidis, inferne cinereis; rectricibus tribus extimis albo terminatis. . . . LA GROSSE GRIVE.

Turdus cinereus, nigris punctis, roſtro pallido. *Barr.* Turdus viſcivorus. *Geſn. bujus icon ſatis accurata. Aldrov.*

drov. Jonst. Charlet. Bell. Sibbald. Linn. Turdus viscivorus major. *Willugb. Raj.* Turdus viscivorus maximus. *Klein. Frisch. maris & fœminæ icones accuratæ.* Turdus maximus. *Schwenck. Rzac.* Tordo. *Olina. hujus icon accurata.* Grive. *Alb.* Grande Grive. Calandre. Grive. Siserre. *Bel.* *Germanice*, DROSSEL. *Belgice*, LYSTER. *Anglice*, MISSLE-BIRD.

Hæc est *Turdorum nostratium* species maxima. Ipsius longitudo 11 pollices æquat. Rostrum 13 lineas longum est; cauda 4 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 14 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus anticorum extimum longitudine adæquat. Extremitates alarum 16 pollicum & 6 linearum intervallo distant; alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam protenduntur. Oculorum irides avellaneæ. Os intus flavescit. Supra nares & circa oris angulos quidam extant exigui pili fusci, antrorsum versi & setarum instar rigidi. Rostrum in exortu griseo-fuscum, in apice nigricans. Pedes flavicantes; ungues vero nigri. *Baccis* & *Insectis* victitat. Altissimarum arborum summitatibus insidens, verno tempore egregie sibilat. Non gregatim, sed cum pari sua seu fœmina, tantum volat.

A. TURDUS CANDIDUS.

LA GRIVE BLANCHE.

Turdus albus. *Gesn. Klein. Frisch. ejus icones accuratæ. Germanice*, WEISSE-DROSSEL.

A præcedente differt colore dilutiore multo, aut fere candido. Pectus habet similiter variegatum maculis, sed multo dilutioribus.

** 2. TURDUS MINOR.

Turdus superne griseo-fuscus, inferne albo-rufescens, maculis nigricantibus varius; remigibus interius versus exortum rufescentibus; rectricibus 12 superne griseo-fuscis, nonnihil ad rufum vergentibus, inferne cinereis, lateralibus nonnihil longioribus. . . . LA PETITE GRIVE.

Tur-

Turdus Iliacus. *Linn.* Turdus colore cinereo, maculato, roſtro flaveſcente. *Barr.* Turdus minor alter. *Geſn. Raj.* Turdus ſimpliciter dictus. *Aldrov. Jonſt. Willugb. Sibbald.* Turdus muſicus. *Schwenck. Friſch. ejus icones accuratæ. Rzac.* Turdus minimus noſtras. *Klein.* Tordo Mezzano. *Olina.* Petite Grive. Mauvis ou Grive ordinaire. *Alb. Bel. Germanice*, DROSSEL. *Anglice*, THROSTLE.

Præcedenti multum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 8 pollices & 8 lineas æquat. Roſtrum 11 lineas longum eſt; cauda 3 pollices cum linea una; digitorum anticorum medius cum ungue 11 lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales longitudine nonnihil antecellit. Extremitates alarum 13 pollicum & 6 linearum intervallo diſtant; alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam protenduntur. Oculorum irides avellaneæ. Os intus flaveſcit. Supra nares & circa oris angulos quidam extant exigui pili fuſci, antrorſum verſi, ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum fuſcum, excepto mandibulæ inferioris exortu candicante. Pedes, unguesque griſeo-fuſci. *Inſectis* potius quam *Baccis* victitat. Vere egregie cantat, & in ſepibus potius quam in excelſis arboribus nidificat. Ut præcedens, ſolitarius eſt, nec gregatim volat.

A. TURDUS MINOR LEUCOCEPHALUS.

LA PETITE GRIVE A TESTE BLANCHE.

Turdus albo capite. *Barr.* Turdus leucocephalus. *Aldrov. Jonſt.*

Præcedenti omnino ſimilis eſt, niſi quod vertex capitis penitus ſit candidus.

B. TURDUS MINOR CRISTATUS.

LA PETITE GRIVE HUPÉE.

Turdus muſicus criſtatus. *Schwenck.* *Germanice*, KOBEL DROSSEL.

Cum *Turdo minori* colore & magnitudine convenit; ab illo tantum diſcrepat criſta, quam in vertice gerit, albida, & circulo albo, collum ſupinum cingente.

†. ** 3. TURDUS ILIACUS.

Turdus ſuperne griſeo-fuſcus, inferne albidus, maculis griſeo-fuſcis varius; tænia ſupra oculos albo-flavicante; lateribus & tectricibus alarum inferioribus rufis; rectricibus 12 ſuperne griſeo-fuſcis, inferne cinereis. . , . LE MAUVIS.

Turdus muſicus. *Linn.* Turdus cinereus, roſtro nigro, alis ſubtus rubris. *Barr.* Turdus minor. *Schwenck.* Turdus minor, quem Illadem, aut Tyladem cognominant. *Geſn. Rzac. Jonſt. Aldrov.* Turdus Iliacus. *Bell. Klein. Willugb. Raj. Sibbald.* Turdus minimus. *Friſch. hujus icones accuratæ.* Illas, nonnullis Tylas. *Charlet.* Tordo Saſſello. *Olina.* Mauvis; Grivette; Traſle; Touret. *Bel.* Grive de vigne. *Kolbe.* Grive rouge-aîle. *Alb.* *Germanice*, WYN-TROSTEL. *Anglice*, WIND-THRUSH.

Craſſitie a præcedente nonnihil ſuperatur. Ipſius longitudo 7 pollices & 11 lineas æquat. Roſtrum 11 lineas longum eſt; cauda 3 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 12 lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales longitudine nonnihil antecellit. Extremitatum alarum diſtantia eſt 12 pollicum & 8 linearum; alæ complicatæ duas tertias longitudinis caudæ partes attingunt. Circa oris angulos quidam ſunt exigui pili nigri, antrorſum verſi & ſetarum inſtar rigidi. Oculorum irides ſaturate avellaneæ. Os intus flaveſcit. Roſtrum nigricat, excepta baſi mandibulæ inferioris albida. Pedes ſunt dilute griſei; ungues vero fuſci. Autumno gregatim ad nos advolant. Uvis libenter paſcuntur, & vineis multum damni inferunt. *Inſectis* quoque victitant.

** 4.

** 4. TURDUS ILIACUS CAROLINENSIS.

Turdus ſuperne fuſco–rufeſcens, inferne rufeſcens, maculis fuſco–rufeſcentibus varius; ventre ſordide albo; remigibus interius verſus exortum albo rufeſcentibus; rectricibus 12 ſuperne fuſco–rufeſcentibus, inferne cinereis. . . . LE MAUVIS DE LA CAROLINE.

Turdus minimus. *Klein.* Tamatia. *Piſon. Marcgr. Jonſt. Willugb. Raj.* Petite Grive. *Catesb. avec une figure exacte. Edwards, avec une figure exacte. Anglice*, LITTLE THRUSH.

Alaudam craſſitie non ſuperat. Ipſius longitudo 6 pollices & 8 lineas æquat. Roſtrum 9 lineas longum eſt; cauda 2 pollices cum 9 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine æmulatur. Extremitates alarum 9 pollicum & 6 linearum intervallo diſtant; alæ complicatæ duas fere tertias longitudinis caudæ partes attingunt. Supra nares & circa oris angulos exigui pili fuſci, antrorſum verſi & ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum, pedes, unguesque griſeo–fuſci. *Baccis* victitat. Habitat in *Carolina* & *Canada.*

** 5. TURDUS PILARIS SIVE TURDELA.

Turdus ſuperne fuſco–rufeſcens, inferne rufeſcens, maculis nigricantibus varius; capite, collo ſuperiore & uropygio cinereis; ventre albo; remigibus & ex 12 rectricibus, lateralibus, ſuperne fuſcis, oris exterioribus griſeo–fuſcis, inferne cinereis. . . . LA LITORNE OU TOURDELLE.

Turdus cinereus, roſtro ad baſim piloſo. *Barr.* Turdus ſimpliciter. *Klein.* Turdus ſimpliciter dictus, mediæ magnitudinis. *Geſn.* Turdus Pilaris. *Aldrov. Bell. Willugb. Raj. Sibbald. Linn. Rzac.* Turdus medius. *Schwenck.* Turdus medius pedibus nigris. *Friſch. ejus icones accuratæ.* Trichas. *Jonſt. Charlet.* Li-

torne. *Bel.* Tourdelle. *Alb.* *Germanice*, KRAMET-VOGEL. *Anglice*, FIELDFARE.

Ad *Turdi majoris* craſſitiem accedit. Ipſius longitudo 10 pollices æquat. Roſtrum unum pollicem longum eſt; cauda 3 pollices cum 9 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 12½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil longitudine ſuperat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 15 pollicum & 6 linearum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. In quibusdam hujus ſpeciei individuis ſummum caput maculis nigricantibus variegatur. Circa oris angulos quidam extant pili nigri antrorſum verſi, ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum flavicat, apice tamen nigricat. Pedes, unguesque fuſci.

Fœmina a *mare* diſcrepat roſtro obſcuriore multo & minus flavicante. *Turdi Pilares* autumno tempore gregatim ad nos advolant, & *Baccis* delectantur.

** A. TURDUS PILARIS LEUCOCEPHALUS

LA LITORNE A TESTE BLANCHE.

A præcedente non diſcrepat, niſi capite & collo ſuperiore candidis.

B. TURDUS PILARIS NÆVIUS.

LA LITORNE TACHETÉE.

Turdus Pilaris maculis lunatis variegatus. *Klein.* Tourdelle Pie ou Grièche. *Alb.* *Anglice*, PIED-FIELDFARE.

Magnitudine *Turdum Pilarem* æmulatur. Caput habet candidum, maculis nigris varium; collum quoque album, majusculis maculis plumbeis variegatum; collum inferius magna macula rufeſcente; minutis aliis maculis nigris variegata, notatum. Dorſum ſaturate fuſceſcit. Uropygium & caudam ſuperne cooperiunt pennæ cinereæ. Pectus eſt rufeſ-

fefcens; maculis transverfis, nigris variegatum. Inferne candidus maculis lunulatis, nigris varius. Alarum tectrices fuperiores & remiges faturate fuscefcunt, & marginibus donantur albis. Rectricibus 12 nigris cauda conflatur. Roftrum flavicat. Pedes funt obfcure fufci; ungues vero nigri.

** 6. TURDUS ARUNDINACEUS.

Turdus fuperne fufco–rufefcens, inferne fordide albus; remigibus fuperne fufcis, oris exterioribus fufco–rufefcentibus, inferne grifeis; rectricibus 12 fufco–rufefcentibus. . . . LA ROUSSEROLLE OU ROUCHEROLLE.

Turdus arundinaceus. *Linn.* Turdus muficus paluftris, Dumetorum, Arundinum. *Klein.* Junco. *Aldrov. Gefn. Jonft.* Junco Aldrovandi, Cinclus Turneri. *Willugb. Raj.* Paffer aquaticus. *Euf. Nieremb.* Acototloquichitl, feu Paffer aquaticus *Jonft.* Caracura. *Joan. de Laët.* Halcedo vocalis, feu minor. *Bell.* Roufferolle ou Halcyon vocal. *Bel. Charlet. Anglice*, GREATER REED-SPARROW.

Craffitie *Alaudam* non multum antecellit. Ipfius longitudo 7 pollices æquat. Roftrum 10 lineas longum; cauda 2 pollices cum 4 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 9 lineas: laterales paulo funt breviores; & pofticus anticorum extimum longitudine æmulatur. Extremitatum alarum diftantia eft 10 pollicum & 8 linearum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Mandibula fuperior fufca, inferior albida. Pedes, unguesque grifei. Habitat in locis paludofis & inter arundines, quas fcandit, *Picorum* more arborum ramos fcandentium. Perpetuo cantat.

†. ** 7. TURDUS SINENSIS.

Turdus fuperne fufco–rufefcens, inferne dilute rufus; capite & collo fufco longitudinaliter ftriatis; lineola fupra oculos candida; rectricibus 12 fufcis, fufco

fuſco ſaturatiore transverſim ſtriatis. . . . LA GRIVE DE LA CHINE.

Turdo Iliaco paululum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 8 pollices & 9 lineas æquat. Roſtrum unum pollicem longum eſt; cauda 3 pollices & 6 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 12 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus cum anticorum extimo longitudine convenit. Extremitates alarum 11 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ultra tertiam longitudinis caudæ partem non multum extenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque flavicant. Hæc eſt fœminæ deſcriptio: marem non novi. Habitat in *Sinenſi* regione.

8. TURDUS CAROLINENSIS.

Turdus ſuperne rufus, inferne ſordide albus, maculis fuſcis varius; lineola duplici in alis ſordide alba; remigibus interius obſcure fuſcis; rectricibus rufis. . . . LA GRIVE DE LA CAROLINE.

Turdus rufus. *Klein.* Grive rouſſe. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice*, FOX COLOURED THRUSH.

Craſſitie *Turdelam* circiter æquat. Ipſius longitudo 11 circiter pollices explet. Roſtrum 14 lineas longum eſt; cauda 4 pollices cum linea una; digitorum anticorum medius cum ungue 14 lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine æmulatur. Alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Oculorum irides luteæ. Roſtrum nigricans. Pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Carolina* & *Virginia*.

** 9. TURDUS CANADENSIS.

Turdus ſuperne fuſcus, ad olivaceum vergens, inferne rufus, apicibus pennarum albidis; capite ſuperius & lateraliter nigricante, utrinque macula alba punctato; gutture albo, maculis longitudinalibus, fuſcis vario; rectricibus 12 nigricantibus,

bus, oris exterioribus fuſcis, ad olivaceum inclinantibus; rectrice extima apice interius alba. . . . LA GRIVE DE CANADA.

Turdus muſicus Carolinenſis. *Klein.* Grive brune de paſſage. *Catesb. avec une figure aſſez exacte.* *Anglice*, FIELDFARE OF CAROLINA.

Turdum majorem noſtratem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 9 pollices & 4 lineas explet. Roſtrum 12 lineas longum eſt; cauda 3 pollices & 10 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 12½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales longitudine æmulatur. Extremitates alarum 14 pollicum & 8 linearum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Oculorum ambitus albus. Roſtrum fuſcum, attamen in baſi flavicans. Pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Virginia*, *Carolina*, *Marilandia* & *Canada*.

** 10. MERULA.

Turdus in toto corpore niger; roſtro flavo; remigibus 18, ac rectricibus 12. (*Mas*).
Turdus fuſcus; pectore fuſco–rufeſcente; gutture griſeo, fuſco & rufeſcente vario. (*Fœmina*). . . . LE MERLE.

Turdus ater, roſtro & pupillis flavis. *Barr.* Turdus niger. *Klein.* Turdus, aut Merula. *Friſch. hujus icones accuratæ.* Merula. *Geſn. Aldrov. Jonſt. Charlet. Rzac. Linn.* Merula nigra. *Schwenck.* Merula vulgaris. *Willugb. Raj. Sibbald.* Merla. *Olina.* Merle. *Alb.* Merle noir. *Bel.* *Germanice*, AMSEL. *Anglice*, BLACK-BIRD.

Turdum majorem craſſitie circiter æmulatur. Ipſius longitudo 10 pollices & 3 lineas æquat. Roſtrum 13 lineas longum eſt; cauda 4 pollices cum linea una; digitorum anticorum medius cum ungue 13 lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine adæquat. Extremitatum

tatum alarum distantia est 14 pollicum; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Oris habet angulos, sicut & rostrum ac palatum, flavos. Pedes, unguesque sunt nigri.

Fœmina a *mare* colore discrepat. Rostrum nigricans. Oris anguli, sicut & palatum, lutei. Pedes, unguesque fusci. Quatuor aut quinque ova una vice ponit. Mas egregie sibilat.

A. Merula leucocephalos.

Le Merle a teste blanche.

Aldrov. Jonst. Charlet. *Anglice*, White-headed Ousle.

Magnitudiue præcedentem æmulatur. Caput habet, præter tres maculas oblongas, nigras, quæ pone oculos conspiciuntur, prorsus candidum. Totum corpus aterrimo colore tinctum, sicut & cauda. Alæ albo maculantur; aliquot etiam ex pennis remigibus prorsus candidæ sunt. Oculorum irides luteæ. Rostrum, pedesque concolores.

** B. Merula varia.

Le Merle varié.

Schwenck. Merula alba & nigra. *Aldrov. Jonst. Willugb.* Turdus niger. *Klein.* Merle-Pie. *Alb. Germanice*, Weisgescheckte-Amsel. *Anglice*, Pied Black-Bird.

A *Merula vulgari* differt colore in toto corpore ex albo & nigro variegato: nigredo vero in *fœmina* longe minus quam in *mare* intenditur. Quædam sunt in universo corpore nigræ, præter alarum remiges majores & rectrices, quæ nivei sunt candoris. Aliæ caput habent, collum & pectus alba, nigris maculis variegata; in reliquo corpore nigræ sunt, exceptis 4 in utraque ala maculis candidis, tectrices variegantibus.

** C.

** C. MERULA CANDIDA.

LE MERLE BLANC.

Aldrov. Schwenck. Charlet. Jonst. Merula colore albo. *Willugh.* Merle blanc. *Bel.* *Germanice*, WEISSE-AMSEL.

A præcedentibus difcrepat colore in toto corpore albo. Quibusdam roftrum rutilum eft; pedes vero lutefcunt.

†. ** 11. MERULA MONTANA.

Turdus fufco—nigricans, marginibus pennarum grifeis; tænia fupra pectus transverfa, ad rufum vergente; rectricibus nigricantibus. . . . LE MERLE DE MONTAGNE.

Faun. Suec. Linn. Turdus fubcaftaneus montanus. *Barr.* Merula montana. *Linn. Aldrov. Jonst. Charlet. Willugh.* Merula faxatilis. *Raj.* Merula Alpina. *Schwenck. Rzac.* Merula tertii generis. *Gesn.* Merulæ congener. *Aldrov.* *Germanice*, BIRCK-AMSEL. *Anglice*, ROCK-OUZEL.

Craffitie *Merulam vulgarem* æmulatur. Ipfius longitudo 10 pollices æquat. Roftrum unum pollicem longum eft; cauda 3 pollices & 9 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 13 lineas: laterales paulo breviores; & pofticus anticorum intimum longitudine adæquat. Extremitatum alarum diftantia eft 14 pollicum & 6 linearum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Propter tæniam in collo inferiore torquem quodammodo efficientem, fpecies ifta eadem ac *Merula torquata* quibusdam vifa fuit. Roftrum nigricans. Pedes, unguesque fufci. Habitat in montibus.

** 12. MERULA TORQUATA.

Turdus fufco—nigricans, marginibus pennarum in corpore fuperiore grifeis, in inferiore albidis; tænia fupra pectus transverfa, alba, torquem efficiente;

ciente; rectricibus 12 nigricantibus, oris extimæ griseis. . . . LE MERLE A COLLIER.

Turdus torquatus. *Barr. Klein. Linn.* Merula torquata. *Gesn. Aldrov. Bell. Schwenck. Jonst. Willugb. Raj. Sibbald. Frisch. ejus icones accuratæ. Rzac.* Merula fusca Eberi. *Klein.* Merle à collier. *Alb. Bel. Germanice*, RING-AMSEL. *Anglice*, RING-AMZEL.

Præcedentem crassitie nonnihil antecellit. Ipsius longitudo 11 pollices æquat. Rostrum 13 lineas longum est; cauda 4 pollices cum 4 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 14 lineas: laterales multo sunt breviores; posticus anticorum extimum longitudine æmulatur: intimus autem omnium brevissimus. Extremitates alarum 16 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Oculorum irides obscure avellaneæ. Rostrum fusco–nigricans, basi mandibulæ inferioris albida. Oris anguli, sicut & palatum, lutei. Pedes, unguesque fusci.

Fœmina a *mare* differt torque albo multo minus apparente.

In *Alpibus*, & in montibus *Angliæ* septentrionalibus, habitat.

** 13. MERULA SAXATILIS.

Turdus e nigricante, fusco & rufescente varius; capite & collo saturate cinereis, rufescente maculatis; ex 12 rectricibus, lateralibus rufis, exterius versus apicem nigricante mixtis; rectrice extima exterius nigricante. . . . LE MERLE DE ROCHE.

Turdus, sive Merula saxatilis. *Klein. Charlet. Willugb. Raj.* Turdus infaustus. *Linn.* Rubecula saxatilis. *Gesn.* Codirosso maggiore. *Olina.* Grande Rouge-queuë. *Alb.* *Germanice*, STEIN-ROETELE. *Anglice*, GREATER RED START.

Merulæ nonnihil crassitie cedit. Ipsius longitudo

7 pol-

7 pollices & 9 lineas æquat. Roſtrum 14 lineas longum eſt; cauda 2 pollices & 9 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 13 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine æmulatur. Extremitates alarum 12 pollicum & 6 linearum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad duas fere tertias longitudinis caudæ partes protenduntur. Oris anguli, ſicut & palatum, lutei ſunt. Roſtrum, unguesque nigricantes; pedes vero plumbeo colore tincti. Habitat & nidificat in montibus.

** 14. MERULA SAXATILIS MINOR.

Turdus ſuperne e nigricante, cinereo-cœruleſcente, rufeſcente & albo varius, inferne rufus, fuſco & albicante maculatus; capite & collo cinereo-cœruleſcentibus, e fuſco & rufeſcente maculatis; ex 12 rectricibus, lateralibus rufis, oris exterioribus verſus pennæ apicem fuſcis. . . . LE PETIT MERLE DE ROCHE.

Turdus ruber, cyaneo capite. *Friſch. bujus icon non ſatis accurata. Klein.* *Germanice*, BLAU-KOPFIGE ROTHE AMSEL.

Craſſitie *Sturnum* non antecellit. Ipſius longitudo 7 pollices & 3 lineas æquat. Roſtrum unum pollicem longum eſt; cauda 2 pollices cum 4 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 12 lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales longitudine paululum excedit. Extremitatum alarum diſtantia eſt 13 pollicum & 6 linearum; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Roſtrum, pedes, unguesque nigricant. Habitat in montibus.

15. MERULA AMERICANA TORQUATA.

Turdus ſuperne fuſco, rufeſcente & nigricante varius, inferne luteus; tænia longitudinali ſordide alba in vertice; lateribus capitis dilute griſeis, macula lutea notatis; tænia pone oculos longitu-

dinali nigra; macula in pectore nigra, ferri equini æmula; rectricibus 12 fuscis, oris exterioribus maculis rufescentibus notatis. . . . LE MERLE A COLLIER D'AMÉRIQUE.

Alauda magna. *Klein. Linn.* Grande Alouette. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice*, LARGE LARK.

Crassitie *Merulam nostratem* nonnihil superat. Ipsius longitudo 11 pollices æquat. Rostrum 15 lineas longum; digitorum anticorum medius cum ungue 15 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus anticorum extimum longitudine æmulatur. Alæ complicatæ ad mediam circiter caudam protenduntur. Rostrum nigricat. Pedes, unguesque fuscescunt. Caudam celerrime motitat hæc Avis. Summitatibus minorum arborum aut sepium insidet. Vere egregie cantat. Solis fere seminibus plantarum vescitur. Habitat in *America* septentrionali.

16. MERULA AMBOINENSIS.

Turdus superne fusco-rubescens, inferne dilute flavus; remigibus fusco-rubescentibus, minoribus prima medietate dilute flavis; rectricibus superne fusco-rubescentibus, inferne aureis; rectricibus 12 inferne aureis. . . . LE MERLE D'AMBOINE.

Avicula Amboinensis canora. *Seb. hujus icon accurata.*

Alaudam cristatam crassitie non multum superat. Quando venerem petit, caudam supra dorsum erigit. Egregie cantat. Habitat in *Amboinensi Insula.*

†. ** 17. MERULA CANADENSIS.

Turdus nigricans, apicibus pennarum rufescentibus; remigibus, rectricibusque 12 penitus nigricantibus. . . . LE MERLE DE CANADA.

Ad *Turdi Iliaci* crassitiem accedit. Ipsius longitudo 8 pollices æquat. Rostrum 10 lineas longum est; cauda 3 pollices; digitorum anticorum medius cum

cum ungue 4 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales longitudine nonnihil antecellit. Extremitatum alarum diſtantia eſt 12 pollicum & 6 linearum; alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Canada*.

†. ** 18. MERULA MADAGASCARIENSIS AUREA.

Turdus ſplendide niger, marginibus pennarum citrinis; alarum tectricibus ſuperioribus luteis, nigro terminatis; gutture, remigibus, rectricibusque penitus nigris. . . . LE MERLE DORÉ DE MADAGASCAR.

Craſſitie *Alaudam* circiter æmulatur. Ipſius longitudo 5 pollices & 9 lineas æquat. Roſtrum 10 lineas longum eſt; cauda 16 lineas; digitorum anticorum medius cum ungue 10 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine adæquat. Extremitates alarum 9 pollicum & 6 linearum intervallo diſtant; alæ complicatæ duas fere tertias longitudinis caudæ partes attingunt. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Madagascaria*.

†. ** 19. MERULA INDICA.

Turdus ſuperne niger, inferne albus; uropygio cinereo; tænia per oculos nigra; remigibus nigricantibus, interius in exortu albis, oris exterioribus minorum albis; rectricibus nigris, tribus utrinque extimis apice albis. . . . LE MERLE DES INDES.

Craſſitie *Alaudam* non multum antecellit. Ipſius longitudo 6 pollices & 6 lineas æquat. Roſtrum 8½ lineas longum; cauda 2 pollices cum 7 lineis; digitorum anticorum medius cum ungue 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine æmulatur. Extremitates ala-

rum 10 pollicum & 6 linearum intervallo diſtant; alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam protenduntur. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *India Orientali.*

** 20. MERULA ROSEA.

Turdus criſtatus, roſeus; capite, criſta, collo & cruribus nigro-violaceis; remigibus majoribus fuſcis, apicibus nigro—violaceis; rectricibus 12 ex nigro ad violaceum & viride vergentibus, lateralibus interius nigricantibus.... LE MERLE COULEUR DE ROSE.

Turdus roſeus, &c. *Klein. Linn.* Merula roſea, ſeu Sturnus marinus. *Aldrov.* Merula roſea. *Willugb. Raj. Jonſt. Charlet.* Avis incognita. *Brückm.* Merle de couleur de roſe ou d'incarnat. *Edwards, avec une figure très-exacte.*

Sturnum craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 7 pollices & 9 lineas explet. Roſtrum 13 lineas longum eſt; cauda 3 pollices; digitorum anticorum medius cum ungue 14½ lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales longitudine æmulatur. Extremitatum alarum diſtantia eſt 13 pollicum & 6 linearum; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Mandibula ſuperior coloris carnei, excepta baſi ad latera nigra; inferior mandibula ab exortu ad mediam circiter longitudinem nigra, ad apicem carneo colore tincta. Pedes ſunt ſordide aurantii; ungues vero nigricantes.

Fœmina a *mare* diſcrepat coloribus non ita ſplendentibus.

21. MERULA SINENSIS CRISTATA.

Turdus criſtatus, nigricans, ad cœruleum obſcurum vergens; remigibus majoribus prima medietate albis; ex 12 rectricibus, lateralibus apice albis.... LE MERLE HUPÉ DE LA CHINE.

Gracula criſtatella. *Linn.* Sturnus crinibus cinereis, &c. *Klein.*

Klein. Merle ou Etourneau de la Chine. *Edwards*, *avec une figure très-exacte.* *Anglice*, MARTIN.

Craſſitie *Merulam noſtratem* paululum antecellit. Ipſius longitudo 8½ pollices circiter æquat. Roſtrum 11 lineas longum eſt; cauda 2½ pollices; digitorum anticorum medius 11 lineas: laterales paulo breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine æmulatur. Alæ mediam circiter caudam attingunt. Oculorum irides eleganter aurantiæ. Roſtrum flavum, baſi mandibulæ inferioris aurantia. Pedes obſcure flavi. Habitat in *Sinenſi* regione.

†. ** 22. MERULA SINENSIS CRISTATA MINOR.

Turdus criſtatus, ſuperne fuſcus, inferne ſordide albus; lineola nigra ſecundum maxillam inferiorem ducta; macula infra oculos ſplendide rubra; tectricibus caudæ inferioribus roſeis; 12 rectricibus fuſco–nigricantibus, quatuor utrinque extimis apice albis. . . . LE PETIT MERLE HUPÉ DE LA CHINE.

Alaudam craſſitie circiter æmulatur. Ipſius longitudo 7½ pollices æquat. Roſtrum 8 lineas longum; cauda 3½ pollices; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine adæquat. Extremitates alarum 10⅓ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Roſtrum nigricans. Pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Sinenſi* regione.

†. ** 23. MERULA CRISTATA CAPITIS BONÆ *S*PEI.

Turdus criſtatus, ſuperne fuſcus, marginibus pennarum griſeis; capite & criſta nigro–violaceis; ventre imo ſordide albo; tectricibus caudæ inferioribus rubris, ſuperioribus ſordide albis; rectricibus in exortu fuſcis, dein nigricante–violaceis, albo terminatis. . . . LE MERLE HUPÉ DU CAP DE BONNE ESPÉRANCE.

Craffitie *Alaudam criftatam* non multum antecellit. Ipfius longitudo $8\frac{1}{4}$ pollices æquat. Roftrum $11\frac{1}{2}$ lineas longum eft; cauda 3 pollices cum 7 lineis; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo breviores; & pofticus laterales nonnihil longitudine excedit. Extremitatum alarum diftantia eft 11 pollicum & 6 linearum; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Circa oris angulos quidam funt pili nigri, antrorfum verfi, fetarum inftar rigidi. Roftrum, pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Capite Bonæ Spei.*

†. ** 24. Merula fusca Capitis Bonæ Spei.

Turdus faturate fufcus; ventre fufco—flavicante; tectricibus caudæ inferioribus luteis; rectricibus 12. . . . . Le Merle brun du Cap de Bonne Espérance.

Alaudam craffitie non fuperat. Ipfius longitudo $7\frac{1}{4}$ pollices. Roftrum 9 lineas longum; cauda $2\frac{4}{6}$ pollices; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo funt breviores; & pofticus anticorum extimum longitudine æmulatur. Extremitates alarum $10\frac{1}{2}$ pollicum intervallo diftant; alæ complicatæ ad unius circiter pollicis diftantiam ultra caudæ exortum protenduntur. Roftrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Capite Bonæ Spei.*

25. Merula Bengalensis.

Turdus fuperne dilute fufcus, inferne grifeus; remigibus dilute fufcis, oris exterioribus albis; rectricibus 12 obfcure fufcis. . . . Le Merle de Bengale.

Canorus. *Linn.* Turdus Bengalenfis. *Klein.* Baniahbou de Bengale. *Alb.* Grive brune des Indes. *Edwards, avec une figure exacte.*

Magnitudine *Turdum* paululum antecellit. Oculorum pupilla nigra; ipforum irides, roftrum & pedes

des luteo tinguntur. Habitat in *Bengalensi* regno. Secundum *Edwardum* superne saturate, inferne dilutius, fuscescit.

†. ** 26. MERULA SENEGALENSIS.

Turdus griseo–fuscus; ventre sordide albo, remigibus, rectricibusque 12 fuscis.... LE MERLE DU SENÉGAL.

Turdo Iliaco crassitie cedit. Ipsius longitudo 8 pollices æquat. Rostrum 9 lineas longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum medius cum ungue 9 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus anticorum extimum longitudine adæquat. Extremitatum alarum distantia est $11\frac{2}{3}$ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Rostrum, pedes, unguesque fusci. Habitat in *Senegalensi* regione.

27. MIMUS.

Turdus superne griseo–fuscus, inferne albus; tænia supra oculos candicante, per oculos fusca; ex 12 rectricibus, octo intermediis obscure fuscis, proxime sequenti exterius obscure fusca, interius alba, utrinque extima penitus alba.... LE MOQUEUR.

Orpheus. *Linn.* Turdus dorso fusco, pectore & rectricibus exterioribus albidis, &c. *Browne.* Sylvia inferne ex albo cinerea, superne ex terreo colore cinerascens, &c. *Klein.* Polyglotta. *Charlet. Eus. Nieremb. Jonst. Willugh.* Cencontlatolli, seu Quadringentæ linguæ. *Fern. Raj.* Petit Mocqueur. *Edwards, avec une figure exacte.* *Anglice*, MOCK-BIRD.

Præcedentem crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo $8\frac{1}{2}$ pollices circiter explet. Rostrum $10\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $3\frac{3}{4}$ pollices; digitorum anticorum medius 11 lineas: laterales multo sunt breviores; & posticus anticorum extimum longitudine æmulatur. Alæ complicatæ ad quartam circiter longitudinis caudæ partem extenduntur. Supra oris angulos pili ri-

gent longi, antrorſum verſi, ſetarum inſtar rigidi. Roſtrum ex fuſco nigricat. Pedes, unguesque ſunt nigri. Egregie ſibilat, omniumque Animalium vocem æmulatur. Habitat in *Jamaica*, & *Nova Hiſpania*.

28. Mimus varius.

Turdus ſuperne griſeo-fuſcus, nigro & candenti varius, inferne albus, cinereo & nigro maculatus. . . . . Le Moqueur varié.

Tzonpan. *Fern. Euſ. Nieremb. Willugb. Raj.*

Forma & magnitudine præcedenti ſimilis eſt. Cantu illum quoque æmulatur; ab illo colore ſolo diſcrepat. Habitat in *Nova Hiſpania*.

29. Mimus major.

Turdus ſuperne obſcure fuſcus, inferne dilute griſeus; remigibus fuſcis, majoribus exterius prima medietate albis; rectricibus 12 obſcure fuſcis. . . . . Le grand Moqueur.

Turdus polyglottus. *Linn.* Turdus minor cinereo-albus non maculatus. *Sloane. Raj. Klein.* Turdus Americanus minor canorus, &c. *Raj.* Mimus, ſeu Picus Garrulus Indicus. *Charlet.* Moqueur. *Catesb. avec une figure aſſez exacte.* *Anglice*, Mock-Bird.

Craſſitie *Merulam* circiter æquat, ſed corpore donatur magis elongato. Ipſius longitudo 9½ pollices explet. Roſtrum 11 lineas longum eſt; cauda 4 pollices; digitorum anticorum medius 13½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine adæquat. Alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Oculorum irides ſordide luteæ. Roſtrum nigrum. Pedes griſei. Sicut præcedentes, egregie ſibilat, omnesque Aves cantu æmulatur. *Ceraſis*, *Oxyacanthæ* & *Cornus Baccis* ac *Inſectis* victitat. Habitat in *Virginia*, *Carolina* & *Jamaica*.

** 30. MERULA SOLITARIA.

Turdus fuſcus, maculis minutis albidis varius, cœruleo in genis, collo, pectore & alis admixto; remigibus fuſcis; rectricibus 12 nigricantibus (*Mas*).

Turdus fuſcus, maculis ſordide flavicantibus varius; remigibus, rectricibusque fuſcis. (*Fœmina*) .... LE SOLITAIRE.

Turdus ſolitarius. *Acta. Upſal.* Turdus, Paſſer ſolitarius dictus. *Klein.* Paſſer ſolitarius. *Geſn. Aldrov. Jonſt. Charlet. Rzac. Willugh. Raj.* Paſſera ſolitaria. *Olina, hujus icon ſatis accurata.* Parus niger, roſtro oblongo. *Barr.* Paiſſe ſolitaire. *Bel.* *Germanice*, PASSER SOLITARI. *Anglice*, SOLITARY SPARROW.

Merulæ paululum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 8½ pollices æquat. Roſtrum 15 lineas longum eſt; cauda 3 pollices; digitorum medius 11 lineas; laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine æmulatur. Extremitates alarum 12½ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam protenduntur. Roſtrum ſaturate fuſcum; mandibula ſuperior in apice eſt nonnihil adunca. Pedes, unguesque fuſceſcunt.

Fœmina à *mare* colore differt.

In rupibus nidificat; & ſolitaria eſt, nec gregatim volat. In *Italia* frequens.

†. ** 31. MERULA SOLITARIA MANILIENSIS.

Turdus ſuperne fuſcus, cœruleſcente admixto, inferne rufus, fuſco & ſordide albido maculatus; uropygio cœruleſcente; pectore fuſco, ſordide flavicante & cœruleſcente vario; remigibus, & rectricibus fuſco-nigricantibus. ... LE SOLITAIRE DE MANILLE.

Ad præcedentis craſſitiem accedit. Ipſius longitu-

tudo $7\frac{5}{10}$ pollices æquat. Roſtrum 11 lineas longum; cauda 3 pollices; digitorum anticorum medius $11\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine æmulatur. Extremitatum alarum diſtantia eſt $12\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes extenduntur. Roſtrum fuſcum, in apice ſaturatius. Pedes, unguesque nigri. Habitat circa *Manillam.*

†. ** 32. Merula solitaria Philippensis.

Turdus ſuperne fuſcus, apicibus pennarum tænia transverſa nigricante donatis, albido terminatis, inferne ſordide albo-rufeſcens, fuſco transverſim ſtriatus; capitis vertice olivaceo-flavicante; remigibus, rectricibusque 12 fuſcis, oris exterioribus griſeis. . . . Le Solitaire des Philippines.

Turdo Iliaco nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo 7 pollices & quinque lineas explet. Roſtrum 13 lineas longum eſt; cauda $2\frac{2}{3}$ pollices; digitorum anticorum medius 10 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine adæquat. Extremitates alarum $12\frac{1}{3}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad tres circiter quartas longitudinis caudæ partes extenduntur. Oculorum ambitus candicans. Roſtrum fuſcum, baſi mandibulæ inferioris ſordide alba. Pedes unguesque fuſci. Habitat in *Philippenſibus Inſulis.*

†. ** 33. Merula Madagascariensis.

Turdus ſuperne fuſcus; pectore fuſco-rufeſcente; ventre albo; remigibus interius nigris, majoribus exterius albis, minoribus exterius violaceis; macula in alis rufo-aurea; ex 12 rectricibus, lateralibus interius nigris, exterius viridi-aureis, extima exterius alba. . . . Le Merle de Madagascar.

Præcedentem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo

gitudo 7⅓ pollices explet. Roſtrum 11 lineas longum eſt; cauda 2⅔ pollices; digitorum medius 9½ lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine æmulatur. Extremitates alarum 12⅓ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Cauda nonnihil bifurca. Supra oris angulos quidam extant exigui pili nigri, antrorſum verſi, rigidi. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Madagaſcaria*.

34. MERULA JAMAICENSIS.

Turdus fuſcus, ſuperne obſcurius, inferne dilutius; ventre albido; macula ſub gutture alba; remigibus, rectricibusque obſcure fuſcis . . . . LE MERLE DE LA JAMAIQUE.

Turdus fuſcus. *Klein.* Merula fuſca. *Sloane. Raj. Anglice*, THRUSH.

Merulæ noſtrati craſſitie cedit. Ipſius longitudo 7 pollices æquat. Roſtrum unum pollicem longum eſt; cauda 3 pollices; digitorum medius 12 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales longitudine circiter æmulatur. Extremitatum alarum diſtantia eſt 10 pollicum; alæ complicatæ ad mediam circiter caudam usque protenduntur. Roſtrum aurantium, & verſus apicem linea nigra notatum. Pedes pariter aurantii; ungues vero fuſci. Habitat in *Jamaïca*, in qua ſylvas frequentat.

** 35. MERULA PHILIPPENSIS.

Turdus fuſcus, caſtaneo admixto; capite & collo nigris, ventre albo; ſpatio ſubtriangulari pone oculos nudo; remigibus majoribus prima medietate albis, altera nigricantibus; rectricibus 12 ſaturate fuſcis, lateralibus apice albis. LE MERLE DES PHILIPPINES.

Meru-

Merulam vulgarem craſſitie nonnihil ſuperat. Ipſius longitudo 9½ pollices æquat. Roſtrum 15 lineas longum eſt; cauda 3⅓ pollices; digitorum medius 15 lineas; laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine æmulatur. Extremitates alarum 14⅓ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ duas circiter tertias longitudinis caudæ partes attingunt. Roſtrum & pedes flavi. *Locuſtis*, aliisque *Inſectis* victitat. Habitat in *Philippenſibus Inſulis.*

†. ** 36. MERULA CALVA PHILIPPENSIS.

Turdus ſuperne cinereo-argenteus, inferne fuſco-griſeus; pectore fuſco-nigricante; genis nudis; remigibus, rectricibusque 12 fuſco-nigricantibus. . . . . LE MERLE CHAUVE DES PHILIPPINES.

Præcedenti nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo 10 pollices explet. Roſtrum 13 lineas longum; cauda 3½ pollices; digitorum medius 12 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus anticorum extimum longitudine adæquat. Extremitates alarum 14¼ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad tertiam circiter longitudinis caudæ partem protenduntur. In ſummo capite ſtrictiſſima extenditur tænia longitudinalis, brevioribus plumulis fuſcis conflata; reliquum caput & genæ nudæ ſunt & incarnato colore imbutæ; dum autem iraſcitur Avis, partes iſtæ vividiſſimo tinguntur coccineo. Roſtrum, pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Philippenſibus Inſulis.*

** 37. MERULA COERULEA.

Turdus cinereo-cœruleus, apicibus pennarum tænia transverſa fuſca donatis, albido terminatis; remigibus fuſcis, oris exterioribus cinereo-cœruleis; rectricibus 12 nigricantibus, marginibus exterioribus cinereo-cœruleis . . . . . LE MERLE BLEU.

Tur-

Turdus ſolitarius. *Linn.* Cyanus Ariſtotelis. *Geſn. Aldrov. Willugb. Raj. Bell.* Cœruleo. *Charlet.* Passeri ſolitario congener. *Jonſt.* Rubicilla major ſaxatilis. *Schwenck.* Sylvia gula cœrulea, pectore rubro. *Klein.* Merle bleu. *Bel.* Oiſeau bleu. *Kolbe.* Moineau ſolitaire. *Edwards, avec une aſſez bonne figure.* *Germanice*, BLAW-VOGEL.

Merulæ vulgari paululum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 8 pollices æquat. Roſtrum 14 lineas longum eſt; cauda 2 pollices cum 11 lineis; digitorum medius 11½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine æmulatur. Extremitatum alarum diſtantia eſt 12¼ pollicum; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protenduntur. Oculorum irides obſcure avellaneæ: palpebræ luteæ. Os intus aurantium. Roſtrum, pedes, unguesque nigricantes. In ſummitatibus montium nidificat. Habitat in *Italia*, *Creta Inſula* & plurimis aliis in locis.

†. ** 38. MERULA DOMINICENSIS.

Turdus ſuperne cinereo—fuſcus, inferne albus; alarum tectricibus plerisque majoribus nigris, marginibus albis; remigibus majoribus prima medietate albis; ex 12 recticibus, tribus extimis albis, tertiæ ora exteriore nigricante. LE MERLE DE S. DOMINGUE.

Turdum Iliacum craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 8⅔ pollices explet. Roſtrum 9½ lineas longum eſt; cauda 4⅙ pollices; digitorum medius 11 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus omnium breviſſimus. Extremitatum alarum diſtantia eſt 12⅔ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam non omnino attingunt. Roſtrum, pedes, unguesque nigricant. Habitat in *Dominicenſi Inſula.*

†. ** 39. MERULA INDICA CINEREA.

Turdus cinereus, ſuperne ſaturatius, inferne dilutius;

tius; alarum tectricibus, & remigibus nigris, oris exterioribus cinereo-albis, interioribus albis; ex 12 rectricibus, quatuor utrinque extimis penitus nigris . . . . LE MERLE CENDRÉ DES INDES.

Præcedenti paululum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 7 pollices & 9 lineas æquat. Roſtrum 11 lineas longum eſt; cauda 3 pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus anticorum intimum longitudine æmulatur. Extremitatum alarum diſtantia eſt 12$\frac{2}{3}$ pollicum; alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Supra oris angulos extant exigui pili nigricantes, antrorſum verſi, rigidi. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *India Orientali.*

** 40. MERULA AMERICANA CINEREA.

Turdus cinereus, ſuperne ſaturatius, inferne dilutius; capitis lateribus macula nigra notatis; gutture albo, nigris maculis vario, aut penitus nigro; rectricibus 12 nigricantibus, quatuor utrinque extimis apice albis; pedibus rubris . . . . LE MERLE CENDRÉ D'AMÉRIQUE.

Turdus plumbeus. *Linn.* Turdus viſcivorus plumbeus. *Klein.* Grive aux jambes rouges. *Catesb. avec une figure exacte.* Autre eſpèce de Merle que les Naturels du pays appellent Tilli. *Feuillée.* *Anglice*, RED LEG'D THRUSH.

Craſſitie *Turdum Iliacum* circiter æquat. Ipſius longitudo 10 pollices explet. Roſtrum 12$\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda 4 pollices cum linea una; digitorum medius 12$\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus cum lateralibus longitudine convenit. Extremitatum alarum diſtantia eſt 13$\frac{2}{3}$ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Oculorum ambitus, & irides rubræ. Palatum ſplen-

ſplendide aurantium. Roſtrum rubrum, vel nigrum.

Fœmina a mare diſcrepat magnitudine, qua ei paulo cedit.

Habitant in variis *Americæ* regionibus. In inſulis *Andros* & *Ilathera* frequentiſſimæ.

†. ** 41. MERULA MADAGASCARIENSIS CINEREA.

Turdus ſuperne cinereus, nonnihil ad olivaceum inclinans, inferne dilute cinereus; vertice nigricante, ad viride vergente, remigibus exterius cinereo-fuſcis, interius fuſcis; rectricibus 12 cinereo-fuſcis. . . . LE MERLE CENDRE DE MADAGASCAR.

Præcedentem craſſitie circiter æmulatur. Ipſius longitudo 8 pollices & 5 lineas æquat. Roſtrum unum pollicem longum eſt; cauda 3 pollices & 5 lineas; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus cum anticorum intimo longitudine convenit. Extremitates alarum unius pedis intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Supra oris angulos extant exigui pili antrorſum verſi, rigidi. Roſtrum flavum, tænia longitudinali, fuſca, ſupra mandibulam ſuperiorem ſita, in apice notatum. Pedes, unguesque griſeo-fuſci. Habitat in *Madagaſcaria*.

†. ** 42. MERULA BORBONICA.

Turdus ſuperne cinereus ad olivaceum inclinans, inferne olivaceus ad flavum vergens; vertice nigro; medio ventre candicante; remigibus fuſcis, quibusdam in latere exteriore rufeſcentibus; rectricibus fuſcis, tænia duplici transverſa, fuſca, altera dilutiore, altera ſaturatiore, in apice donatis. . . . LE MERLE DE L'ISLE DE BOURBON.

Craſſitie *Alaudam criſtatam* circiter æmulatur. Ipſius

ſius longitudo $7\frac{3}{4}$ pollices explet. Roſtrum $10\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum anticorum medius 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine adæquat. Extremitates alarum $11\frac{1}{3}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Roſtrum, pedes, unguesque flavicant. Habitat in *Inſula Borbonica.*

†. ** 43. MERULA OLIVACEA CAPITIS BONÆ SPEI.

Turdus ſuperne fuſco-olivaceus, inferne fulvus; gutture ac pectore fuſco-fulvis; remigibus, & ex 12 rectricibus, lateralibus interius fuſcis. . . . . LE MERLE OLIVE DU CAP DE BONNE ESPÉRANCE.

Turdum Iliacum craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo $8\frac{1}{4}$ pollices explet. Roſtrum 10 lineas longum; cauda 3 pollices; digitorum anticorum medius 12 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus cum anticorum intimo longitudine convenit. Extremitatum alarum diſtantia eſt $12\frac{5}{6}$ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Roſtrum, pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Capite Bonæ Spei.*

†. ** 44. MERULA OLIVACEA DOMINICENSIS.

Turdus ſuperne olivaceus, inferne griſeo-olivaceus; remigibus fuſcis, oris interioribus albidis, exterioribus olivaceis; ex 12 rectricibus, lateralibus interius fuſcis, oris albidis. . . . LE MERLE OLIVE DE S. DOMINGUE.

Craſſitie *Currucam* non multum antecellit. Ipſius longitudo 6 pollices æquat. Roſtrum 9 lineas longum eſt; cauda 2 pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus cum anticorum extimo longitudine convenit. Extremitates alarum $8\frac{1}{6}$ pollicum intervallo diſtant;

alæ

alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque griſeo-fuſci. Habitat in *S. Dominici Inſula.*

†. ** 45. MERULA OLIVACEA INDICA.

Turdus viridi–olivaceus, ſuperne ſaturatius, inferne dilutius; remigibus interius fuſcis, oris flavicantibus; rectricibus 12. . . . LE MERLE OLIVE DES INDES.

Turdo Iliaco nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo 8 pollices æquat. Roſtrum 13 lineas longum eſt; cauda 3 pollices cum 5 lineis; digitorum anticorum medius 8 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum intimum longitudine adæquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 12½ pollicum; alæ complicatæ ad mediam circiter caudam protenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque nigricant. Habitat in *India Orientali.*

†. **. 46. MERULA TORQUATA CAPITIS BONÆ SPEI.

Turdus ſuperne viridi–olivaceus, inferne luteus; collo inferiore nigro; tænia per oculos nigra, ad collum inferius, etiam nigrum, reflexa, altera vero lutea, ſupra oculos ducta; ex 12 rectricibus, lateralibus nigris, apice luteis. . . . LE MERLE A COLLIER DU CAP DE BONNE ESPÉRANCE.

Merulæ vulgari paululum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 7 pollices & 5 lineas æquat. Roſtrum 12½ lineas longum eſt; cauda 3 pollices & 5 lineas; digitorum medius unum pollicem: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus cum anticorum extimo longitudine convenit. Extremitatum alarum diſtantia eſt 11 pollicum; alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam extenduntur. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Capite Bonæ Spei.*

†. ** 47. Merula Palmarum.

Turdus ſuperne viridi–olivaceus, inferne cinereus; ſyncipite, geniſque nigris; vertice cinereo; maculis tribus utrinque in capite albis; gutture albo; remigibus interius & ſubtus fuſcis, rectricibus 12. . . . . Le Palmiste.

Craſſitie *Alaudam* non ſuperat. Ipſius longitudo 6½ pollices æquat. Roſtrum 10 lineas longum eſt; cauda 2½ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales longitudine nonnihil excedit. Extremitates alarum 10⅓ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque cinerei. *Palmas* frequentat, & in eis nidificat. Habitat in *Cayena*.

†. ** 48. Merula Palmarum atricapilla.

Turdus ſuperne viridi–olivaceus, inferne cinereo-albus; capite nigro, maculis tribus utrinque albis inſignito; collo ſuperne cinereo; gutture albo; remigibus interius & ſubtus fuſcis; rectricibus 12. . . . Le Palmiste a teste noire.

Craſſitie præcedentem adæquat. Ipſius longitudo 6½ pollices explet. Roſtrum 10 lineas longum eſt; cauda 2½ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales longitudine paululum antecellit. Extremitatum alarum diſtantia eſt 10⅓ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque cinerei. Ut præcedens, *Palmas* frequentat, & in eis nidificat. Habitat in *Cayena*.

†. ** 49. Mainatus.

Turdus ſplendide nigro–violaceus; uropygio nigro-viridi; capite membranis nudis, luteis & fluctuantibus, ornato; remigibus majoribus tænia transverſa,

versa, alba, in medio notatis; rectricibus 12 nigris, ad viride vergentibus; rostro in exortu rubro, apice flavo... LE MAINATE.

Gracula religiosa. *Linn.* Pica, seu potius Sturnus Indicus. *Bont. Willugh. Raj.* Cornicula, seu Monedula Indiæ Orientalis. *Klein.* Petit Minor, ou Mino. *Edwards, avec une figure exacte.* Mineur des Indes Orientales. *Alb.* *Anglice*, INDIAN STARE.

Merulam crassitie paululum superat. Ipsius longitudo 10½ pollices æquat. Rostrum unum pollicem & 5½ lineas longum est; cauda 3 pollices; digitorum medius 18 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus anticorum intimum longitudine æmulatur. Extremitates alarum unius pedis & 7 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ultra tres quartas longitudinis caudæ partes extenduntur. Pennæ summum caput vestientes sunt brevissimæ & holosericum villosum æmulantur, & aliquo virore lucent; quæ medium locum obtinent, longiores sunt & tæniam efformant strictiorem. Oculorum irides avellaneæ. Rostrum in exortu rubrum, apice flavum. Pedes ex flavo ad aurantium inclinantes; ungues vero dilute fusci. Egregie cantat, sibilatque, & vocem humanam facile imitatur. Habitat in *India Orientali.*

50. MAINATUS MAJOR.

Turdus splendide nigro-violaceus; uropygio nigro-viridi; capite membranis nudis, luteis ornato; remigibus majoribus tænia transversa, alba, in medio notatis; rectricibus nigris, ad viride vergentibus, rostro flavo.... LE GRAND MAINATE.

Cornicula, seu Monedula Indiæ Orientalis. *Klein.* Grand Minor, ou Mino. *Edwards, avec une figure exacte.*

Forma & colorum varietate cum præcedente perfecte convenit; ab illo tantum discrepat magnitudine, qua *Monedulam* adæquat, & rostri colore per

Q 2 totam

totam longitudinem flavo. Pedes similiter flavi nil aurantii admixtum habent. Habitat in *Insula Haina*, in *Asia*.

51. MERULA AMERICANA.

Turdus superne splendide niger, ad violaceum inclinans, inferne niger; remigibus majoribus apice rufescentibus; rostro, pedibusque luteis. (*Mas*).
Turdus in toto corpore griseus; rostro, pedibusque luteis. (*Fœmina*). . . . LE MERLE D'AMERIQUE.

Merle, ou Cornicula Americana nigra, aut fusca. *Feuillée.*

Magnitudine & crassitie *Merulam nostratem* circiter æquat. Oculorum pupilla nigerrima: irides luteæ. Rostrum & pedes quoque lutei.
Fœmina a *mare* discrepat colore in universo corpore griseo. In reliquis cum *mare* perfecte convenit.
Habitant in *America*.

†. ** 52. MERULA CAPITIS BONÆ SPEI.

Turdus splendide niger, ad viride inclinans; remigibus majoribus rufis, tribus primoribus fusco, sequentibus nigro, terminatis; rectricibus 12 nigris. . . . LE MERLE DU CAP DE BONNE ESPERANCE.

Crassitie *Merulam vulgarem* nonnihil antecellit. Ipsius longitudo 11 pollices æquat. Rostrum 15 lineas longum est; cauda 4 pollices; digitorum medius unum pollicem: laterales paulo sunt breviores; & posticus anticorum extimum longitudine adæquat. Extremitatum alarum distantia est 15½ pollicum; alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Rostrum nigrum, validum. Pedes, unguesque fusci. Habitat in *Capite Bonæ Spei*.

†. ** 53. MERULA VIRIDIS ANGOLENSIS.

Turdus viridi anatino tinctus; macula in alis violaceo-chalybea, remigibus, rectricibusque 12 subtus

ſubtus nigricantibus. . . . LE MERLE VERD D'ANGOLA.

Merulam vulgarem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 8½ pollices explet. Roſtrum 11½ lineas longum eſt; cauda 2 pollices cum 11 lineis; digitorum medius 12 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus laterales longitudine nonnihil antecellit. Extremitates alarum 12¼ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Angolenſi* regno.

†. ** 54. MERULA VIRIDIS LONGICAUDA SENEGALENSIS.

Turdus viridi anatino tinctus; ſummo capite nigricante-aureo; uropygio violaceo colore variante; remigibus, rectricibusque, omnibus inæqualibus, ſubtus nigris; cauda longiſſima. . . . LE MERLE VERD A LONGUE QUEUE DU SÉNEGAL.

Præcedentem craſſitie nonnihil antecellit. Ipſius longitudo 1½ pedem æquat. Roſtrum 13 lineas longum eſt; cauda 11 pollices; digitorum medius 14 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimum longitudine æmulatur. Extremitates alarum 14¼ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad tertiam circiter longitudinis caudæ partem protenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Senegalenſi* regione.

55. MERULA VIRIDIS CAROLINENSIS.

Turdus ſuperne obſcure viridis, inferne luteus; tænia ſupra oculos, & infra macula candida; imo ventre ſordide albo; rectricibus fuſcis. . . . LE MERLE VERD DE LA CAROLINE.

Turdus virens. *Linn.* Turdus pectore luteo. *Klein.* Cul-blanc à la poitrine jaune. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice*, YELLOW BRESTED CHAT.

Craſſitie *Alaudam* non multum ſuperat. Ipſius lon-

longitudo $7\frac{1}{4}$ pollices explet. Roſtrum 10 lineas longum eſt; cauda 3 pollices; digitorum medius 11 lineas: laterales paulo breviores; poſticus anticorum extimum longitudine æmulatur. Alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum extenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Majorum fluminum ripas frequentat. Habitat in *Carolina*.

†. ** 56. Merula viridis Moluccensis.

Turdus ſuperne viridis, inferne fulvus; capite nigro, tænia utrinque fulva in cervice; uropygio & tectricibus alarum minoribus beryllinis; remigibus majoribus nigris, macula transverſa alba notatis; minoribus, & 12 rectricibus nigris, in apice viridibus. . . . Le Merle verd des Moluques.

Pica Indica vulgaris. *Raj.*
Caille de Bengale. *Alb.*
Coturnix Capenſis. *Klein.*
Anglice, Madrass-jay.

Craſſitie *Merulam noſtratem* circiter æquat. Ipſius longitudo 7 pollices explet. Roſtrum 13 lineas longum eſt; cauda $1\frac{5}{12}$ pollicem; digitorum medius 13 lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus laterales nonnihil longitudine ſuperat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 13 pollicum; alæ complicatæ ad tres lineas ultra caudam protenduntur. Oculorum irides candicantes. Oris anguli aurantii. Roſtrum griſeo-fuſcum. Pedes aurantii; ungues ſordide rubri. Habitat in *Moluccis Inſulis*.

†.** 57. Merula viridis atricapilla Moluccensis.

Turdus viridis, ſuperne ſaturatius, inferne dilutius; capite & collo nigris; uropygio & tectricibus alarum ſuperioribus beryllinis; tectricibus caudæ inferioribus roſeis; remigibus majoribus in exortu nigris, exinde candidis, & in apice fuſco nigricantibus; rectricibus 12 nigris. . . . Le Merle verd a teste noire des Moluques.

Præ-

Præcedenti nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo $6\frac{1}{4}$ pollices æquat. Roſtrum 11 lineas longum eſt; cauda 12 lineas; digitorum medius 11 lineas: laterales multo ſunt breviores; his poſticus paululum longior. Extremitates alarum $11\frac{2}{3}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad tres lineas ultra caudam extenduntur. Roſtrum fuſcum. Pedes dilutiore colore tincti. Habitat in *Moluccis Inſulis*.

** 58. ORIOLUS.

Turdus luteus, uropygio ad olivaceum vergente; macula utrinque roſtrum inter & oculum nigra; remigibus nigris, quibusdam albo marginatis; ex 12 rectricibus, lateralibus in exortu nigris, apice luteis. (*Mas*).

Turdus ſuperne viridi–olivaceus, ad luteum vergens, inferne ſordide albus, lineis longitudinalibus griſeo–fuſcis varius; macula utrinque roſtrum inter & oculum fuſca; tectricibus caudæ & alarum inferioribus luteis, ſuperioribus fuſcis, viridi–olivaceo terminatis; ex 12 rectricibus, lateralibus primum viridi–olivaceis, dein nigricantibus, in apice luteis, oris interioribus luteis. (*Fœmina*). . . . LE LORIOT.

Turdus flavus, alis & extrema cauda nigris, pupillis rubris. *Barr.* Turdus. *Moehr.* Turdus aureus. *Klein.* Turdus luteus. *Friſch. maris & fœminæ icones ſatis accuratæ.* Oriolus. *Schwenck. Linn. Geſn.* Picus nidum ſuſpendens. *Aldrov. Jonſt. Geſn. Willugh. Raj. Rzac.* Chlorion, ſeu Chloreus Ariſtotelis. Icterus Plinii. Loriot. *Bel.* Oiſeau jaune de Bengale. *Alb.* Grive dorée. *Edwards, avec une figure exacte.* *Germanice*, WITWOL. *Anglice*, WIDWOL.

Craſſitie *Merulam* circiter æquat. Ipſius longitudo $9\frac{1}{2}$ pollices explet. Roſtrum 13 lineas longum eſt; cauda $3\frac{1}{3}$ pollices; digitorum medius $10\frac{1}{2}$ lineas; extimus 9 lineas; intimus $7\frac{1}{2}$; poſticus 8. Extremitates alarum $16\frac{2}{3}$ pollicum intervallo diſtant; alæ

 com-

complicatæ ad tres quartas longitudinis caudæ partes protenduntur. Oculorum irides rubræ, ut & roſtrum. Pedes plumbei; ungues nigricantes.

Fœmina coloribus a *mare* diſcrepat. Roſtrum in baſi rubrum, in apice luteum. Pedes plumbei; ungues vero nigricantes. *Inſectis* & *Baccis* victitat: *Ceraſis* delectatur.

†. ** 59. Oriolus Cochinsinensis.

Turdus luteus; tænia ab angulo ad angulum oris nigra, per oculos & ſummum caput ducta, ferri equini figuræ æmula; remigibus, & 12 rectricibus nigris, in apice luteis. . . . Le Loriot de la Cochinchine.

Craſſitie præcedentem circiter æmulatur. Ipſius longitudo 10 pollices æquat. Roſtrum 14 lineas longum eſt; cauda 3¾ pollices; digitorum medius 10 lineas: laterales paulo breviores; & poſticus anticorum intimo æqualis. Extremitatum alarum diſtantia eſt unius pedis & 5 pollicum; alæ complicatæ tres circiter quartas longitudinis caudæ partes attingunt. Roſtrum, unguesque flavicantes; pedes vero nigri.

Fœmina a *mare* differt colore luteo multo pallidiore, & nigro multo minus ſaturato.

Habitant in *Cochinſina*.

60. Oriolus Indicus.

Turdus luteus; tænia ab angulo ad angulum oris cœrulea, per oculos & ſummum caput ducta; remigibus cœruleo maculatis; rectricibus luteis, tænia transverſa cœrulea notatis. . . . Le Loriot des Indes.

Chlorio Indicus. *Aldrov. Jonſt.*

Præcedentem magnitudine & craſſitie circiter æquat; attamen non videtur habere caudam ita longam.

gam. Roſtrum, pedesque inſigniter rubri. Habitat in *India Orientali.*

** 61. Oriolus Bengalensis.

Turdus luteus; capite nigro; rectricibus 12 luteis, duabus intermediis ultima medietate nigris, proxime ſequenti macula nigra interius notata. . . . Le Loriot de Bengale.

Luteolus. Xanthornus. *Linn.* Loriot à tête noire, ou Etourneau jaune, des Indes. *Edwards, avec une figure exacte.* Etourneau jaune de Bengale. *Alb. Anglice,* Yellow Starling from Bengall.

Merulæ craſſitie cedit. Ipſius longitudo 8¾ pollices æquat. Roſtrum 14 lineas longum eſt; cauda 3⅓ pollices; digitorum medius 9½ lineas; intimus 8½ lineas; extimus 7 lineas; poſticus autem anticorum intimo longior. Extremitates alarum 15 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ caudam extremam, excepta unius pollicis diſtantia, pertingunt. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum rubrum. Pedes plumbeo colore tincti; ungues vero nigricantes.

In illo ab *Albino* deſcripto guttur & collum inferius lutea erant, & minutis maculis longitudinalibus, fuſcis varia. An hujus ſpeciei fœmina?

Ille quem *Edwardus* deſcripſit ab hoc differt, in eo quod, guttur habeat albidum, nigro maculatum; & rectrices binas, intermedias fuſco-flavas, luteo terminatas.

Habitat in *Bengalenſi* regno.

62. Oriolus capite striato.

Turdus luteo-rubeſcens; capite & collo inferiore nigricantibus, apicibus pennarum candicantibus; remigibus nigricantibus, oris exterioribus albis; rectricibus 12 luteo-rubeſcentibus. . . . Le Loriot a teste rayée.

Turdus ex nigro & luteo rubescens. *Barr.* Merula bicolor. *Aldrov. Jonst. Willugb. Raj.*

Magnitudine & crassitie paululum *Merulæ* cedit. Rostro & cauda donatur breviori. Pedes breviusculi; digiti vero, servata proportione, longi. Pedes sunt lutei; ungues rubicundi. Locum in quo habitat, prorsus ignoro.

** 63. BOMBYCILLA BOHEMICA.

Turdus cristatus, avellaneo-vinaceus; uropygio cinereo; ventre cinereo-albo ad vinaceum vergente; tænia per oculos & gutture nigris; syncipite, & tectricibus caudæ inferioribus castaneis; remigibus majoribus nigricantibus albo, vel luteo terminatis; remigibus octo minoribus apice membranaceis; rectricibus 12 in apice luteis.... LE JASEUR DE BOHEME.

Turdus cristatus, Europæus. *Klein.* Turdus cristatus aut Bohemicus. *Frisch. hujus icon accurata.* Bombycilla. *Schwenck.* Ampelis. *Moebr.* Gnaphalus, Garrulus Bohemicus. *Gesn. Linn. Jonst. Charlet. Willugb. Raj. Rzac.* Avis Americana cristata, Xomotl dicta. *Seb. hujus icon minus accurata.* Fullo, Microphœnix, Incendiaria. *Schwenck.* Geay de Bohême. *Alb.* *Germanice*, ZINZERELLE. *Anglice*, BOHEMIAN JAY.

Alaudam cristatam crassitie paululum antecellit. Ipsius longitudo 7¼ pollices æquat. Rostrum 9 lineas longum est; cauda 2¼ pollices; digitorum medius 9½ lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus anticorum intimo æqualis. Extremitatum alarum distantia est 13 pollicum; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. In universo corpore pennis vestitur serici instar mollissimis. Oculorum irides rubræ. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Fructibus victitat; *Uvis* præcipue & *Juniperi Baccis* maxime delectatur. Habitat in *Bohemia* & variis *Germaniæ* regionibus.

64.

64. BOMBYCILLA CAROLINENSIS.

Turdus criſtatus, avellaneo—vinaceus; uropygio & alis cinereis; ventre pallide luteo; tænia per oculos nigra, marginibus albis; remigibus octo minoribus in apice membranaceis & coccineis; rectricibus 12 cinereis, in apice luteis. . . . LE JASEUR DE LA CAROLINE.

Turdus Garrulus Carolinenſis. *Klein. Linn.* Caquantototl. *Fern. Raj.* Jaſeur de la Caroline. *Catesb*, *avec une figure paſſable. Edwards*, *avec une figure exacte. Anglice*, CHATTERER.

Præcedenti nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo 6¾ pollices circiter explet. Roſtrum 8 lineas longum eſt; cauda 2¼ pollices; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus intimo æqualis. Alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Roſtrum nigricans. Pedes, unguesque nigri.

Fœmina a *mare* diſcrepat coloribus non ita ſplendentibus.

Habitant in *Carolina.*

†. ** 65. MERULA SURINAMENSIS.

Turdus ſplendide niger; vertice, macula utrinque in pectore, & uropygio fulvo—luteſcentibus; macula in alis ſupremis candida; remigibus nigricantibus, interius in exortu fulvo—luteſcentibus; rectricibus 12 nigris. . . . LE MERLE DE SURINAM

Craſſitie *Alaudam* non antecellit. Ipſius longitudo 6½ pollices æquat. Roſtrum 8 lineas longum eſt; cauda 2 11/12 pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus intimo æqualis. Extremitates alarum 9½ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Roſtrum nigricans. Pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Surinamo.*

†. ** 66. MERULA ATRICAPILLA CAPITIS BONÆ SPEI.

Turdus ſuperne ſaturate fuſcus, inferne rufeſcens, lateribus lineolis transverſis fuſcis ſtriatis; capite & collo ſuperiore ſplendide nigris; uropygio rufo; macula in alis candida; rectricibus 12 nigricantibus, lateralibus in apice albis. . . . . LE MERLE A TESTE NOIRE DU CAP DE BONNE ESPERANCE.

Merulam Madagaſcarienſem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 9 pollices explet. Roſtrum 13 lineas longum eſt; cauda $3\frac{2}{3}$ pollices; digitorum medius $12\frac{1}{2}$ lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus lateralium longitudinem paululum excedit. Extremitatum alarum diſtantia eſt $9\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ ad tertiam circiter longitudinis caudæ partem extenduntur. Roſtrum nigrum. Pedes fuſci; ungues nigricantes. Habitat in *Capite Bonæ Spei.*

XXIII. *Genus Cotingæ.* (1)

Hujus character eſt

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti:

Crura ad calcaneum usque plumoſa:

Roſtrum rectum, ſuperne convexum; baſis latitudine craſſitiem ſuperante:

Mandibula ſuperior in apice utrinque emarginata.

†. ** 1. COTINGA.

Cotinga ſuperne ſplendide cœrulea, inferne purpureo—violacea; remigibus, rectricibusque nigris; oris exterioribus remigum minorum & rectricum cœruleis. . . . LE COTINGA.

Ma-

(1) *Cotinga*, nomen Americanum, quibusdam hujus generis ſpeciebus inditum.

Manakin bleu à Poitrine pourpre. *Edwards, avec une affez bonne figure. Anglice*, PURPLE-BREASTED BLUE MANAKIN.

Turdum minorem craffitie circiter æquat. Ipfius longitudo 8$\frac{2}{3}$ pollices explet. Roftrum 11 lineas longum eft; cauda 2$\frac{5}{6}$ pollices; digitorum medius 9$\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo funt breviores; & pofticus anticorum extimo æqualis. Extremitates alarum 13$\frac{5}{6}$ pollicum intervallo diftant; alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Hujus fpeciei Avium aliquot tænia donantur in pectore transverfa, fplendide cœrulea, & maculis quibusdam in parte colli inferiore ac ventre rofeis. Roftrum, pedes unguesque nigri. Habitat in *Brafilia*.

†. ** 2. COTINGA MAYNANENSIS.

Cotinga fplendide cœrulea, cœruleo-beryllino varians, pennis plerisque in exortu fufcis vel albis; gutture faturate violaceo; remigibus, & ex 12 rectricibus plurimis, fufco-nigricantibus, interius albis, oris exterioribus cœruleis, rectrice extima penitus fufco-nigricante. . . . . LE COTINGA DES MAYNAS.

Turdo Iliaco nonnihil craffitie cedit. Ipfius longitudo 7$\frac{1}{3}$ pollices. Roftrum 9$\frac{1}{2}$ lineas longum eft; cauda 2$\frac{5}{6}$ pollices; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo funt breviores; pofticus anticorum intimo æqualis. Extremitatum alarum diftantia eft 13$\frac{1}{3}$ pollicum; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protenduntur. Roftrum fufcum. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *Maynanenfi* regione.

†. ** 3. COTINGA CAYENENSIS.

Cotinga fuperne nigra, apicibus pennarum cœruleo-beryllinis, inferne cœruleo-beryllina, gutture & collo inferiore purpureo-violaceis; remigibus, rectricibusque 12 nigris, oris exterioribus cœru-

leo-

leo—beryllinis; rectrice extima penitus nigra. . . . LE COTINGA DE CAYENNE.

Lanius Ococolin dictus. *Klein.* Avis de Ococolin dicta, species Pici. *Seb. bujus icon non satis accarata.* Quereiva. *Joan. de Laët. Jonst.*

Turdum Iliacum craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo $8\frac{1}{4}$ pollices explet. Roſtrum $10\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda 3 pollices; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus lateralium longitudinem nonnihil antecellit. Extremitates alarum $13\frac{2}{3}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Braſilia* & *Cayena.*

4. COTINGA MEXICANA.

Cotinga cyaneo & ſubnigro in toto corpore varia. . . . . LE COTINGA DU MEXIQUE.

Caxcaxtototl. *Fern. Raj.*

Magnitudine *Sturnum* æmulatur. Caput habet parvum; oculos nigros, irides vero luteas; roſtrum quoque nigrum. Vivit in plagis temperatis, qualis eſt *Mexicenſis*; aut in paulo calidioribus.

†· ** 5. CONTINGA PURPUREA.

Cotinga ſplendide purpurea, pennis in exortu albis; remigibus albis, ſeptem primoribus apice fuſcis; ex 12 rectricibus, lateralibus interius roſeis; tectricibus alarum majoribus longiſſimis, rigidis, carinatis; alarum tectricibus inferioribus & cruribus albis. . . . LE COTINGA POURPRE.

Turdum minorem craſſitie circiter æmulatur. Ipſius longitudo $7\frac{1}{2}$ pollices æquat. Roſtrum 11 lineas longum eſt; cauda $2\frac{5}{12}$ pollices; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus extimo æqualis. Extremitatum alarum diſtantia eſt

$14\frac{1}{3}$

$14\frac{1}{4}$ pollicum; alæ complicatæ tres quartas caudæ partes attingunt. Roſtrum griſeo–fuſcum. Pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Cayena*.

†. ** 6. Cotinga cinereo–purpurea.

Cotinga e purpureo & cinereo varia; remigibus fuſcis, interius oblique candidis; inferioribus caudæ tectricibus roſeis; tectricibus alarum majoribus longiſſimis, purpureis, rigidis, carinatis; rectricibus 12 fuſcis. ... Le Cotinga gris–pourpre.

Præcedentem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo $7\frac{5}{12}$ pollices explet. Roſtrum $10\frac{1}{2}$ lineas longum; cauda $2\frac{2}{3}$ pollices; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus extimo æqualis. Extremitates alarum 14 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad tres quartas caudæ partes protenduntur. Roſtrum griſeo–fuſcum. Pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Cayena*.

7. Cotinga rubra.

Cotinga anterius ſordide rubra, poſterius coccinea; vertice coccineo; remigibus obſcure rubris, ad apicem ſubnigris; rectricibus 12 coccineis, in apice nigris. ... Le Cotinga rouge.

Carnifex. *Linn.* Turdus totus ruber. *Klein.* Fringillæ adfinis. *Moehr.* Avicula de Pipizton dicta. *Seb. hujus icon minus accurata.* Oiſeau rouge de Surinam. *Edwards, avec une figure exacte.*

Craſſitie *Coccothrauſtem noſtratem* circiter æquat. Ipſius longitudo 7 circiter pollices explet. Roſtrum 9 lineas longum eſt; cauda $2\frac{5}{12}$ pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus extimo æqualis. Alæ complicatæ tertiam caudæ partem non attingunt. Roſtrum ſordide rubrum. Pedes, unguesque ſordide flavi: pedes inſuper in parte poſteriore a calcaneo ad digitos usque exi-

exiguis pilis obſiti ſunt. Habitat in *Surinamenſi* regione.

8. COTINGA CINEREA.

Cotinga ſuperne cinerea, inferne, & in toto capite, alba, ad griſeum dilutum vergens; tænia utrinque per oculos nigra; remigibus nigricantibus; rectricibus nigris, apice albis. . . . LE COTINGA GRIS.

Guiraru Nheengeta. *Marcgr. Jonſt. Raj.* Oenanthe Americana. *Willugb.*

Turdum Iliacum magnitudine circiter æquat. Roſtrum habet plus dimidio pollice longum. Oculorum pupilla nigra; irides ſapphirinæ. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Braſilia.*

9. COTINGA NÆVIA.

Cotinga cinerea, nigricante & vireſcente admixtis; capite obſcure fuſco; remigibus nigricantibus; rectricibus cinereo & nigricante variis, viriditate admixta. (*Mas*).

Cotinga in toto corpore nigricans, fuſco & dilute virenti admixtis. (*Fœmina*). . . . LE COTINGA TACHETÉ.

Guira-punga. *Piſon. Marcgr. Jonſt. Willugb. Raj.*

Turdum Pilarem magnitudine ſuperat, & *Columbam* fere adæquat. Roſtrum habet pollicem longum; os amplum, quod aperire poteſt ſub oculos usque; caudam 3 pollices longam. Alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Sub gutture & in collo inferiore multas habet pollicem longas, propendentes particulas carneas, nigras, figura ſpiculi haſtæ vel quaſi ligulæ. Oculorum irides e nigro cœruleſcunt. Roſtrum, unguesque nigri; pedes vero nigricantes.

Fœmina magnitudine paululum *mari* cedit; & ab illo

illo colore discrepat. Sub gutture & in collo inferiore propendentibus particulis caret carneis, quibus *mas* præditus est.

Fortem clamorem edit. Clamat autem solum media æstate, Decembre & Januario mensibus, per quinque aut sex septimanas. Habitat in *Brasilia.*

10. COTINGA ALBA.

Cotinga in toto corpore alba. . . . LE COTINGA BLANC.

Guira-panga. *Joan. de Laët. Jonst.*

Modica magnitudine donatur. In toto corpore albet. Stentoream habet vocem, quæ ad dimidiam fere leucam auditur. Habitat in *Brasilia.*

SECTIO II.

Eæ quæ rostro donantur horizontaliter in basi compresso & fere triangulari.

Hæc sectio unico constat genere, *Muscicapæ* scilicet.

XXIV. *Genus Muscicapæ.*

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; omnes circiter usque ad exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum rectum, horizontaliter basi compressum, fere triangulare:

Mandibula superior apice utrinque emarginata.

†. ** 1. MUSCICAPA.

Muscicapa superne griseo-fusca, inferne albicans; collo inferiore & pectore maculis longitudinali-

bus griſeo–fuſcis inſignitis ; tectricibus alarum inferioribus, & cruribus dilute rufeſcentibus ; rectricibus 12 griſeo–fuſcis. . . . . LE GOBE–MOUCHE.

Curruca ſubfuſca. *Friſch. hujus icon non ſatis accurata.* Currucis, ſeu Ficedulis cognata Avicula. *Geſn.* Sylvia peſtilentialis. *Klein.* Griſola vulgo dicta. *Aldrov. Raj.* Griſola, aut Stoparola. *Willugb.* *Germanice*, BURSTNER.

Craſſitie *Currucam* circiter æmulatur. Ipſius longitudo $5\frac{2}{3}$ pollices æquat. Roſtrum $8\frac{1}{2}$ lineas longum eſt ; cauda $2\frac{1}{12}$ pollices ; digitorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores ; poſticus autem lateralibus nonnihil brevior. Extremitates alarum $8\frac{2}{3}$ pollicum intervallo diſtant ; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Supra nares & verſus oris angulos quidam rigent exigui pili nigricantes, antrorſum verſi, rigidi. Roſtrum nigricat, excepta baſi mandibulæ inferioris candicante. Pedes, unguesque ſaturate fuſci.

†. ** 2. MUSCICAPA BORBONICA.

Muſcicapa ſuperne fuſca, oris pennarum rufeſcentibus, inferne rufeſcens (*mas*), ſordide alba (*fœmina*); rectricibus ſaturate fuſcis, oris exterioribus dilutius fuſcis. . . . . LE GOBE–MOUCHE DE L'ISLE DE BOURBON.

Præcedenti nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo $4\frac{3}{4}$ pollices æquat. Roſtrum $7\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $1\frac{5}{6}$ pollicem ; digitorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores ; poſticus anticorum intimi longitudinem fere adæquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt $7\frac{1}{3}$ pollicum ; alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam extenduntur. Supra nares exigui extant pili nigricantes, antrorſum verſi & rigidi. Roſtrum, pedes, unguesque fuſci.

Fœ-

Fœmina ſordide albas habet eas partes quæ in *mare* rufeſcunt.

Habitant in *Borbonica Inſula.*

†. ** 3. MUSCICAPA MARTINICANA CRISTATA.

Muſcicapa criſtata, ſuperne fuſca, inferne cinerea; remigibus, rectricibusque 12 fuſcis, oris exterioribus remigum albidis. . . . LE GOBE-MOUCHE HUPÉ DE LA MARTINIQUE.

Muſcicapam noſtratem nonnihil craſſitie ſuperat. Ipſius longitudo 6 pollices æquat. Roſtrum 7 lineas longum; cauda $2\frac{1}{3}$ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus anticorum extimo æqualis. Extremitatum alarum diſtantia eſt $8\frac{5}{6}$ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Supra nares longiuſculi extant pili nigricantes, antrorſum verſi, rigidi. Roſtrum, unguesque fuſci; pedes vero cinerei. Habitat in *Martinica.*

†. ** 4. MUSCICAPA MARTINICANA FUSCA.

Muſcicapa ſuperne ſaturate fuſca, inferne cinerea, rufo maculata; gutture & tectricibus caudæ inferioribus rufis; ex 12 rectricibus, lateralibus fuſco & candido variis. . . . LE GOBE-MOUCHE BRUN DE LA MARTINIQUE.

Præcedentem craſſitie paululum antecellit. Ipſius longitudo $6\frac{1}{2}$ pollices æquat. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales paulo ſunt breviores: & poſticus extimo æqualis. Extremitates alarum $9\frac{3}{4}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam verſus caudam extenduntur. Circa oris angulos longi ſunt pili nigricantes, antrorſum verſi & rigidi. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Martinica.*

5. MUSCICAPA VIRGINIANA FUSCA.

Muſcicapa ſuperne ſaturate fuſca, inferne cinerea; capite ſuperius nigro; tectricibus caudæ inferioribus ſordide rubris; rectricibus 12 nigricantibus. . . . LE GOBE-MOUCHE BRUN DE VIRGINIE.

Chat-Oiſeau. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice*, CAT-BIRD.

Craſſitie *Alaudam* paululum antecellit. Ipſius longitudo 8 circiter pollices æquat. Roſtrum 10½ lineas longum eſt; cauda 3 pollices; digitorum anticorum medius 9 lineas; laterales paulo ſunt breviores; poſticus extimo æqualis. Alæ complicatæ ad tertiam caudæ partem protenduntur. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque fuſci. Majoribus arboribus non inſidet hæc Avis; arbuſculas tantum & ſepes frequentat. *Inſectis* victitat. Vocem *Felinam* æmulatur. Ova ponit cœrulea. Habitat in *Virginia*, ſed æſtate tantum.

6. MUSCICAPA CAROLINENSIS FUSCA.

Muſcicapa ſuperne ſaturate fuſca, inferne albo-flavicans; capite ſuperius nigro; remigibus, rectricibusque 12 fuſcis. . . . LE GOBE-MOUCHE BRUN DE LA CAROLINE.

Luſcinia nigricans. *Klein.* Preneur de mouches noirâtre. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice*, BLACK-CAP FLY-CATCHER.

Muſcicapam noſtratem nonnihil craſſitie ſuperat. Ipſius longitudo 6¼ pollices circiter explet. Roſtrum 9 lineas longum eſt; cauda 2 7/12 pollices; digitorum medius 9 lineas; laterales paulo ſunt breviores; & poſticus extimo æqualis. Alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Supra oris angulos quidam extant exigui pili nigri, antrorſum verſi, rigidi. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. *Muſcis*, aliisque *Inſectis* victitat.

Fæ-

Fœmina a *mare* diſcrepat capite ſuperiore nigro non ita intenſo tinĉto.

Habitant in *Carolina*, ſed æſtate tantum.

7. Muscicapa Carolinensis cinerea.

Muſcicapa ſuperne ſaturate cinerea, inferne ſordide albo-flavicans; remigibus, reĉtricibusque 12 fuſcis, oris exterioribus minorum remigum albis. . . . . Le Gobe-mouche cendré de la Caroline.

Luſcinia, Muſcicapa fuſca. *Klein.* Petit preneur de mouches brun. *Catesb. avec une figure aſſez exaĉte.* *Anglice*, Little brown Fly-Catcher.

Muſcicapam noſtratem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo $5\frac{2}{3}$ pollices circiter explet. Roſtrum 8 lineas longum eſt; cauda 2 pollices; digitorum medius cum ungue 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus extimo æqualis. Alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Supra oris angulos quidam ſunt exigui pili nigri, antrorſum verſi & rigidi. Mandibula ſuperior nigra eſt, inferior vero flava. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *Carolina*, ſed æſtate tantum.

†. ** 8. Muscicapa Senegalensis torquata.

Muſcicapa ſuperne ſaturate cinerea, inferne alba; collo inferiore caſtaneo, tænia nigra in infima parte circumdato; tænia transverſa in alis alba; reĉtricibus nigris, lateralibus in apice albis, extima exterius alba; cruribus albo & nigricante variis. . . . . Le Gobe-mouche a collier du Sénégal.

Præcedentem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo $4\frac{3}{4}$ pollices explet. Roſtrum 7 lineas longum; cauda $1\frac{2}{3}$ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus extimo æqualis. Extremitates alarum $8\frac{5}{12}$ pollicum intervallo diſtant;

alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Supra nares longiuſculi extant pili nigri, antrorſum verſi & rigidi. Roſtrum nigrum. Pedes cinerei; ungues fuſci. Habitat in *Senegalenſi* regione.

†. ** 9. Muscicapa Capitis Bonæ Spei.

Muſcicapa ſuperne fuſca, inferne alba; capite & pectore nigris; lateribus rufis; tænia transverſa in alis rufa; rectricibus 12 nigris, in apice albis, extima exterius alba; cruribus fuſcis albo variis. . . . . Le Gobe-mouche du Cap de Bonne Espérance.

Præcedentem craſſitie æmulatur. Ipſius longitudo $4\frac{7}{12}$ pollices æquat. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda $1\frac{2}{3}$ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus extimo æqualis. Extremitatum alarum diſtantia eſt 8 pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Supra nares exigui extant pili nigri, antrorſum verſi & rigidi. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Capite Bonæ Spei.*

†. ** 10. Muscicapa Senegalensis pectore rufo.

Muſcicapa ſuperne e rufo, griſeo, nigricante & albo confuſe mixta, inferne alba; pectore dilute rufo; genis nigris; tænia ſupra oculos albo-rufeſcente; tænia transverſa in alis alba; 12 rectricibus nigris, tribus extimis exterius & in apice albis, proxime ſequenti in apice alba; cruribus fuſcis, albo variegatis. . . . Le Gobe-mouche a poitrine rousse du Sénégal.

Craſſitie *Ficedulam noſtratem* circiter æquat. Ipſius longitudo $4\frac{1}{6}$ pollices explet. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda $1\frac{5}{12}$ pollicem; digitorum medius 5 lineas: laterales paulo breviores: poſticus extimo æqualis. Extremitatum alarum diſtantia eſt $7\frac{1}{3}$ pollicum;

licum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Supra nares longiuſculi rigent pili nigri, antrorſum verſi & rigidi. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Senegalenſi* regione.

† ** 11. MUSCICAPA SENEGALENSIS PECTORE NIGRO.

Muſcicapa ſuperne e cinereo, nigro & albo confuſe mixta, inſerne alba; capite & pectore nigris; tænia ſupra oculos alba; tænia transverſa in alis candida; rectricibus 12 nigris, duabus extimis exterius & in apice albis; cruribus nigricantibus, aliquid albi commixtum habentibus. . . . LE GOBE-MOUCHE A POITRINE NOIRE DU SÉNÉGAL.

Præcedentem craſſitie circiter æmulatur. Ipſius longitudo $4\frac{1}{3}$ pollices æquat. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda $1\frac{7}{12}$ pollicem; digitorum medius $5\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo breviores; poſticus extimo æqualis. Extremitates alarum 7 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Supra nares longiuſculi extant pili nigri, antrorſum verſi, rigidi. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Senegalenſi* regione.

†. ** 12. MUSCICAPA TORQUATA CAPITIS BONÆ SPEI.

Muſcicapa ſuperne nigra, inferne alba; pectore rufo; collo ſuperiore torque albo cincto; macula in alis candida; rectricibus 12 nigris, in quibusdam lateralibus in apice ſordide albis; remigibus nigris, oris interioribus albis. . . . LE GOBE-MOUCHE A COLLIER DU CAP DE BONNE ESPÉRANCE.

Craſſitie *Muſcicapam noſtratem* circiter æmulatur. Ipſius longitudo $4\frac{5}{6}$ pollices æquat. Roſtrum 7 lineas longum; cauda $1\frac{5}{6}$ pollicem; digitorum medius $7\frac{1}{2}$ lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus lateralibus paulo longior. Extremitates alarum $8\frac{5}{12}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ

nonnihil ultra mediam caudam protenduntur. Supra nares extant pili nigri, antrorſum verſi, rigidi. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Capite Bonæ Spei.*

** 13. MUSCICAPA NIGRA.

Muſcicapa ſuperne nigra griſeo admixto, inferne alba; macula in fronte candida; remigibus minoribus in exortu albis; rectricibus tribus extimis albis. . . . LE GOBE-MOUCHE NOIR.

Ficedula, ſive Atricapilla ſeſe mutans. *Aldrov.* Ficedula ſecunda. *Linn.* Ficedula tertia Aldrovandi. *Willugb. Jonſt.* Oenanthe noſtra quarta. *Raj.* Curruca tergó nigro. *Friſch. hujus icon accurata.* *Germanice*, COLD FINCH.

Muſcicapam vulgarem craſſitie nonnihil antecellit. Ipſius longitudo $5\frac{1}{3}$ pollices æquat. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda $1\frac{11}{12}$ pollicem; digitorum medius 7 lineas; laterales paulo breviores; poſticus extimo æqualis. Extremitatum alarum diſtantia eſt $8\frac{1}{6}$ pollicum; alæ complicatæ ad mediam circiter caudam protenduntur. Supra nares & circa oris angulos quidam rigent pili nigri, antrorſum verſi & rigidi. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Suecia*, *Germania* & *Italia*, ſicut & in quibusdam *Galliæ* Meridionalibus Provinciis.

** 14. MUSCICAPA AMERICANA.

Muſcicapa ſuperne nigra, inferne alba ad aurantium vergens; pectore aurantio; remigibus minoribus prima medietate aurantiis; rectricibus quatuor extimis aurantiis, ſcapo & apice nigris (*Mas*).

Muſcicapa ſuperne fuſca, inferne alba ad luteum vergens; pectore luteo; remigibus minoribus prima medietate luteis; rectricibus quatuor extimis luteis, ſcapo & apice fuſcis. (*Fœmina*). . . . . LE GOBE-MOUCHE D'AMÉRIQUE.

Ru-

Ruticilla. *Linn.* Paſſer Serino affinis e croceo & nigro varius. *Klein. Sloane. Raj.* Roſſignol de muraille de l'Amérique. *Catesb. avec une bonne figure du mâle.* Petit Roſſignol de muraille de l'Amérique. *Edwards, avec une figure trés-exacte du mâle.* Moucherolle à queuë jaune. *Edwards, avec une figure exacte de la femelle.* *Anglice*, RED-START.

Ad *Ficedulæ* craſſitiem accedit. Ipſius longitudo $4\frac{2}{3}$ pollices æquat. Roſtrum 5 lineas longum eſt; cauda $2\frac{1}{12}$ pollices; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo breviores; poſticus anticorum intimo æqualis. Extremitatum alarum diſtantia eſt 7 pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Supra nares longiuſculi rigent pili nigri, antrorſum verſi, rigidi. Roſtrum nigricans. Pedes, unguesque fuſci.

Fœmina coloribus a *mare* diſcrepat. Pili rigidi, ſupra nares, nigricant. Roſtrum, pedes, unguesque fuſci.

Habitant in *Carolina, Jamaïca & Dominicenſi Inſula.*

†. ** 15. MUSCICAPA CAYENENSIS NIGRA MAJOR.

Muſcicapa nigra; gutture & collo inferiore ſplendide purpureis; remigibus, rectricibusque 12 nigris.... LE GRAND GOBE-MOUCHE NOIR DE CAYENNE.

An Jacapu Braſilienſibus? *Marcgr. Jonſt.*

Craſſitie *Merulam vulgarem* multum antecellit. Ipſius longitudo $11\frac{1}{4}$ pollices æquat. Roſtrum 16 lineas longum eſt; cauda $4\frac{1}{4}$ pollices; digitorum medius $10\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo breviores; poſticus lateralium longitudinem ſuperat. Extremitates alarum unius pedis & $10\frac{1}{3}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Supra oris angulos quidam extant exigui pili nigri, antrorſum verſi, rigidi. Roſtrum plumbeum. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *Cayena.*

†. ** 16. MUSCICAPA MADAGASCARIENSIS NIGRA MAJOR CRISTATA.

Muſcicapa criſtata, nigro-virideſcens; remigibus, rectricibusque 12 nigris, oris exterioribus nigro-virideſcentibus; cauda bifurça; criſta egregia in ſyncipite perpendiculariter erecta. . . . LE GRAND GOBE-MOUCHE NOIR HUPÉ DE MADAGASCAR.

Craſſitie *Merulam* circiter æquat. Ipſius longitudo 10 pollices explet. Roſtrum 12 lineas longum eſt; cauda 5 pollices; digitorum medius $7\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo breviores; & poſticus anticorum medii longitudinem fere adæquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 14 pollicum; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Supra oris angulos exigui rigent pili nigri, antrorſum verſi & rigidi. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Madagaſcaria.*

†. ** 17. MUSCICAPA MADAGASCARIENSIS CINEREA MAJOR.

Muſcicapa cinerea, ſuperne ſaturatius, inferne dilutius; capite ſaturate cinereo; remigibus nigricantibus, oris exterioribus cinereis, interioribus candidis; ex 12 rectricibus, lateralibus nigris, duabus utrinque extimis in apice dilute cinereis.... LE GRAND GOBE-MOUCHE CENDRÉ DE MADAGASCAR.

Præcedenti craſſitie cedit. Ipſius longitudo $8\frac{1}{2}$ pollices æquat. Roſtrum 1 pollicem longum eſt; cauda $3\frac{1}{12}$ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus anticorum intimum nonnihil ſuperat; intimus omnium eſt breviſſimus. Extremitates alarum 13 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes protenduntur. Supra nares longiusculi rigent pili nigri, antrorſum verſi, rigidi. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Madagaſcaria.*

** 18.

** 18. TYRANNUS.

Mufcicapa fuperne grifeo–fufca, inferne alba; pectore cinereo–albo; capite fuperius nigricante, pennis verticis in exortu luteis; rectricibus fufcis, marginibus rufis. . . . LE TYRAN.

Tyrannus. *Linn.* Turdus corona rubra. *Klein.* Pica Americana criftata. *Frifch. bujus icon accurata.* Tyran. *Catesb. avec une figure exacte.* *Germanice*, KLEINE AMERICANISCHE NEUN TODER. *Anglice*, TYRANT.

Turdo Iliaco nonnihil craffitie cedit. Ipfius longitudo 7⅚ pollices æquat. Roftrum 13 lineas longum; cauda 3¼ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales paulo breviores; & pofticus intimo æqualis. Extremitatum alarum diftantia eft 13 pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Supra nares longiusculi rigent pili nigricantes, antrorfum verfi & rigidi. Roftrum, pedes, unguesque ex fufco nigricant. *Infectis* victitat. In arbufcularum & fepium fummitatibus nidificat. Dum fœmina incubat, mas Aves omnes, *Falcones* etiam & *Aquilas*, procul a nido difcedere cogit. Habitat in *Dominicenfi Infula*. Menfe Aprili *Virginiam* quoque & *Carolinam* frequentat, & in eis prolem educat.

†. ** 19. TYRANNUS DOMINICENSIS.

Mufcicapa fuperne grifeo–fufca, inferne alba; pectore cinereo–albo; rectricibus 12 fufcis, oris exterioribus & apice rufefcentibus. . . . LE TYRAN DE S. DOMINGUE.

Præcedentem craffitie circiter æmulatur. Ipfius longitudo 8 pollices explet. Roftrum 13 lineas longum eft; cauda 3⅚ pollices; digitorum medius 8½ lineas: laterales multo funt breviores; pofticus intimo æqualis. Extremitates alarum 13 pollicum intervallo diftant;

diſtant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Supra nares longiusculi extant pili fuſci antrorſum verſi, rigidi. Roſtrum, pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Dominicenſi Inſula.*

†. ** 20. Tyrannus cauda bifurca.

Muſcicapa ſuperne cinerea, inferne alba; capite ſuperius & ad latera nigro, pennis verticis in exortu luteis; remigibus fuſcis, oris interioribus candicantibus, & in quibusdam oris quoque exterioribus; rectricibus 12 nigris, extimæ margine exteriore prima medietate candida; cauda maxime bifurca. . . . Le Tyran a queue fourchue.

Craſſitie *Alaudam criſtatam* circiter æquat. Ipſius longitudo 14 pollices explet. Roſtrum 9 lineas longum eſt; cauda 9¼ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales paulo breviores; poſticus omnium breviſſimus. Extremitates alarum 13 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad duos circiter pollices ultra caudæ exortum protenduntur. Supra oris angulos exigui rigent pili nigricantes, antrorſum verſi & rigidi. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *America.*

** 21. Tyrannus Cayenensis.

Muſcicapa ſuperne ſaturate fuſca, inferne dilute ſulphurea, pectore cinereo; remigibus, rectricibusque 12 ſaturate fuſcis, oris exterioribus majorum remigum & cruribus fuſco-olivaceis. . . . Le Tyran de Cayenne.

Præcedenti nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo 7 pollices æquat. Roſtrum 10 lineas longum eſt; cauda 3½ pollices; digitorum medius 7½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus intimo æqualis. Extremitatum alarum diſtantia eſt 11½ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt.

gunt. Supra nares longiusculi rigent pili fusci, antrorsum versi & rigidi. Rostrum fuscum. Pedes, unguesque nigricantes.

Fœmina a *mare* differt corpore superiore fusco non ita saturato tincto.

Habitant in *Cayena*.

** 22. Tyrannus Cayenensis minor.

Muscicapa superne fusca, inferne dilute sulphurea; pectore cinereo; rectricibus 12 fuscis, lateralibus interius maxima parte rufis. . . . Le petit Tyran de Cayenne.

Crassitie *Alaudam* circiter æmulatur. Ipsius longitudo $6\frac{1}{4}$ pollices explet. Rostrum $10\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $2\frac{2}{3}$ pollices; digitorum medius $5\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo breviores; posticus anticorum extimo æqualis. Extremitates alarum 10 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Supra nares longiusculi extant pili nigricantes, antrorsum versi, rigidi. Rostrum, pedes, unguesque nigricant. Habitat in *Cayena*.

†. ** 23. Tyrannus Brasiliensis.

Muscicapa superne fusca, marginibus pennarum olivaceis, inferne lutea; pennis verticis in exortu aurantiis; tænia supra oculos alba, infra & pone macula saturatissime fusca; gutture albido; rectricibus 12 superne fuscis, marginibus rufescentibus, inferne griseo-olivaceis. . . . Le Tyran du Brésil.

Pitanga guacu Brasiliensibus. *Marcgr. Jonst. Raj. Willugb.*

Merulam crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo $8\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum $16\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $3\frac{1}{6}$ pollices; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo breviores; & posticus extimo æqualis. Extremitates alarum $13\frac{1}{4}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ mediam caudam attin-

attingunt. Supra nares longiusculi rigent pili nigricantes, antrorſum verſi & rigidi. Roſtrum craſſisſimum, fuſcum. Pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Braſilia*.

†. ** 24. Muscicapa Cayenensis.

Muſcicapa ſuperne fuſca, marginibus pennarum olivaceis, inferne lutea; pennis verticis in exortu flavo-aurantiis; tænia ſupra oculos alba, infra & pone macula ſaturate fuſca; gutture albo; rectricibus 12 ſuperne fuſcis, marginibus rufis, inferne fuſco-olivaceis. . . . Le Gobe-mouche de Cayenne.

Craſſitie ad *Alaudam* accedit. Ipſius longitudo $7\frac{1}{6}$ pollices explet. Roſtrum $7\frac{1}{2}$ lineas longum; cauda $2\frac{5}{12}$ pollices; digitorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus extimo æqualis. Extremitatum alarum diſtantia eſt 10 pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Supra oris angulos longi ſunt pili nigricantes, antrorſum verſi & rigidi. Roſtrum, pedes, unguesque nigricant. Habitat in *Cayena*.

†. ** 25. Muscicapa Canadensis cinerea.

Muſcicapa ſuperne cinerea, inferne lutea; maculis in vertice & collo inferiore nigris, marginibus cinereis; macula narem inter & oculum lutea, ac infra oculum nigra; remigibus, rectricibusque 12 griſeo-fuſcis, oris exterioribus cinereis. Le Gobe-mouche cendré de Canada.

Muſcicapæ noſtrati nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo $4\frac{7}{12}$ pollices æquat. Roſtrum $5\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $1\frac{1}{12}$ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus extimo æqualis. Extremitates alarum $7\frac{2}{3}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Supra nares quidam extant exigui

pili

pili fusci, antrorsum versi, rigidi. Rostrum griseo-fuscum. Pedes, unguesque flavicantes. Habitat in *Canada*.

** 26. MUSCICAPA CANADENSIS OLIVACEA.

Muscicapa superne fusco-olivacea, inferne sordide alba, fusco-olivaceo confuse mixta; tænia duplici in alis sordide alba; rectricibus 12 fuscis, oris exterioribus fusco-olivaceis. . . . LE GOBE-MOUCHE OLIVE DE CANADA.

Crassitie *Muscicapam nostratem* circiter æmulatur. Ipsius longitudo $4\frac{2}{3}$ pollices æquat. Rostrum 6 lineas longum est; cauda $1\frac{11}{12}$ pollicem; digitorum medius 5 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus extimum adæquat. Extremitatum alarum distantia est $7\frac{5}{6}$ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Supra oris angulos quidam rigent exigui pili fusci, antrorsum versi & rigidi. Rostrum, pedes, unguesque fusci. Habitat in *Canada*.

27. MUSCICAPA JAMAICENSIS.

Muscicapa superne saturate olivacea, inferne candicans, olivaceo admixto; tænia per oculos fuscescente, supra oculos albida; rectricibus 12 superne saturate olivaceis, inferne cinereis, oris interioribus lateralium albis. . . . LE GOBE-MOUCHE DE LA JAMAIQUE.

Luscinia Muscicapa oculis rubris. *Klein.* Oriolus subolivaceus canorus, rostri apice attenuato, adunco. *Browne.* Preneur de mouches aux yeux rouges. *Catesb. avec une figure passable.* Moucherole olive. *Edwards, avec une figure exacte.* *Anglice*, RED EY'D FLY-CATCHER.

Præcedentem crassitie paululum antecellit. Ipsius longitudo $5\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Rostrum 8 lineas longum est; cauda $1\frac{5}{6}$ pollicem; digitorum medius

dius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus extimum æquat. Alæ complicatæ ad mediam circiter caudam protenduntur. Oculorum irides rubræ. Supra oris angulos quidam rigent pili nigricantes, antrorſum verſi & rigidi. Mandibula ſuperior colore plumbeo tingitur, inferior vero ad carneum colorem inclinat. Pedes ſunt fuſci. Habitat æſtate in *Carolina*, hieme vero in *Jamaïca*.

28. Muscicapa Virginiana cristata.

Muſcicapa criſtata ſuperne obſcure viridis, inferne lutea; collo inferiore & pectore cinereis; rectricibus 12 fuſcis, lateralibus interius ſpadiceis.... Le Gobe-mouche hupé de Virginie.

Turdus crinitus. *Linn.* Turdus criſtatus. *Klein.* Preneur de mouches huppé. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice*, Crested Fly-Catcher.

Cum *Alauda criſtata* craſſitie circiter convenit. Ipſius longitudo 8 circiter pollices explet. Roſtrum 11½ lineas longum; cauda 3¾ pollices; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus æquat extimum. Alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Oculorum irides avellaneæ. Supra nares & circa oris angulos longi rigent pili nigricantes, antrorſum verſi, rigidi. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Carolina* & *Virginia*, ſed æſtate tantum; in eisque nidificat & prolem educat.

†. ** 29. Muscicapa cristata alba Capitis Bonæ Spei.

Muſcicapa criſtata, alba; capite & collo ſuperiore nigro-virideſcentibus; remigibus nigris, oris albis; rectricibus albis, oris exterioribus & ſcapis nigris, binis intermediis 14 pollices longis, & minuta macula nigra in extremitate inſignitis.... Le Gobe-mouche blanc hupé du Cap de Bonne Espérance.

Cor-

Corvus Paradisi. *Linn.* Oiseau ou Pie de Paradis. *Edwards, avec une figure exacte.*

Crassitie *Muscicapam nostratem* non multum antecellit. Ipsius longitudo 8¼ pollices æquat. Rostrum 13 lineas longum est; cauda, demtis binis rectricibus intermediis, 4 pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus extimo æqualis. Extremitates alarum 10¼ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad tertiam caudæ partem extenduntur. Supra nares longi sunt pili nigri, antrorsum versi & rigidi. Rostrum, unguesque nigricant. Pedes colore plumbeo tinguntur. Habitat in *Capite Bonæ Spei.*

30. MUSCICAPA BRASILIENSIS CRISTATA.

Muscicapa cristata, superne dilute spadicea, inferne alba; capite nigro-viridescente; tectricibus alarum superioribus aureis; remigibus, ac rectricibus dilute spadiceis. . . . LE GOBE-MOUCHE HUPÉ DU BRÉSIL.

Turdus cristatus. *Klein.* Monedula. *Moebr.* Avis Paradisiaca, Brasiliensis, seu Cuiriri Acamaku, cristata. *Seb. bujus icon non satis accurata.*

Crassitie præcedentem paululum antecellit. Ipsius longitudo 7 circiter pollices explet. Rostrum 10 lineas longum est; cauda 3 $\frac{5}{12}$ pollices. Alæ complicatæ ad tertiam circiter caudæ partem extenduntur. Oculi igneo colore lucent. Supra nares longi rigent pili nigri, antrorsum versi & rigidi. Rostrum rubescit.

Secundum *Sebam* habitat in *Brasilia:* forsan errat; in multis enim convenit hæc species cum illis quæ ex *Africa* & *Madagascaria* ad nos perveniunt.

†. ** 31. MUSCICAPA CRISTATA CAPITIS BONÆ SPEI.

Muscicapa cristata, superne dilute spadicea, inferne

alba; pectore cinereo—albo; capite & collo superiore nigro—viridescentibus; remigibus, & 12 rectricibus dilute spadiceis. . . . LE GOBE-MOUCHE HUPÉ DU CAP DE BONNE ESPÉRANCE.

Crassitie *Muscicapam nostratem* non multum superat. Ipsius longitudo 7½ pollices æquat. Rostrum 11 lineas longum est; cauda 3¼ pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus extimo æqualis. Extremitatum alarum distantia est 9⅔ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra tertiam caudæ partem extenduntur. Supra nares longi sunt pili nigri, antrorsum versi & rigidi. Rostrum, unguesque nigricant. Pedes plumbeo colore tinguntur. Habitat in *Capite Bonæ Spei.*

†. ** 32. MUSCICAPA BORBONICA CRISTATA.

Muscicapa cristata, superne dilute spadicea, inferne cinerea; capite nigro—viridescente (*mas*), cinereo (*fœmina*); remigibus nigricantibus, oris exterioribus dilute spadiceis, interioribus candicantibus; 12 rectricibus dilute spadiceis, fusco mixtis. . . . LE GOBE—MOUCHE HUPÉ DE L'ISLE DE BOURBON.

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsius longitudo 5⅓ pollices æquat. Rostrum 7½ lineas longum est; cauda 2$\frac{7}{12}$ pollices; digitorum medius 5 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus anticorum intimo æqualis. Extremitates alarum 8½ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Supra nares longi rigent pili nigri, antrorsum versi, rigidi. Rostrum nigrum. Pedes unguesque fusci.

Fœmina capite cinereo a *mare* discrepat.

Habitant in *Madagascaria* & *Borbonica Insula.*

†. ** 33. MUSCICAPA SENEGALENSIS CRISTATA.

Muscicapa cristata, superne castanea, inferne saturate cinerea; capite & collo inferiore nigro—vi-

rides-

ridescentibus; remigibus fuscis, oris exterioribus castaneis, interioribus quarumdam rufescentibus; 12 rectricibus castaneo-purpureis. . . . LE GOBE-MOUCHE HUPÉ DU SÉNÉGAL.

Crassitie *Motacillam flavam* circiter æquat. Ipsius longitudo 8⅓ pollices explet. Rostrum 10 lineas longum est; cauda 4$\frac{7}{12}$ pollices; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus extimo æqualis. Extremitatum alarum distantia est 9 pollicum; alæ complicatæ ad tertiam circiter caudæ partem extenduntur. Supra nares longi extant pili nigri, antrorsum versi & rigidi. Rostrum saturate cinereum. Pedes, unguesque grisei. Habitat in *Senegalensi* regione.

†.** 34. MUSCICAPA MADAGASCARIENSIS LONGICAUDA.

Muscicapa cristata, macrouros, castanea; capite nigro-viridescente; tectricibus alarum inferioribus albis; remigibus nigris, quarumdam marginibus, pro parte, vel in totum, candidis; 12 rectricibus castaneis, binis intermediis longissimis. . . . . LE GOBE-MOUCHE A LONGUE QUEUE DE MADAGASCAR.

Muscicapam nostratem crassitie paululum superat. Ipsius longitudo 8$\frac{5}{12}$ pollices æquat. Rostrum 9 lineas longum est; cauda 4⅗ pollices; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus extimo fere æqualis; intimus autem omnium brevissimus. Extremitates alarum 9¼ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad 16 lineas ultra caudæ exortum protenduntur. Oculorum irides luteæ; palpebræ cœruleæ. Supra nares longi rigent pili nigri, antrorsum versi, rigidi. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Madagascaria*.

†. ** 35. MUSCICAPA MADAGASCARIENSIS ALBICILLA LONGICAUDA.

Muſcicapa criſtata, macrouros, caſtanea; capite nigro-virideſcente; remigibus nigris, marginibus plurium, pro parte vel in totum, albis; 12 rectricibus binis intermediis longiſſimis, albis, oris exterioribus prima medietate & ſcapis nigris; lateralibus dilute caſtaneis; extima exterius nigra, interius alba, margine nigra. . . . LE GOBE-MOUCHE A LONGUE QUEUE BLANCHE DE MADAGASCAR.

Craſſitie cum præcedente convenit. Ipſius longitudo 10$\frac{5}{6}$ pollices. Roſtrum 9 lineas longum eſt; cauda 7$\frac{1}{12}$ pollices; digitorum medius 6$\frac{1}{2}$ lineas; laterales paulo ſunt breviores; poſticus intimum longitudine adæquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 9$\frac{1}{4}$ pollicum; alæ complicatæ ad 16 lineas ultra caudæ exortum protenduntur. Oculorum irides luteæ: palpebræ cœruleæ. Supra nares longiuſculi rigent pili nigri, antrorſum verſi & rigidi. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Madagaſcaria.*

†. ** 36. MUSCICAPA MADAGASCARIENSIS VARIA LONGICAUDA.

Muſcicapa criſtata, macrouros, ſuperne nigro-virideſcens, apicibus pennarum albis, inferne alba; capite & collo nigro-virideſcentibus; ex 12 rectricibus, binis intermediis longiſſimis, albis, oris exterioribus & ſcapis nigris; lateralibus exterius nigris, interius albis, margine nigra. . . . LE GOBE-MOUCHE VARIÉ A LONGUE QUEUE DE MADAGASCAR.

Præcedentes binas craſſitie paululum antecellit. Ipſius longitudo 11$\frac{7}{12}$ pollices æquat. Roſtrum 9 lineas longum eſt; cauda 7$\frac{7}{12}$ pollices; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; &

poſticus

posticus intimum longitudine æquat. Extremitates alarum 9⅓ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad 16 usque lineas ultra caudæ exortum protenduntur. Oculorum irides luteæ: palpebræ cœruleæ. Supra nares longi extant pili nigri, antrorsum versi, rigidi. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Madagascaria*.

37. MUSCICAPA CAROLINENSIS RUBRA.

Muscicapa rubra; remigibus, rectricibusque 12 subtus cinereo–rubescentibus; remigibus superne interius fuscis. (*Mas*).

Muscicapa in toto corpore fusco–lutea. (*Fœmina*). . . . . LE GOBE–MOUCHE ROUGE DE LA CAROLINE.

Fringilla rubra. *Klein. Linn.* Preneur de mouches rouge. *Catesb. avec une assez bonne figure.* Oiseau rouge d'été. *Edwards, avec une figure passable (excepté le bec).* *Anglice*, SUMMER RED-BIRD.

Crassitie *Passerem domesticum* paululum antecellit. Ipsius longitudo 6¼ pollices circiter explet. Rostrum 9 lineas longum; cauda 2½ pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus intimo æqualis. Alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Oculi magni sunt & nigri. Rostrum flavicans. Pedes, unguesque obscure fusci.

Fœmina a *mare* discrepat colore.

Habitant æstate in *Carolina* & *Virginia*.

†. ** 38. MUSCICAPA CAYENENSIS RUFA.

Muscicapa superne rufo–fuscescens, inferne dilute rufa; capite, gutture & collo saturate cinereis, pennis in gutture & collo inferiore albido marginatis; pectore, uropygio & 12 rectricibus, splendide rufis. . . . LE GOBE-MOUCHE ROUX DE CAYENNE.

Crassitie *Alaudam cristatam* paululum antecellit. Ipsius longitudo 8½ pollices æquat. Rostrum 15½ lineas longum est; cauda 2½ pollices; digitorum medius 11½ lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus lateralium longitudinem nonnihil excedit. Extremitates alarum 11 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra tertiam caudæ partem extenduntur. Mandibula superior nigricat; inferior est grisea. Mandibulæ superioris basis pennis obsita est rigidis, antrorsum versis, pilorum æmulis. Pedes, unguesque griseo-fusci. Habitat in *Cayena*.

ORDO VI.

AVES Digitis quatuor, membranis destitutis, tribus scilicet anticis, uno postico, omnibus circiter usque ad exortum discretis: cruribus ad calcaneum usque plumosis: & rostro recto; mandibula utraque integra donatæ.

Omnium hujus Ordinis Avium digitus trium anticorum medius ab exortu ad primum usque articulum cum extimo arcte cohæret.

Aliæ rostro donantur subquadrangulari, paululum superne convexo, inferne angulosó: aliæ vero rostro convexo, apice obtuso; apicis latitudine crassitiem superante. In duas sectiones illas dividimus: in prima continentur eæ quæ rostrum habent subquadrangulare, paululum superne convexum, inferne angulosum, ut *Buphagus*: & in secunda illæ quæ rostro donantur convexo, apice obtuso; apicis latitudine crassitiem superante, ut *Sturnus*.

SEC-

SECTIO I.

Eæ quæ roſtro donantur ſubquadrangulari, paululum ſuperne convexo, inferne anguloſo.

Unico genere, *Buphagi* ſcilicet, conflatur hæc ſectio.

XXV. *Genus Buphagi.*

Hujus character eſt
Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circirer usque ad exortum diſcreti:
Crura ad calcaneum usque plumoſa:
Roſtrum rectum, ſubquadrangulare, paululum ſuperne convexum, inferne anguloſum:
Mandibula utraque integra.

†. ** 1. BUPHAGUS.

Buphagus ſuperne griſeo—fuſcus, inferne ſordide flavicans; 12 rectricibus acutis, griſeo—fuſcis; lateralibus interius rufis. . . . LE PIQUE-BOEUF.

Alaudam criſtatam craſſitie non multum antecellit. Ipſius longitudo $8\frac{1}{2}$ pollices æquat Roſtrum 10 lineas longum eſt; cauda $3\frac{7}{12}$ pollices; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus intimo æqualis. Extremitatum alarum diſtantia eſt $14\frac{1}{4}$ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Roſtrum in exortu flavum, verſus apicem rubrum.

Hujus ſpeciei Aves quædam roſtro donantur fuſco; hæc eſt forſan maris & fœminæ differentia. Pedes, unguesque fuſci.

Dorſo *Boum* inſidet hæc Avis, & iteratis roſtri ictibus ſanguinem educit, non ut ſanguine pro cibo utatur, ſed ad extrahendos vermes, ſub epidermide ad ipſorum metamorphoſin usque latitantes, quibus

maxime delectatur; unde *Buphagi* nomen. Habitat in *Senegalensi* regione.

SECTIO II.

Eæ quæ rostro donantur convexo, apice obtuso; apicis latitudine crassitiem superante.

In hac sectione unicum continetur genus, *Sturni* scilicet.

XXVI. *Genus Sturni.*

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; omnes circiter usque ad exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum rectum, convexum, apice obtusum; apicis latitudine crassitiem superante:

Mandibula utraque integra.

** I. STURNUS.

Sturnus nigricans, superne & in pectore purpureo & viridi, inferne viridi tantum colore varians; lateribus cœruleo—violaceis; apicibus pennarum in corpore superiore rufescentibus, in inferiore albidis; rectricibus 12 saturate cinereo-fuscis, oris exterioribus rufescentibus. . . . L'ETOURNEAU.

Sturnus vulgaris. *Linn.* Sturnus. *Gesn. Aldrov. Schwenck. Jonst. Charlet. Sibbald. Rzac. Moehr. Frisch. bujus icon accurata. Willugb. Raj.* Sturnus vulgaris, rostro nigricante. *Barr.* Sturnus pratorum, vulgaris. *Klein.* Sturnellus nonnullis. *Klein.* Storno. *Olina, bujus icon accurata.* Estourneau; Sansonnet. *Bel.* Etourneau. *Kolbe. Alb.* *Germanice*, STAAR. *Belgice*, SPREUWE. *Anglice*, STARE.

Merulæ paululum crassitie cedit. Ipsius longitudo 8½ pol-

8½ pollices explet. Roſtrum 15 lineas longum eſt; cauda 2½ pollices; digitorum medius 13 lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus lateralium longitudinem nonnihil ſuperat. Extremitates alarum 14½ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ultra tres quartas caudæ partes extenduntur. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum in exortu flavicans, verſus apicem fuſcum. Pedes colore carneo tinguntur; ungues vero nigricant.

Fœmina a *mare* diſcrepat dorſi colore non ita ſplendenti, & roſtro in tota longitudine fuſco.

Sturni gregatim volant; *Vermiculis*, *Scarabæis* aliisque *Inſectis* victitant.

A. Sturnus albus.

l'Etourneau blanc.

Aldrov. Willugb. Sturnus totus albus. *Jonſt.* Sturnus candidus. *Schwenck.* *Germanice*, Gantz weisser Staar.

A præcedente diſcrepat colore in univerſo corpore albo. Roſtrum ex luteo rubeſcit. Pedes dilute carnei ſunt.

B. Sturnus leucomelas.

l'Etourneau blanc et noir.

Sturnus capite atro, reliquo corpore albo. *Willugb.* Sturnus, ut Pica, varius. *Schwenck.* *Germanice*, Elster Staar.

Magnitudine *Sturnum vulgarem* æquat; ab illo autem colore differt. Vertex capitis, collum, pennæ remiges, ſicut & rectrices, ſunt nigræ; reliquum corpus candidum. Roſtrum ab exortu ad medietatem usque nigrum, in reliqua longitudine flavicans.

C. Sturnus leucocephalus.

l'Etourneau a teste blanche.

Sturnus capite albo. *Aldrov. Barr.* Sturnus alter. *Jonſt.*

Forma & magnitudine præcedentes æmulatur; ab illis colore diſſimilis eſt. Caput & collum alba ſunt, ſed ſupra oculos, prope roſtrum, maculæ binæ contiguæ ſunt nigræ. Pectus, venter, latera, crura & tectrices alarum, ſicut & pennæ caudam ſubtus tegentes, pariter candidæ, maculis ſubcœruleis variæ. Rectrices ut in *Sturno vulgari* ſe habent, exceptis binis extimis albis. Roſtrum album. Pedes lutei; ungues vero nigri.

D. STURNUS CINEREUS.

L'ETOURNEAU GRIS.

Aldrov. Charlet. Barr. Sturnus tertius. *Jonſt.*

A præcedentibus forma & magnitudine non abſimilis, ſed colore diſcrepans Totum corpus ſuperius ex cinereo ruſeſcit vel potius luteſcit; corpus vero inferius ad luteum vergit. Quædam ſunt in pectore punctula. Roſtrum, pedes, unguesque nigro colore tinguntur.

†. ** 2. STURNUS CAPITIS BONÆ SPEI.

Sturnus ſuperne nigricans, inferne ſordide albus, capite & collo ſplendide nigris, ad violaceum vergentibus; macula in utraque gena rotunda, albo-ruſeſcente, atque altera minori concolore; ſcapularium pennarum marginibus exterioribus albis; rectricibus 12 nigricantibus. . . . L'ETOURNEAU DU CAP DE BONNE ESPÉRANCE.

Contra. *Linn.* Etourneau noir & blanc des Indes. *Edwards, avec une figure exacte.*

Sturnum noſtratem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 8¾ pollices explet. Roſtrum 16 lineas longum eſt; cauda 2⅔ pollices; digitorum medius 15 lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus laterales nonnihil ſuperat. Extremitates alarum 13½ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad duas circiter

circiter tertias caudæ partes extenduntur. Roſtrum in exortu flavicat, verſus apicem rubeſcit. Pedes lutei ſunt; ungues vero griſei. Habitat in *Capite Bonæ Spei.*

Hanc ſpeciem, ſed imperfecte admodum, deſcripſit *Albinus* ſub nomine *Icteri Bengalenſis.*

3. STURNUS NOVÆ HISPANIÆ.

Sturnus in toto corpore niger; capite fuſco. ..... L'ETOURNEAU DE LA NOUVELLE ESPAGNE.

Tolocatzanatl, ſeu Sturnus Junceti. *Fern. Raj.*

Sturno noſtrati nonnihil magnitudine cedit; cum ipſo vero forma convenit. Caput cooperiunt pennæ fuſcæ. In toto reliquo corpore pennis veſtitur nigris. Habitat in *Nova Hiſpania.*

†. ** 4. STURNUS LUDOVICIANUS.

Sturnus ſuperne fuſco & griſeo-rufeſcente varius, inferne flavus; tænia triplici in capite alba; macula in collo inferiore griſeo & nigricante varia; lateribus ac cruribus ſordide albis, fuſco maculatis; rectricibus griſeo—rufeſcentibus; tæniis transverſis, fuſcis variis; quatuor utrinque extimis interius candidis. . . . L'ETOURNEAU DE LA LOUISIANE.

Craſſitie *Coturnicem* circiter æquat. Ipſius longitudo 9½ pollices explet. Roſtrum 16 lineas longum eſt; cauda 2¾ pollices; digitorum medius 14 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales longitudine nonnihil antecellit. Extremitatum alarum diſtantia eſt 15½ pollicum; alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam extenduntur. Roſtrum candicat, apice nonnihil ad fuſcum inclinante. Pedes, unguesque griſei ſunt. Habitat in *Ludovicia.*

ORDO

ORDO VII.

AVES Digitis quatuor, membranis destitutis, tribus scilicet anticis, uno postico, omnibus circiter usque ad exortum discretis: cruribus ad calcaneum usque plumosis: & rostro gracili, parum arcuato, donatæ.

Omnium hujus Ordinis Avium digitus anticorum medius ab exortu ad primum usque articulum cum extimo arcte cohæret.

Aliæ capite donantur corolla longitudinali, duplici serie parallela plumarum constante, & plicatili, ornato: aliæ capite simplici præditæ sunt. In duas sectiones dividuntur: prima continet eas quæ caput habent corolla ornatum, ut *Upupa:* secunda eas quæ capite simplici donantur, ut *Promerops.*

SECTIO I.

Eæ quæ capite donantur corolla longitudinali, plumosa, duplici serie paralella constante, & plicatili, ornato.

Upupæ genere solo constituitur hæc sectio.

XXVII. *Genus Upupæ.*

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; omnes circiter usque ad exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum gracile, parum arcuatum:

Caput ornatum corolla longitudinali, plumosa, duplici serie parallela constante, & plicatili.

†. **

†. ** 1. Upupa.

Upupa ſuperne fuſco—nigricante & ſordide albo-rufeſcente varia, inferne albo—rufeſcens; dorſo ſupremo griſeo; pectore griſeo—vinaceo; criſta rufa, apicibus pennarum nigris; remigibus pleriſque tænia, ſeu macula alba, inſignitis; 10 rectricibus nigricantibus, tænia transverſa, alba in medio præditis. . . . La Hupe ou Puput.

Barr. Geſn. Aldrov. Schwenck. Jonſt. Raj. Charlet. Sibbald. Rzac. Friſch. hujus icon accurata. Moehr. Klein. Willugh. Upupa, Hoope, or Hoopoe. *Borl.* Epops. *Linn.* Bubbola. *Olina.* Hupe; Putput; Lupoge. *Bel.* Hupe. *Alb. avec une figure paſſable de la femelle. Germanice*, Wide-Hopf. *Belgice*, Hupetup. *Anglice*, Hoop.

Craſſitie *Merulam* circiter æmulatur. Ipſius longitudo 10$\frac{5}{6}$ pollices æquat. Roſtrum 2$\frac{1}{6}$ pollices longum; cauda 3$\frac{3}{4}$ pollices; digitorum medius 9$\frac{1}{2}$ lineas; laterales paulo ſunt breviores; & poſticus medio æqualis; ungue enim longiſſimo & ſubrecto præditus eſt. Extremitates alarum 16$\frac{1}{4}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam extenduntur. In capite gerit elegantiſſimam corollam longitudinalem, duos pollices & totidem lineas altam, duplici plumarum ſerie conflatam, ab exortu mandibulæ ſuperioris infra occipitium uſque protenſam, & per ſummum caput ductam; quam corollam ad libitum explicat aut componit. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum nigricans, baſi colore pallide carneo tincta. Pedes, unguesque fuſco-nigricantes. *Inſectis* victitat. In *Europa* frequens.

SECTIO II.

Eæ quæ capite ſimplici donantur.

Unico genere, *Promeropis* ſcilicet, conſtituitur hæc ſectio.

XXVIII.

XXVIII. *Genus Promeropis.* (1)

Hujus character eſt
Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti:
Crura ad calcaneum usque plumoſa:
Roſtrum gracile, parum arcuatum:
Caput ſimplex.

†. ** 1. PROMEROPS.

Promerops ſuperne fuſcus, inferne albus; pectore rufeſcente; uropygio & tectricibus caudæ ſuperioribus viridi-olivaceis, inferioribus luteis; rectricibus fuſcis, ſex intermediis longiſſimis. . . . LE PROMÉROPS.

Alaudam craſſitie non multum antecellit. Ipſius longitudo $1\frac{5}{12}$ pedem æquat. Roſtrum $1\frac{5}{12}$ pollicem longum eſt; cauda $12\frac{1}{4}$ pollices; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus laterales longitudine ſuperat. Extremitates alarum 13 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad $1\frac{3}{4}$ pollicis diſtantiam ultra caudæ exortum protenduntur. Synciput cooperiunt pennæ longiores & ſtrictiores, in medio fuſcæ, verſus margines griſeo-rufeſcentes. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Capite Bonæ Spei.*

2. PROMEROPS MEXICANUS.

Promerops obſcure griſeus, colore thalaſſino & purpureo-rubente varians; ventre dilute flavo; remigibus majoribus dilute cœruleis; rectricibus griſeo-nigricantibus, ſaturate viridi & purpureo mixtis, quatuor intermediis longiſſimis. . . . LE PROMÉROPS DU MEXIQUE.

Avis,

(1) *Promerops*, nomen huic Avium generi ab illuſtr. *Reaumurio* inditum.

Avis, Ani, Mexicana, cauda longiſſima. *Seb. hujus icon accurata.* Falcinellus Mexicanus; Avis, Ani, Mexicana, cauda longiſſima. *Klein.* Curruca. *Moebr.*

Craſſitie *Turdum minorem* circiter æmulatur. Ipſius longitudo 18¼ pollices circiter explet. Roſtrum 1⅔ pollicem longum eſt; cauda 12¼ pollices; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus laterales nonnihil longitudine ſuperat. Alæ complicatæ ad 15 circiter linearum diſtantiam ultra caudæ exortum protenduntur. Supra utrumque oculum macula extat dilute lutea. Roſtrum nigricat; attamen ad latera dilute flavet. Habitat in *Mexico.*

3. PROMEROPS INDICUS CRISTATUS.

Promerops eleganter criſtatus, ſuperne dilute ſpadiceus, inferne dilute cinereus; criſta, capite & collo nigris; rectricibus dilute ſpadiceis, binis intermediis longiſſimis. . . . LE PROMÉROPS HUPÉ DES INDES.

Upupa Manucodiata. *Klein.* Avis Paradiſiaca, Manucodiata, criſtata, Orientalis rariſſima. *Seb. hujus icon accurata.* Curruca. *Moebr.* Upupa Paradiſea. *Linn.*

Sturnum craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo $1\frac{7}{12}$ pedem explet. Roſtrum 13 lineas longum eſt; cauda 14¼ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales paululum longitudine excedit. Alæ complicatæ parum ultra caudæ exortum protenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque plumbeo tinguntur colore. Habitat in *India Orientali.*

4. PROMEROPS BARBADENSIS.

Promerops flavo-aurantius; capite & collo aureis; remigibus majoribus & rectricibus ex aurantio ad rubrum vergentibus. . . . LE PROMÉROPS DES BARBADES.

Rhyndace. *Moebr.* Avis Paradisiaca, Americana, elegantissima. *Seb. hujus icon satis accurata.*

Præcedentem crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo 9½ pollices circiter explet. Rostrum 13 lineas longum est; cauda 3¼ pollices; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus laterales nonnihil longitudine excedit. Alæ complicatæ ad tres circiter quartas caudæ partes extenduntur. Plumulæ quædam rubicundæ basim rostri ambiunt. Rostrum acutissimum est, aureoque colore perlustratur. Pedes sunt lutei. Habitat in *Barbadensibus Insulis.*

5. PROMEROPS MEXICANUS LUTEUS.

Promerops luteus; capite, collo & alis promiscue cinereis ac nigris; rectricibus luteis. . . . LE PROMEROPS JAUNE DU MEXIQUE.

Cochitototl, seu Avis florida. *Fern. Raj.*

Magnitudine *Sturnum* circiter æquat. Oculi atri sunt; ipsorum irides pallidæ. Rostrum nigrum. Pedes cinerei; ungues vero nigri. Vermiculis victitat, sicut & seminibus. Habitat in *Mexico*, cujus calidas regiones frequentat.

ORDO VIII.

AVES Digitis quatuor, membranis destitutis, tribus scilicet anticis, uno postico, omnibus circiter usque ad exortum discretis: cruribus ad calcaneum usque plumosis; rostro minimo, in basi horizontaliter compresso, in apice adunco, & oris rictu capite ampliori, donatæ.

Hujus Ordinis Aves duo genera constituunt. Aliæ enim caudam habent simplicem, ut *Caprimulgus*: aliæ caudam bifurcam, ut *Hirundo.*

XXIX.

XXIX. *Genus Caprimulgi.*

Hujus character eſt

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti;

Crura ad calcaneum usque plumoſa:

Roſtrum minimum, baſi horizontaliter compreſſum; apice aduncum.

Oris rictus capite amplior:

Cauda ſimplex.

Omnium hujus generis Avium digiti tres antici inter ſe connectuntur membranula, ab ipſorum exortu ad primum usque articulum extenſa: unguis autem medii digiti in latere interiore ſerræ inſtar dentatus eſt.

†. ** 1. CAPRIMULGUS.

Caprimulgus ſuperne griſeo & nigricante transverſim & undatim varius, qualibet penna tænia longitudinali nigra notata, inferne albo-rufeſcens, fuſco ſaturato transverſim ſtriatus; remigibus tribus primoribus interius alba macula notatis, ſecunda longiſſima; ex 10 rectricibus, duabus utrinque extimis albo terminatis. . . . LE TETTE-CHEVRE, OU CRAPAUD-VOLANT.

Geſn. Aldrov. Schwenck. Jonſt. Charlet. Rzac. Barr. Raj. Willugb. Caprimulgus Europæus. *Linn.* Nycticorax; Caprimulgus; Ægithalus. *Friſch. hujus icon accurata.* Hirundo Caprimulga. *Klein.* Hirundo. *Moehr.* Pfaff Eberi & Peuceri. *Schwenck.* Rare Bird. *Borl.* Tette-chévre ou grand Merle. *Alb.* Effraye; Frezaye. *Bel.* *Germanice*, WILCH-SUGER. *Anglice*, GOAT-SUCKER.

Merulam craſſitie paululum antecellit. Ipſius longitudo 10½ pollices æquat. Roſtrum 14 lineas longum eſt; cauda 5¼ pollices; digitorum medius 9 lineas; laterales multo ſunt breviores; poſticus om-

nium breviſſimus. Extremitatum alarum diſtantia eſt 1$\frac{1}{4}$ pedis & 6 linearum; alæ complicatæ ad tres quartas caudæ partes extenduntur. In utroque capitis latere, ſecundum mandibulæ inferioris longitudinem, tænia extenditur alba. Genæ, ſicut & guttur, lineolis transverſis, alternatim rufeſcentibus & nigricantibus ſunt ſtriatæ. Mandibulæ ſuperioris margines pilis craſſis, nigricantibus, antrorſum verſis & rigidis obſitæ ſunt. Roſtrum, unguesque nigricantes; pedes vero fuſci. *Inſectis* & plantarum ſeminibus victitat.

2. CAPRIMULGUS CAROLINENSIS.

Caprimulgus ſuperne griſeo & nigricante transverſim & undatim varius, inferne griſeo-rufeſcens, lineolis longitudinalibus nigricantibus variegatus; remigibus exterius maculis flavicantibus, tribus primoribus interius alba macula notatis. . . . LE TETTE-CHÉVRE DE LA CAROLINE.

Caprimulgus Americanus, eleganter variegatus. Strix varia minor. *Barr.* Hirundo major ſubfuſca miſcella, &c. *Browne.* Tette-chévre de la Caroline. *Cateſb. avec une figure exacte.* *Anglice*, GOAT-SUCKER OF CAROLINA.

Caprimulgum noſtratem craſſitie circiter æmulatur. Ipſius longitudo 11$\frac{1}{4}$ pollices circiter æquat. Roſtrum 1$\frac{7}{12}$ pollicem longum eſt; cauda 4 pollices; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus adhuc brevior. Alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes extenduntur. Secundum mandibulæ inferioris longitudinem, tænia extenditur candida, ad oris angulos usque protenſa; & ſupra oris angulos quædam extant maculæ flavicantes. Mandibulæ ſuperioris margines longis pilis nigris, antrorſum verſis, rigidis, obſitæ ſunt. Roſtrum, unguesque nigricantes; pedes vero fuſci. *Inſectis* victitat. Habitat in *Virginia* & *Carolina*.

3. CA-

3. CAPRIMULGUS VIRGINIANUS.

Caprimulgus ſuperne obſcure fuſcus, fuſco—rufeſcente transverſim & ſparſim varius, cinereo admixto, inferne albo-aurantius, nigricante transverſim ſtriatus; macula infra guttur candida, lunulata; remigibus quinque primoribus tænia transverſa alba, & ex 10 rectricibus, duabus utrinque extimis macula alba, notatis. . . . LE TETTE-CHÉVRE DE VIRGINIE.

Caprimulgus minor Americanus. *Catesb. avec une figure pas aſſez exacte. Linn.* Whip-poor-Will, ou petit Tette-chévre. *Edwards, avec une figure exacte.*

Quoad craſſitiem *Caprimulgo noſtrati* tertia parte cedit. Ipſius longitudo 8 pollices æquat. Roſtrum 9½ lineas longum eſt; cauda 3¼ pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus omnium breviſſimus. Alæ complicatæ caudam extremam attingunt. In utroque capitis latere quædam extant maculæ ſplendidæ aurantiæ, quarum ſeries ſupra oculos, & inde ſupra collum ducitur. Mandibulæ ſuperioris margines longis pilis nigris, antrorſum verſis & rigidis obſitæ ſunt. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque carneo colore tincti. Habitat in *Virginia.*

4. CAPRIMULGUS JAMAICENSIS.

Caprimulgus in toto corpore griſeo, nigro & xerampelino variegatus; remigibus, rectricibusque dilutioribus; naribus cylindraceis. . . . LE TETTE-CHÉVRE DE LA JAMAIQUE.

Caprimulgus Americanus. *Linn.* Caprimulgus. *Moehr.* Caprimulgus, ſeu Noctua ſylvatica Jamaycenſis minor. *Raj.* Hirundo Jamaïcenſis, naribus conſpicilia mentientibus. *Klein.* Noctua minor ex pallido & fuſco varia. *Sloane.* Ulula Americana, ex pallido & fuſco varia. *Barr.* Strix capite levi, plumis griſeo-albidis labiorum piloſis. *Browne.* Strix ſylvatica, major, pulla. *Barr.* *Anglice*, SMALL WOOD-OWL.

Caprimulgum nostratem crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo 11 pollices explet. Rostrum unum circiter pollicem longum est; cauda 4 pollices; digitorum medius 10 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus omnium brevissimus. Extremitates alarum 10 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Mandibulæ superioris margines longis pilis nigris, antrorsum versis & rigidis obsitæ sunt. Rostrum nigrum. Nares tubulorum cylindraceorum, 2½ linearum altitudine supra rostri superficiem prominentium, æmulæ. Pedes, unguesque fusci. Habitat in *Jamaïca* & *Guiana*.

5. CAPRIMULGUS BRASILIENSIS.

Caprimulgus in toto corpore cinereo–fuscus, maculis obscure flavis & albicantibus variegatus; torque obscure aureo; rectricibus binis intermediis longioribus. . . . LE TETTE–CHÉVRE DU BRÉSIL.

Hirundo, Caprimulgi species. *Klein.* Strix rufescens, &c. *Browne.* Guira-querea. *Pison. Marcgr. Jonst. Sloane. Raj. Willugh.* *Anglice*, WOOD-OWL.

Alauda vulgari multo major videtur, etiamsi revera illam crassitie non antecellat; longas enim habet alas & caudam multo longiorem, 8 scilicet pollices æquantem. Caput latum est, compressum ac satis magnum. Oculi magni sunt & nigricantes. Circa mandibulæ superioris margines pili rigent longiusculi, nigricantes, antrorsum & ad latera versi & rigidi. Pedes sunt cinereo–fusci; ungues vero nigri. Habitat in *Brasilia*.

6. CAPRIMULGUS BRASILIENSIS NÆVIUS.

Caprimulgus superne nigricans, albo punctulatus, flavedine albedini admixta, inferne albo & nigro varius; oculorum ambitu ex albo flavescente; pedibus albis. . . . LE TETTE–CHÉVRE TACHETÉ DU BRÉSIL.

Ca-

Caprimulgus Americanus. *Willugh. Raj.* Hirundo Brasiliensibus Ibijau, Lusitanis Noitiba dicta. *Petiv.* Ibijau Brasiliensibus; Noitibo Lusitanis. *Marcgr. Petiv. Jonst.* Nycticorax. *Moebr.*

Magnitudine *Hirundinem* non antecellit. Caput habet latum & compressum; pedes, secundum corporis molem, parvulos, vix semi-digitum longos; caudam elegantem, quam in latum potest explicare, 2 pollices longam. Alæ complicatæ caudæ extremitatem attingunt. Oculos ambit circulus ex albo flavescens; ipsorum pupilla atra; irides nigricantes. Rostrum quoque nigricans. Pedes albi; ungues vero nigricantes. Habitat in *Brasilia.*

7. CAPRIMULGUS BRASILIENSIS MAJOR NÆVIUS.

Caprimulgus superne nigricans, albo punctulatus, flavedine albedini admixta, inferne albo & nigro varius; oculorum ambitu ex albo flavescente; pedibus albis; ore aperto pugnum humanum admittente. . . . LE GRAND TETTE-CHEVRE TACHETÉ DU BRÉSIL.

Ibijau Species magnitudine Noctuæ. *Marcgr. Jonst. Willugh. Raj.*

Colore & conformatione cum præcedente convenit; ab illo autem discrepat magnitudine, qua eum multum antecellit; *Noctuam* enim adæquat. Os quando aperit, pugnum humanum facile admittit. Habitat in *Brasilia.*

XXX. *Genus Hirundinis.*

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; omnes circiter usque ad exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum minimum, in basi horizontaliter compressum, in apice aduncum;

Oris rictus capite amplior:

Cauda bifurca.

Omnium hujus generis Avium digitus trium anticorum medius ab exortu ad primum usque articulum cum extimo arcte cohæret.

** I. Hirundo domestica.

Hirundo ſuperne nigro—cœruleſcens, inferne albida, cum aliqua caſtanei mixtura; ſyncipite & gutture caſtaneis; ex 12 rectricibus, lateralibus interius alba macula notatis. . . . l'Hirondelle de cheminée.

Hirundo ſubtus alba, ſuperne ex nigro cœruleſcens, mento rufo. *Barr.* Hirundo. *Geſn. Jonſt. Charlet. Rzac. Moehr.* Hirundo domeſtica. *Geſn. Aldrov. Willugb. Sibbald. Raj. Rzac.* Hirundo prima. *Schwenck.* Hirundo ruſtica. *Friſch. hujus icon accuratiſſima. Linn. Klein.* Hirundo peregrina. *Proſp. Alp.* Hirondelle domeſtique. *Alb.* Petite Hirondelle. *Bel. Germanice*, Schwalb. *Belgice*, Swalouw. *Anglice*, Swallow.

Ipſius longitudo 6⅛ pollices æquat. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda 2$\frac{1}{12}$ pollices; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales longitudine æmulatur. Extremitates alarum 11⅛ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ caudam fere extremam pertingunt. Caudam habet hæc Avis maxime bifurcam. Oculorum irides avellaneæ. Palatum & oris anguli lutei. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque nigricantes. *Muſcis*, aliisque *Inſectis* victitat. In caminis nidificat.

A. Hirundo alba.

l'Hirondelle blanche.

Hirundo alba. *Aldrov.* Hirundo candida. *Rzac. Willugb.*

A præcedente differt colore in univerſo corpore candido.

**. 2.

** 2. HIRUNDO MINOR SIVE RUSTICA.

Hirundo ſuperne nigro-cœruleſcens, inferne nivea; uropygio candido; remigibus nigricantibus, minoribus in apice cordatim emarginatis; 12 rectricibus nigro—cœruleſcentibus, lateralibus interius nigricantibus; pedibus ad ungues usque lanuginoſis. . . . LA PETITE HIRONDELLE, OU LE MARTINET A CUL BLANC.

Hirundo media minor fuſca, pectore albicante. *Browne.* Hirundo Uropygio albo. *Aldrov.* Hirundo ſubtus fulva, ſuperne nigra. *Barr.* Hirundo ruſtica, vel agreſtis, vel ſylveſtris. *Geſn. Raj. Aldrov. Willugh. Rzac. Charlet. Jonſt.* Hirundo ſecunda. *Schwenck.* Hirundo urbica. *Friſch. hujus icon accurata. Linn.* Hirundo domeſtica. *Klein.* Hirundo Apos minor. Hirundo ſaxatilis, ſeu Speluncaria. *Charlet.* Ἀκάνθυλλις Ariſt. *Schwenck.* Martinet. *Alb.* Martinet, Eſpece d'Hirondelle. *Bel.* Hirondelle. *Kolbe. Germanice.* LEIM-SCHWALBE. *Anglice*, MARTIN.

Præcedenti craſſitie cedit. Ipſius longitudo $5\frac{5}{12}$ pollices explet. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda 2 pollices; digitorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus omnium breviſſimus. Extremitatum alarum diſtantia eſt $10\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protenduntur. Cauda eſt parum bifurca. Oculorum irides avellaneæ. Os intus flavet. Roſtrum nigrum eſt. Pedes albi, & ad exortum usque unguium lanugine nivis inſtar candida obſiti. Ungues quoque albent. Ut præcedens, *Muſcis*, aliisque *Inſectis* victitat. Sub feneſtris & tectorum ſubgrundiis nidum conſtruit; qui nidus eſt ſuperne tectus, rotundo tantum ad latus foramine relicto, per quod ipſa intrat & exit.

** 3. HIRUNDO DOMINICENSIS.

Hirundo ex nigro ad chalybis politi colorem vergens; ventre albo; rectricibus 12 nigricantibus. . . . L'HIRONDELLE DE S. DOMINGUE.

Hirundo cantu Alaudam referens. *Klein. Feuillée.*

Craſſitie *Hirundinem domeſticam* circiter adæquat. Ipſius longitudo 7 pollices explet. Roſtrum 8 lineas longum eſt; cauda $2\frac{3}{4}$ pollices; digitorum medius $8\frac{1}{2}$ lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus extimo æqualis. Extremitatum alarum diſtantia eſt $14\frac{1}{8}$ pollicum; alæ complicatæ caudam extremam attingunt. Cauda parum eſt bifurca. Roſtrum, pedes, unguesque fuſci. Secundum *P. Feuillée* cantu *Alaudam* æmulatur. Habitat in *Dominicenſi Inſula.*

†. ** 4. Hirundo Cayenensis.

Hirundo ſuperne ex nigro ad chalybis politi colorem vergens, inferne griſeo-fuſca; remigibus, & 12 rectricibus nigris . . . . L'Hirondelle de Cayenne.

Hirundo Americana aterrima corpore ſubrotundo. Hirundo vulgaris. *Barr.*

Præcedentem craſſitie circiter æmulatur. Ipſius longitudo 6 pollices æquat. Roſtrum $9\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus omnium breviſſimus. Extremitates alarum 14 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad 3 circiter lineas ultra caudam extremam protenduntur. Non multum cauda eſt bifurca. Roſtrum, pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Cayena.*

†. ** 5. Hirundo Senegalensis.

Hirundo ſuperne ſplendide nigra, ad chalybis politi colorem vergens, inferne rufa; collo & uropygio rufis; remigibus, & 12 rectricibus nigris. . . . . L'Hirondelle du Sénégal.

Craſſitie *Hirundinem domeſticam noſtratem* paululum antecellit. Ipſius longitudo $8\frac{1}{2}$ pollices æquat. Roſtrum 8 lineas longum eſt; cauda 4 pollices; di-

gi-

gitorum medius 8 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus lateralium longitudinem excedit. Extremitates alarum 15¼ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad tres quartas caudæ partes extenduntur. Caudam habet maxime bifurcam. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Senegalenſi* regione.

6. HIRUNDO PERUVIANA.

Hirundo ſuperne ſplendide nigra, inferne cinerea; remigibus & rectricibus obſcure cinereis, marginibus griſeo-flavicantibus.... L'HIRONDELLE DU PÉROU.

Hirondelle, ou Hirundo minima Peruviana, cauda bicorni. *Feuillée.*

Craſſitie *Hirundinibus Europæis* multo cedit; & roſtro donatur breviſſimo. Oculos nigros fuſcus ambit circulus. Habitat in *Peruvia.*

7. HIRUNDO PERUVIANA MAJOR.

Hirundo ſuperne nigra, inferne nivea; capite & collo dilute griſeis, tænia transverſa in medio ventre dilute cinerea; remigibus & rectricibus dilute cinereis, marginibus griſeo-flavicantibus. . . . LA GRANDE HIRONDELLE DU PÉROU.

Autre Hirondelle, ou Hirundo maxima Peruviana, Avis prædatoris calcaribus inſtructa. *Feuillée.*

Præcedentem craſſitie multum antecellit. Roſtro donatur & pedibus breviſſimis. Roſtrum, unguesque nigri. Habitat in *Peruvia.*

†. ** 8. HIRUNDO MARTINICANA.

Hirundo ſuperne nigra, inferne obſcure fuſca; gutture griſeo-fuſco; rectricibus 12 nigris, mucronatis. . . . L'HIRONDELLE DE LA MARTINIQUE.

Regulum craſſitie non ſuperat. Ipſius longitudo 3⅔ pollices æquat. Roſtrum 4 lineas longum eſt;

 cau-

cauda $1\frac{2}{3}$ pollicem; digitorum medius $4\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus omnium breviſſimus. Extremitates alarum $8\frac{2}{3}$ pollicum intertervallo diſtant; alæ complicatæ ad 8 linearum diſtantiam ultra caudæ extremitatem protenduntur. Roſtrum nigrum. Pedes fuſci; ungues vero candicantes. Habitat in *Martinica*.

9. Hirundo Carolinensis.

Hirundo fuſca, ſuperne ſaturatius, inferne dilutius; gutture albicante; rectricibus fuſcis, mucronatis. . . . L'Hirondelle de la Caroline.

Hirundo pelagica. *Linn.* Hirundo cauda vel ſexies diviſa. *Klein.* Hirondelle d'Amérique. *Catesb. avec une figure aſſez exacte.*

Hirundini vulgari craſſitie cedit. Ipſius longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices æquat. Roſtrum 5 lineas longum eſt; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus omnium breviſſimus. Alæ complicatæ ad 3 linearum diſtantiam ultra caudam extremam protenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque fuſci. In caminis nidum conſtruit. Habitat æſtate in *Virginia* & *Carolina*.

†. ** 10. Hirundo Americana.

Hirundo ſuperne fuſca, inferne griſeo—fuſca; ventre albo; remigibus majoribus, & 12 rectricibus fuſconigricantibus. . . . L'Hirondelle d'Amérique.

Hirundo Americana, Braſilienſibus Tapera dicta. *Sloane. Raj. Willugb. Klein. Marcgr. Jonſt.* Hirondelle. *Du Tertre.*

Hirundinem domeſticam noſtratem craſſitie circiter æmulatur. Ipſius longitudo $5\frac{3}{4}$ pollices æquat. Roſtrum 8 lineas longum eſt; cauda $2\frac{1}{4}$ pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus adhuc brevior. Extremitatum alarum diſtantia eſt $12\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ul-

ultra caudæ extremitatem protenduntur. Cauda eſt bifurca parum admodum. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque fuſci. Habitat in *America.*

11. HIRUNDO MAJOR HISPANICA.

Hirundo ſuperne obſcure fuſca, inferne alba; lateribus fuſcis maculis variegatis; torque fuſco, nigris maculis vario; rectricibus ſuperne obſcure fuſcis, inferne cinereo-fuſcis; pedibus ad digitos usque lanuginoſis. . . . LA GRANDE HIRONDELLE D'ESPAGNE.

Melba. *Linn.* Hirundo maxima Freti Herculei. *Klein.* Grand Martin, ou Hirondelle. *Edwards, avec une figure exacte.*

Hirundinem Apodem noſtratem dupla magnitudine vincit. Ipſius longitudo 7¾ pollices æquat. Roſtrum 8½ lineas longum eſt; cauda 2⅔ pollices; digitorum medius 7½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus adhuc brevior. Alæ complicatæ ad 14 linearum diſtantiam ultra caudæ exortum protenduntur. Cauda eſt parum bifurca. Roſtrum nigrum. Pedes, griſeo-fuſca lanugine ad exortum usque digitorum obſiti ſunt: digiti, unguesque nigri. Habitat in *Hiſpania*, præſertim circa *Gibraltariam.*

** 12. HIRUNDO RIPARIA; SIVE DREPANIS.

Hirundo ſuperne cinereo-fuſca, inferne alba; pectore cinereo-fuſco; remigibus, ac 12 rectricibus fuſcis; pedibus poſtice ad digitos usque lanuginoſis. . . . L'HIRONDELLE DE RIVAGE.

Hirundo brevicauda, nigricans, uropygio albo. *Barr.* Hirundo riparia; Drepanis. *Geſn. Charlet.* Hirundo riparia. *Jonſt. Sibbald. Friſch. hujus icon accurata. Linn. Schwenck. Willugh. Raj. Klein. Rzac.* Eſpèce d'Hirondelle de rivage. *Bel.* Martinet de rivage. *Alb.* *Germanice*, FEEL-SCHWALM. *Anglice*, SAND-MARTIN.

Hirundini rusticæ craſſitie cedit. Ipſius longitudo $4\frac{1}{4}$ pollices explet. Roſtrum 5 lineas longum; cauda $2\frac{1}{4}$ pollices; digitorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus omnium breviſſimus. Extremitates alarum 11 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad 5 linearum diſtantiam ultra caudam extremam protenduntur. Roſtrum nigricans. Pedes, unguesque griſeo–fuſci. In foraminibus ad ripas maris & fluminum apertis nidificat.

†. ** 13. HIRUNDO RIPARIA SENEGALENSIS.

Hirundo in toto corpore cinereo–fuſca; ſummo capite colore ſaturatiore tincto; remigibus majoribus ſaturate cinereo–fuſcis, 12 rectricibus cinereo–fuſcis. . . . L'HIRONDELLE DE RIVAGE DU SÉNÉGAL.

Hirundo marina indigena. *Seb. hujus icon minime accurata.* Hirundo Ambram griſeam redolens. *Klein.*

Regulo craſſitie cedit, aut ſaltem eum non antecellit. Ipſius longitudo $5\frac{1}{2}$ pollices æquat. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda $2\frac{1}{6}$ pollices; digitorum anticorum medius 4 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus omnium breviſſimus. Extremitatum alarum diſtantia eſt $11\frac{1}{6}$ pollicum; alæ complicatæ ad 4 linearum diſtantiam ultra caudam protenduntur. Cauda eſt maxime bifurca. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque fuſci. Secundum *Sebam* Ambram griſeam maxime redolet: in ea nunquam mihi innotuit hic odor. Habitat in *Senegalenſi* regione.

†. 14. HIRUNDO RIPARIA COCHINSINENSIS.

Hirundo ſuperne nigricans, inferne albida; 12 rectricibus nigricantibus, apice albis. . . . L'HIRONDELLE DE RIVAGE DE LA COCHINCHINE.

Hirundo eſculenta. *Linn.* Hirundo nido eduli. *Bont.* Hirundo Sinenſis, nido eduli Bontii. *Willugb. Raj.* Hirundo Sinenſis, nido eduli Bontii, Raji. *Klein.*

Re-

Regulo nostrati multum crassitie cedit. Ipsius longitudo 2¼ pollices circiter explet. Rostrum 2½ longum est; cauda 10 lineas; digitorum medius 3 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus omnium brevissimus. Alæ complicatæ ad quartam caudæ partem extenduntur. Oculorum irides flavæ. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque fusci. In scopulis ad littora maris nidificat. Ex spuma maris, basim scopulorum alluentis, quamdam colligit materiam, substantia *ichthyocollam* referentem, ex qua nidum construit. *Sinæ* hos nidos avide comedunt, & ostreis, fungis & cæteris gulæ irritamentis longe anteponunt. Habitat in *Cochinsina.*

** 15. HIRUNDO APOS.

Hirundo nigricans; gutture albicante; remigibus, & 12 rectricibus superne nigricantibus, inferne saturate cinereis. . . . LE MARTINET.

Hirundo nigra media, collario albo. *Browne.* Hirundo tota cœrulescens minima. *Barr.* Hirundo quarta. *Schwenck. Rzac.* Hirundo Apus. *Willugh. Raj. Sibbald.* Hirundo Apos major. *Charlet.* Hirundo muraria, saxatilis, sive speluncaris. *Klein.* Cypselus; Apus. *Gesn.* Apus. *Linn. Frisch hujus icon accuratissima.* Apos. *Aldrov. Jonst.* Martinet. *Kolbe.* Martinet noir. *Alb.* Martinet grand; Hirondelle grande; Martelet; Moutardier. *Bel.* *Germanice*, SPYR-SCHWALB. *Belgice*, STEEN-SWALEM. *Anglice*, SWIFT.

Crassitie *Hirundinem domesticam* paululum antecellit. Ipsius longitudo 6⅚ pollices æquat. Rostrum 8 lineas longum est; cauda 2⅚ pollices; digitorum medius 6½ lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus omnium brevissimus. Extremitates alarum 14⅛ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad 9 linearum distantiam ultra caudam protenduntur. Cauda satis est bifurca. Oculi grandes; ipsorum irides avellaneæ. Rostrum nigrum. Nares longæ, oblique positæ, versus caput obtusæ, versus api-

cem

cem roſtri acutæ. Pedes, unguesque nigricantes. *Inſectis* victitat.

†. ** 16. HIRUNDO APOS DOMINICENSIS.

Hirundo in toto corpore nigricans; rectricibus ſuperne & inferne nigricantibus. . . . LE MARTINET DE S. DOMINGUE.

Præcedenti nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo $5\frac{1}{6}$ pollices explet. Roſtrum 6 lineas longum eſt ; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores: poſticus adhuc brevior. Extremitatum alarum diſtantia eſt $5\frac{1}{2}$ pollicum ; alæ complicatæ ad 14 linearum diſtantiam ultra caudam protenduntur. Cauda eſt non multum bifurca. Habitat in *Dominicenſi Inſula*.

17. HIRUNDO APOS CAROLINENSIS.

Hirundo in toto corpore ſaturate violacea; remigibus, rectricibusque ſaturatius violaceis. . . . LE MARTINET DE LA CAROLINE.

Martinet couleur de poupre. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice*, PURPLE-MARTIN.

Craſſitie *Hirundinem Apodem noſtratem* paululum ſuperat. Ipſius longitudo $7\frac{2}{3}$ pollices circiter æquat. Roſtrum 10 lineas longum eſt; cauda $2\frac{2}{3}$ pollices; digitorum medius 10 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus omnium breviſſimus. Alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Cauda eſt non parum bifurca. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Virginia* & *Carolina*, e quibus, appropinquante hieme, diſcedit.

18. HIRUNDO FRETI HUDSONIS.

Hirundo ſuperne nigro–purpuraſcens, inferne alba, fuſco adumbrata; plumulis baſim roſtri ambientibus albidis ; collo inferiore & pectore ſaturate griſeis; remigibus majoribus & 12 rectricibus ſuper-

perne nigricantibus, fuscescente marginatis, inferne obscure cinereis. . . . L'HIRONDELLE DE LA BAYE DE HUDSON.

Subis. *Linn.* Grand Martin de l'Amérique. *Edwards*, *avec une figure exacte.*

Hirundinem apodem paululum crassitie superat, sed alas habet breviores. Rostro pedibusque donatur magis, quam in cæteris hujusce generis speciebus, crassis & validis. Cauda paululum bifurca. Rostrum, pedes, unguesque nigricant. Habitat in *Freto Hudsonis.*

ORDO IX.

AVES Digitis quatuor, membranis destitutis, tribus scilicet anticis, uno postico, omnibus circiter usque ad exortum discretis : cruribus ad calcaneum usque plumosis: & rostro conico-attenuato donatæ.

Omnium hujus Ordinis Avium digitus trium anticorum medius ab exortu ad primum usque articulum cum extimo arcte cohæret.

Aliæ mandibula donantur utraque recta: aliæ mandibula superiore adunca: aliæ vero mandibula utraque adunca, apicibus se decussantibus. In tres sectiones eas dividimus: in prima continentur illæ quæ mandibula gaudent utraque recta, ut *Tangara*, *Carduelis*, *Passer*, *Coccothraustes*, *Emberiza*: in secunda illæ quæ mandibulam habent superiorem aduncam, ut *Colius*, *Pyrrhula*: in tertia eæ quæ mandibula donantur utraque adunca, apicibus se decussantibus, ut *Loxia.*

SEC-

SECTIO I.

Eæ quæ mandibula donantur utraque recta.

In illa sectione quinque continentur Avium genera. Aliæ mandibula donantur superiore apice utrinque emarginata, ut *Tangara:* aliæ vero mandibula utraque integra præditæ sunt. Inter istas ultimas aliæ rostro gaudent in apicem gracilem & longum exeunte, ut *Carduelis:* aliæ rostro in apicem crassum & brevem desinente; ex quibus in aliis rostri basis capiti latitudine multo cedit, ut in *Passere:* in aliis vero rostri basis caput latitudine fere adæquat, ut in *Coccothrauste:* aliæ tandem utriusque mandibulæ marginibus introrsum depressis præditæ sunt, ut *Emberiza.*

XXXI. *Genus Tangaræ* (1).

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; omnes circiter usque ad exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum conico–attenuatum:

Mandibula utraque recta:

Mandibula superior in apice utrinque emarginata.

†. ** 1. TANGARA.

Tangara superne splendide nigra, inferne beryllina; uropygio flammeo, in fœminis & junioribus aurantio; capite superius & ad latera viridi; collo inferiore cœruleo–violaceo; remigibus majoribus exterius cœruleo–violaceis, interius nigris; minoribus, & 12 rectricibus splendide nigris; cruribus obscure viridibus. . . . LE TANGARA.

Tan-

(1) *Tangara*, nomen *Brasilianum*, quibusdam hujus generis speciebus inditum.

Tangara prima Brasiliensibus. *Marcgr. Jonst. Willugb. Raj.* Avicula de Tatao, magnitudine Passeris, variis coloribus picta. *Seb. hujus icon non satis accurata.*

Crassitie *Carduelem* circiter æquat. Ipsius longitudo 5¼ pollices explet. Rostrum 5 lineas longum est; cauda 2 pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus lateralibus æqualis. Extremitates alarum 9 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Brasilia* & *Cayena.*

†. ** 2. TANGARA CAYENENSIS COERULEA.

Tangara superne splendide nigra, inferne albo-flavicans, lateribus nigro & cœruleo maculatis; capite, collo inferiore, pectore & uropygio cœruleis; alarum tectricibus minoribus superioribus beryllinis, majoribus nigris, margine cœruleo; 12 rectricibus splendide nigris. . . . LE TANGARA BLEU DE CAYENNE.

Teoauhtototl. *Fern. Raj.*

Passeri domestico nonnihil crassitie cedit. Ipsius longitudo 5 pollices æquat. Rostrum 6 lineas longum est; cauda 1¾ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus lateralium longitudinem nonnihil excedit. Extremitatum alarum distantia est 9½ pollicum; alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes protenduntur. Rostrum, pedes, unguesque similiter nigri. Habitat in *Cayena.*

3. TANGARA BARBADENSIS COERULEA.

Tangara superne splendide nigra, inferne alba; capite, collo inferiore & pectore cœruleis; tectricibus caudæ superioribus saturate viridibus; remigibus, rectricibusque splendide nigris, oris ex-

exterioribus dilute purpureis. . . . LE TANGARA BLEU DES BARBADES.

Paffer Americanus. *Seb. hujus icon minime accurata.*

Præcedentem craffitie paululum antecellit. Ipfius longitudo $5\frac{1}{2}$ pollices circiter explet. Roftrum 6 lineas longum eft; cauda 2 pollices; digitorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo funt breviores; & pofticus laterales fere æquat. Alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes usque protenduntur. Roftrum, pedes, unguesque verifimiliter nigri. Habitat in *Barbadenfibus Infulis.*

†. ** 4. TANGARA BRASILIENSIS COERULEA.

Tangara fuperne nigra, inferne alba; capite, collo inferiore & uropygio cœruleo-cinerafcentibus; pectore macula nigra infignito; bafi roftri nigro circumdata; rectricibus nigris. . . . LE TANGARA BLEU DU BRÉSIL.

Fringilla cœrulea. *Klein.* Guira-Jenoia. *Pifon. Marcgr. Willugb. Jonft.* Elototótl, feu Avis fpicæ Maizii. *Fern. Raj.*

Craffitie *Pafferem domefticum* paululum antecellit. Ipfius longitudo 6 pollices æquat. Roftrum 7 lineas longum eft; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo funt breviores; & pofticus lateralibus æqualis. Extremitates alarum $10\frac{1}{4}$ pollicum intervallo diftant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Roftrum, pedes, unguesque pariter nigri. Habitat in *Brafilia.*

5. TANGARA AMBOINENSIS COERULEA.

Tangara fuperne ex nigro & cyaneo varia, inferne nivea; genis & pectore cyaneis; uropygio dilute cœruleo, viridi mixto; alis macula purpurea notatis; rectricibus faturate fufcis, apice dilute rufo-

rufo-griseis. . . . . LE TANGARA BLEU D'AMBOINE.

Avis Amboinensis, Calatti dicta, formosissima. *Seb. hujus icon minus accurata.* Emberiza Amboinensis. *Klein.*

Crassitie *Alaudam* nonnihil superat. Ipsius longitudo $6\frac{3}{4}$ pollices circiter explet. Rostrum $6\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $2\frac{2}{11}$ pollices; digitorum medius $7\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus laterales circiter æquat. Alæ complicatæ tertiam caudæ partem attingunt. Habitat in *Amboinensi Insula.*

6. TANGARA CAROLINENSIS COERULEA.

Tangara in toto corpore cyanea, vertice saturatiore; remigibus majoribus fuscis, oris exterioribus cyaneis; rectricibus fuscis, aliquid cyanei admixtum habentibus. . . . . LE TANGARA BLEU DE LA CAROLINE.

Linotte bleue. *Catesb. avec une figure exacte. Anglice;* BLEW LINNET.

Crassitie ad *Carduelem* accedit. Ipsius longitudo 5 circiter pollices æquat. Rostrum 5 lineas longum est; cauda 2 pollices; digitorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus laterales circiter æquat. Alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Rostrum plumbeo imbuitur colore saturato & subnigro. Pedes, unguesque sunt fusci. *Linarias nostrates* cantu æmulatur. Habitat in *Carolinæ* montibus, in regionibus à mari non parum remotis.

7. TANGARA COERULEA NOVÆ HISPANIÆ.

Tangara cyanea, fulvis maculis varia; alis superne cyaneo, fulvo & nigro variegatis, inferne cinereis; 12 rectricibus nigris, in apice albis. . . . LE TANGARA BLEU DE LA NOUVELLE ESPAGNE.

Xiuhtotl, seu Herbarum Avis. *Fern.*

Magnitudine & crassitie *Passerem domesticum* nonnihil antecellit. Rostrum ex albo ad fuscum vergit. Pedes grisei sunt. Habitat in *Nova Hispania.*

8. Tangara Mexicana coerulea.

Tangara cœrulea cum aliqua purpurei mixtura; oculorum ambitu & gutture nigricantibus; alis superne nigris, minii colore variegatis; rectricibus cœruleis, aliquid purpurei admixtum habentibus. . . . . Le Tangara bleu du Mexique.

Avis Mexicana, magnitudine Passeris. *Seb. hujus icon minus accurata.* Emberiza Mexicana, magnitudine Passeris. *Klein.*

Præcedenti paululum crassitie cedit. Ipsius longitudo $5\frac{1}{4}$ pollices circiter æquat. Rostrum $6\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $1\frac{3}{4}$ pollicem; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus laterales æquat. Alæ complicatæ mediam circiter caudam pertingunt. Pedes & unguiculi admodum graciles sunt. Habitat in *Mexico.*

9. Tangara Brasiliensis cinerea.

Tangara cinereo—cœrulescens; collo inferiore & ventre albis; alis ad thalassinum colorem vergentibus; 12 rectricibus cinereo-cœrulescentibus. . . . . Le Tangara cendré du Brésil.

Tijepirangæ alia species. *Marcgr. Jonst. Willugh. Raj.*

Magnitudine & crassitie præcedentem æmulatur. Rostrum, pedes, unguesque cinereo colore tinguntur. Habitat in *Brasilia.*

10. Tangara Brasiliensis varia.

Tangara in toto corpore e cinereo & thalassino mixta, superne splendidius, inferne non ita splendide. . . . Le Tangara varié du Brésil.

Saya-

*S*ayacu Brasiliensibus. *Marcgr. Jonst. Willugb. Raj.*

Magnitudine *Fringillam* circiter æmulatur. Oculi nigri sunt. Rostrum quoque nigrum. Habitat in *Brasilia.*

†. ** 11. TANGARA VIRIDIS INDICA PUNCTULATA.

Tangara superne viridis, fuscis maculis varia, inferne albida, viridi & luteo mixta; collo inferiore & pectore maculis fuscis variegatis; uropygio penitus viridi & immaculato; remigibus, rectricibusque 12 fuscis, oris exterioribus viridibus. . . . . LE TANGARA VERD PIQUETÉ DES INDES.

Mésange verte tachetée. *Edwards, avec une figure exacte. Anglice*, SPOTTED GREEN TIT-MOUSE.

Crassitie ad *Linariam* accedit. Ipsius longitudo 4½ pollices æquat. Rostrum 5 lineas longum est; cauda 15 lineas; digitorum medius 6½ lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus laterales circiter æquat. Extremitates alarum 7¼ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad sex linearum distantiam ultra caudæ exortum protenduntur. Rostrum, pedes, unguesque fusci. Habitat in *India Orientali;* & secundum *Edwardum* in *Surinamensi* regione.

†. ** 12. TANGARA CAYENENSIS VIRIDIS.

Tangara superne viridis, inferne rufo, griseo—cœruleo & pallido luteo—aureo confuse mixta; vertice rufo; genis nigris; collo superiore & uropygio pallide luteo—aureis; remigibus nigricantibus, oris exterioribus viridibus; ex 12 rectricibus, lateralibus interius superne nigricantibus. . . . . LE TANGARA VERD DE CAYENNE.

Crassitie *Linariam* circiter æquat. Ipsius longitudo 5¼ pollices explet. Rostrum 5½ lineas longum est; cauda 2 pollices; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus omnium

breviſſimus. Extremitatum alarum diſtantia eſt 9 pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt, aut etiam ultra protenduntur. Mandibula ſuperior nigricans, inferior griſea. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *Cayena.*

†. ** 13. Tangara Peruviana viridis.

Tangara ſplendide viridis, inferne cœruleo ſplendenti variegata; capite ſplendide caſtaneo ſive obſcure rubro, torque luteo cincto; macula in alis lutea; cruribus dilute fulvis; remigibus, & ex 12 rectricibus, lateralibus interius fuſcis. . . . Le Tangara verd du Pérou.

Gyrola. *Linn.* Fringilla pectore cœruleo. *Klein.* Verdier à la tête rouge. *Edwards, avec une figure exacte.*

Præcedentem craſſitie circiter æmulatur. Ipſius longitudo 4½ pollices æquat. Roſtrum 5½ lineas longum eſt; cauda 1⅓ pollicem; digitorum medius 6½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus lateralibus fere æqualis. Extremitates alarum 8¼ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad unius pollicis diſtantiam ultra caudæ exortum protenduntur. Roſtrum corneo colore imbutum. Pedes, unguesque dilute fuſci. Habitat in *Surinamenſi Regione & Peruvia.*

** 14. Tangara Brasiliensis viridis.

Tangara viridis, inferne ad luteum vergens; macula utrinque roſtrum inter & oculum nigra; tænia infra oculos ſaturate cœrulea; gutture nigro; tectricibus alarum ſuperioribus minimis beryllinis; ex 12 rectricibus quarum ſcapi ſuperius nigricant inferius candicant, lateralibus viridi-cœruleis. . . . . Le Tangara verd du Brésil.

Craſſitie *Paſſerem domeſticum* paululum antecellit. Ipſius longitudo 6¼ pollices æquat. Roſtrum 9½ lineas longum eſt; oris enim rictus ſub oculos usque pro-

protenditur; cauda 2⅓ pollices longa; digitorum medius 6½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus autem extimo æqualis. Extremitates alarum 8⅚ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Roſtrum nigricans. Pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Mexico*, *Peruvia* & *Braſilia*.

15. TANGARA VARIA NOVÆ HISPANIÆ.

Tangara ſuperne ex nigro & viridi variegata, inferne lutea, albicantibus maculis notata; vertice cœruleo; remigibus, rectricibusque 12 ſaturate viridibus, maculis dilutius viridibus hinc inde permixtis. . . . LE TANGACA VARIÉ DE LA NOUVELLE ESPAGNE.

Avis anonyma Novæ Hiſpaniæ. *Hernand.*

Magnitudine & craſſitie ad *Paſſerem domeſticum* accedit. Oculorum & roſtri color eſt nigerrimus. Pedes fuſci. Habitat in *Nova Hiſpania.*

16. TANGARA BRASILIENSIS NIGRA.

Tangara nigra, chalybis politi colore reſplendens; tectricibus alarum inferioribus albicantibus; rectricibus 12 nigris, chalybis politi colore reſplendentibus. . . . LE TANGARA NOIR DU BRÉSIL.

Carduelis Braſiliana, Jacarini Marcgravio. *Willugb.* Jacarini Braſilienſibus. *Marcgr. Jonſt. Edwards, avec une figure paſſable.* *Anglice*, JACARINI.

Carduelem magnitudine circiter æquat. Oculorum irides cœruleæ. Pone oculos amplum eſt foramen loco aurium. Roſtrum habet craſſum, cinereum; pedes quoque cinereos. Habitat in *Braſilia.*

†. ** 17. TANGARA CAYENENSIS NIGRA.

Tangara nigra, chalybis politi colore reſplendens; macula utrinque in pectore lutea, ad aurantium

vergente; tectricibus alarum inferioribus corpori finitimis sulphureis, reliquis candidis; remigibus, & 12 rectricibus nigris, superne chalybis politi colore resplendentibus. . . . . LE TANGARA NOIR DE CAYENNE.

Passeri domestico crassitie cedit. Ipsius longitudo $4\frac{1}{12}$ pollices explet. Rostrum 6 lineas longum est; cauda 14 lineas; digitorum medius $6\frac{1}{3}$ lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus anticorum extimum æquat. Extremitatum alarum distantia est $6\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Cayena*.

†. ** 18. TANGARA BRASILIENSIS NIGRO-LUTEA.

Tangara superne nigra, chalybis politi colore resplendens, inferne lutea; syncipite luteo; remigibus interius prima medietate candidis; rectricibus 12 nigris, chalybis politi colore resplendentibus, lateralibus interius ultima medietate albis. (*Mas*).

Tangara superne viridi-olivacea, inferne flavo-olivacea; syncipite ad flavum inclinante; gutture cinereo, macula flavicante notato; remigibus, atque rectricibus saturate cinereis, oris exterioribus viridi-olivaceis, duabus utrinque extimis interius in margine albis. (*Fœmina*). . . . LE TANGARA NOIR ET JAUNE DU BRESIL.

Teitei Brasiliensibus, quam etiam vocant Guira-nhemgeta & Guraundi. *Marcgr. Jonst. Willugb. Raj.* Guranhæengera. *Joan. de Laët.* Fringilla violacea. *Linn.* Mésange dorée. *Edwards, avec une figure exacte. Anglice*, GOLDEN TIT-MOUSE.

Præcedenti nonnihil crassitie cedit. Ipsius longitudo $5\frac{3}{4}$ pollices æquat. Rostrum $5\frac{1}{3}$ lineas longum est; cauda 15 lineas; digitorum medius $6\frac{1}{3}$ lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus omnium brevissimus. Extremitates alarum $7\frac{3}{4}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes

partes protenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque nigri.

Fœmina coloribus a *mare* diſcrepat. Roſtrum nigricat, excepto mandibulæ inferioris exortu candido. Pedes, unguesque fuſceſcunt.

Habitant in *Cayena*, & *Braſilia*.

†. ** 19. TANGARA CAYENENSIS NIGRO-LUTEA.

Tangara ſuperne nigra, chalybis politi colore refulgens, inferne lutea; ſyncipite luteo; univerſo collo nigro; remigibus interius prima medietate candidis; rectricibus 12 nigris, chalybis politi colore reſplendentibus, extima interius alba macula inſignita. . . . LE TANGARA NOIR ET JAUNE DE CAYENNE.

Minima eſt hæc ſpecies. Ipſius longitudo $3\frac{3}{4}$ pollices æquat. Roſtrum 5 lineas longum eſt; cauda 13 lineas; digitorum medius $5\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus omnium breviſſimus. Extremitatum alarum diſtantia eſt $5\frac{3}{4}$ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Roſtrum griſeum, excepto apice nigricante. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *Cayena*.

20. TANGARA BRASILIENSIS LEUCOCEPHALOS.

Tangara ſuperne fuſco-nigricans, inferne dilute flava; ſyncipite albo; collo inferiore dilute rubro; pectore & alis ex ſaturate rubro purpuraſcentibus; rectricibus fuſco-nigricantibus. . . . LE TANGARA A TESTE BLANCHE DU BRÉSIL.

Quatoztli, ſeu Avicula, Carduelis, minor, Braſilienſis. *Seb. hujus icon non ſatis accurata.*

Craſſitie *Tangaram Braſilienſem nigro-luteam* circiter æquat. Ipſius longitudo 4 circiter pollices explet. Roſtrum $4\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda 14 lineas; digitorum medius 5 lineas: laterales paulo

ſunt breviores; & poſticus laterales æquat. Alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Roſtrum, pedesque flavi. Habitat in *Braſilia*.

†. ** 21. TANGARA DOMINICENSIS.

Tangara ſuperne fuſca, inferne ſordide alba, maculis longitudinalibus fuſcis varia; remigibus, & ex 12 rectricibus, lateralibus fuſcis, oris exterioribus olivaceis; cauda parumper bifurca. . . . LE TANGARA DE S. DOMINGUE, OU L'ESCLAVE.

Paſſerem domeſticum craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 6½ pollices explet. Roſtrum 9 lineas longum eſt; cauda 2½ pollices; digitorum medius 10½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus intimo æqualis. Extremitatum alarum diſtantia eſt 9¾ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra tertiam caudæ partem extenduntur. Roſtrum griſeo—fuſcum. Pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Dominicenſi Inſula*.

22. TANGERA BRASILIENSIS FLAVA.

Tangara obſcure flava, ventre maculis nigris vario; collo inferiore & pectore nigris; remigibus fuſco nigricantibus; & 12 rectricibus etiam fuſco-nigricantibus, ſed oris exterioribus thalaſſinis. . . . LE TANGARA JAUNE DU BRESIL.

Guira-perea Braſilienſibus. *Marcgr. Jonſt. Willugb. Raj.*

Cum *Alauda* magnitudine convenit. Caudam habet 2 pollices longam. Alæ complicatæ caudam extremam non attingunt. Roſtrum, unguesque nigricantes; pedes obſcure cinerei. Habitat in *Braſilia*.

†. ** 23. EPISCOPUS AVIS.

Tangara ſuperne cinerea, inferne cinereo—alba, aliqua viriditate mixta; tectricibus alarum minoribus cinereo—albo—violaceis; remigibus interius

rius nigris, majoribus exterius cœruleis, minoribus exterius cœruleo—viridibus; rectricibus 12 saturate cœruleis, ad viride vergentibus, oris exterioribus dilutius cœruleis. . . . L'EVESQUE.

Craſſitie *Montifringillam* circiter æmulatur. Ipſius longitudo 6$\frac{1}{3}$ pollices æquat. Roſtrum 8 lineas longum eſt; cauda 2$\frac{2}{3}$ pollices; digitorum medius 6$\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus lateralium longitudinem nonnihil ſuperat. Extremitates alarum 10$\frac{2}{3}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Mandibula ſuperior nigricat, inferior cineraſcit. Pedes, unguesque cinerei. Habitat in *Braſilia.*

†. ** 24. CARDINALIS.

Tangara coccinea, alis, cauda, cruribusque nigris. . . . LE CARDINAL.

Paſſer Erythromelanus Indicus ſine uropygio; ſeu Paſſer Indicus alius porphyromelanus caudatus, aut Merula Braſilica. *Aldrov. Willugb. Raj. Jonſt. Charlet.* Tiepiranga. *Piſon. Marcgr.* Chiltototl. *Fern.* Chiltototl quarta. *Raj.* Merle de Bréſil. *Bel.*

Paſſerem domeſticum paululum craſſitie ſuperat. Ipſius longitudo 7$\frac{1}{4}$ pollices explet. Roſtrum 9 lineas longum eſt; cauda 2$\frac{3}{4}$ pollices: digitorum medius 8 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil longitudine antecellit. Extremitates alarum 9$\frac{5}{6}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Mandibula ſuperior nigricat; inferior ab ipſius exortu ad mediam longitudinem usque albet, in reliqua longitudine nigricat. Pedes, unguesque pariter nigricant. Habitat in *Mexico* & *Braſilia.*

25. CARDINALIS NÆVIUS.

Tangara coccinea; pectore & dorſo ſupremo maculis lunatis vireſcentibus variegatis; alis, caudaque nigris. . . . LE CARDINAL TACHETÉ.

Merula

Merula Apus Indica. *Aldrov. Jonst. Charlet.*

Magnitudine & craſſitie præcedentem æmulatur. Mandibula ſuperior nigra ; inferior ab exortu ad mediam circiter longitudinem usque candicans, a medietate ad apicem nigra. Pedes habet veriſimiliter nigros. Habitat forſan, ut præcedens, in *Braſilia.*

26. CARDINALIS TORQUATUS.

Tangara coccinea ; maculis binis in utroque colli latere ſemi-lunaribus cœruleis; alis & cauda nigris; marginibus alarum cœruleis. . . . LE CARDINAL A COLLIER.

Paſſer Indicus ſine uropygio alius cyanerythromelas. *Aldrov. Willugh. Raj. Jonſt.*

Magnitudine & craſſitie præcedentes circiter æquat. Roſtrum nigrum eſt, attamen prope frontem album. Pedes breves, nigri. Habitat forſan, ut præcedentes, in *Braſilia.*

27. CARDINALIS MEXICANUS.

Tangara coccinea; collo ſuperiore viridi; capite, alis & cauda amethyſtinis; qualibet alarum penna circumferentia lineari ſubviridi, in medio intercurrente, prædita. . . . LE CARDINAL DU MEXIQUE.

Avis Mexicana Pſittaci colore. *Hernand.*

Magnitudine & craſſitie præcedentes circiter æmulatur. Oculorum pupilla eſt ſaturate cœrulea; ipſorum vero irides valde albent. Roſtrum cinereum totum. Pedes inter cinereum & violaceum ambigunt. Habitat in *Mexico.*

†. ** 28. CARDINALIS CANADENSIS.

Tangara rubra ; remigibus pleriſque fuſcis, oris interioribus albis ; tectricibus alarum, rectricibusque 12 nigris ; apicis rectricum margine alba ; cauda

da nonnihil bifurca. . . . LE CARDINAL DE CANADA.

Craffitie *Pafferem domefticum* æquat. Ipfius longitudo 6¼ pollices explet. Roftrum 8 lineas longum eft; cauda 2$\frac{1}{12}$ pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo funt breviores; pofticus omnium breviffimus. Extremitates alarum 11 pollicum intervallo diftant; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protenduntur. Roftrum corneo colore tinctum. Pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Canada*.

†. ** 29. CARDINALIS PURPUREUS.

Tangara obfcure purpurea; remigibus, rectricibus, cruribusque fplendide nigris. (*Mas*).
Tangara fuperne fufca, purpureo obfcuro mixta, inferne rubefcens; remigibus, rectricibusque fufcis. (*Fœmina*). . . . LE CARDINAL POURPRÉ.

Chichiltototl Tepuzcullulæ: *Fern.* Merle à gorge rouge. *Edwards, avec une figure exacte.* *Anglice*, RED-BREASTED BLACK-BIRD.

Craffitie *Pafferem domefticum* paululum antecellit. Ipfius longitudo 6¼ pollices æquat. Roftrum 9 lineas longum eft; cauda 2½ pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo funt breviores; & pofticus omnium breviffimus. Extremitatum alarum diftantia eft 9½ pollicum; alæ complicatæ ultra tertiam caudæ partem non multum extenduntur. Rostrum, pedes, unguesque nigri.

Fœmina colore a mare differt. Roftrum, pedes, unguesque fufci. Habitant in *Cayena*.

30. CARDINALIS FUSCUS.

Tangara fuperne obfcure fufca, marginibus pennarum dilutius fufcis, inferne coccinea; imo ventre & cruribus obfcure fufcis; marginibus alarum coccineis; remigibus, rectricibusque obfcure fufcis,

oris

oris exterioribus dilutioribus. . . . LE CARDINAL BRUN.

Emberiza militaris. *Linn.* Fringilla fusca, Americana. *Klein.* Grande Pivoine. *Edwards, avec une figure exacte.*

Crassitie *Montifringillam* circiter æquat. Ipsius longitudo 5½ pollices circiter explet. Rostrum 7½ lineas longum est; cauda 1¾ pollicem; digitorum medius 8 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus adhuc brevior. Alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes protenduntur. Rostrum candidum. Pedes, unguesque dilute fusci. Secundum *Edwardum*, habitat in *America.*

†. ** 31. TANGARA CAYENENSIS VARIA CHLOROCEPHALOS.

Tangara viridi-lutescens; plumulis basim rostri ambientibus, dorso supremo & gutture infimo splendide nigris; capite viridi-beryllino; collo superiore viridi, ad aureum colorem vergente; collo inferiore & pectore cœruleo beryllinis; dorso infimo & uropygio luteo-aurantiis; alarum tectricibus superioribus minimis & mediis cœruleo-violaceis; remigibus, & ex 12 rectricibus, quatuor intermediis nigro-virescentibus, quatuor utrinque extimis nigris, omnibus exterius dilute viridi marginatis, binis intermediis macula cœruleo-violacea exterius versus apicem notatis. . . . LE TANGARA VARIÉ A TESTE VERTE DE CAYENNE.

Cum *Passere domestico* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo 5¼ pollices æquat. Rostrum 6 lineas longum est; cauda $1\frac{11}{12}$ pollicem; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus laterales paululum excedit. Extremitatum alarum distantia est 7¼ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Cauda

da eſt nonnihil bifurca. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque plumbeo colore tincti. Habitat in *Cayena.*

†. ** 32. TANGARA CAYENENSIS VARIA CYANOCEPHALOS.

Tangara dilute viridis; plumulis baſim roſtri ambientibus & dorſo ſupremo ſplendide nigris; ſyncipite viridi—beryllino; capite ſuperiore & gutture cœruleo—violaceis; genis & collo ſuperiore rubro—aurantiis; tænia transverſa in alis aurantia; rectricibus 12, quatuor intermediis obſcure viridibus, quatuor utrinque extimis, ac remigibus, nigris, omnibus exterius dilute viridi marginatis; cruribus dilute fulvis, extrinſecus viridi—luteis. . . . LE TANGARA VARIÉ A TESTE BLEUE DE CAYENNE.

Craſſitie & magnitudine præcedentem æmulatur. Cauda eſt nonnihil bifurca. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque plumbeo colore imbuti. Habitat in *Cayena.*

†. ** 33. TANGARA CAYENENNIS NIGRA CRISTATA.

Tangara criſtata, nigricans; criſta aurantia; pennis baſim roſtri ambientibus nigris; gutture, dorſo infimo & uropygio dilute fulvis; macula in alis candida; rectricibus 12 nigricantibus. . . . LE TANGARA NOIR HUPÉ DE CAYENNE.

Cum *Paſſere domeſtico* craſſitie circiter convenit. Ipſius longitudo $6\frac{1}{4}$ pollices æquat. Roſtrum $7\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $2\frac{3}{4}$ pollices; digitorum medius $2\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus laterales adæquat. Extremitates alarum $8\frac{2}{3}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ nonnihil ultra tertiam caudæ partem extenduntur. Roſtrum nigrum: mandibulæ ſuperioris margines verſus mediam

diam illius longitudinem ſunt anguloſæ. Pedes, unguesque nigricant. Habitat in *Cayena.*

†. ** 34. CARDINALIS AMERICANUS.

Tangara ſuperne ſplendide nigra, inferne nivea; capite & gutture ſupremo coccineis, gutture infimo obſcure purpuraſcente; ex remigibus 18, fuſcis 8; rectricibus 12 nigricantibus, binis intermediis longioribus. . . . LE CARDINAL D'AMÉRIQUE.

Cardinali Dominicano craſſitie cedit. Ipſius longitudo $6\frac{3}{4}$ pollices æquat. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda $2\frac{7}{12}$ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus anticorum extimum æquat. Extremitates alarum $9\frac{1}{4}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Mandibula ſuperior fuſca, inferior albida, ſed in extremitate etiam fuſca. Pedes unguesque griſei. Habitat in *America.*

XXXII. *Genus Carduelis.*

Hujus character eſt

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti:

Crura ad calcaneum usque plumoſa:

Roſtrum conico–attenuatum; in apicem gracilem & longum exeuns:

Mandibula utraque recta, integra.

** 1. CARDUELIS.

Carduelis ſuperne fuſco–rufeſcens, inferne albicans; capite anterius & gutture rubris; genis exigua tænia nigra inſignitis; occipitio nigro; remigibus nigris, apice albis, prima medietate exterius luteis; rectricibus 12 nigris, ſex intermediis apice

apice albis, duabus utrinque extimis interius albo maculatis. . . . LE CHARDONNERET.

Carduelis capite rubro, corpore fulvo, &c. *Barr.* Carduelis. *Gesn. Schwenck. Bell. Aldrov. Jonst. Willugb. Sibbald. Raj. Frisch. maris & fœminæ icones accuratæ. Linn.* Carduelis; Chrysomitris; Aurivittis. *Charlet.* Carduelis, seu Astragalinus; Zena Bellonii; Aurivittis Ornithologorum; Chrysomitres. *Rzac.* Cardello. *Olina, hujus icon accurata.* Aurivittis. *Gesn.* Fringilla Jovis; Carduelis. *Klein.* Chardonneret. *Bel. Alb. Germanice*, DISTEL-FINCK. *Belgice*, PITTER. *Anglice*, GOLD-FINCH.

Ipsius longitudo $5\frac{1}{4}$ pollices æquat. Rostrum 6 lineas longum est; cauda $1\frac{1}{12}$ pollicem; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus extimo æqualis. Extremitates alarum 9 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Rostrum album, excepto apice nigricante. Pedes, unguesque fusci.

Cardueles gregatim volant. Hieme Carduorum capitibus insident & ipsorum seminibus vescuntur.

Hujus speciei varietates sunt

A. CARDUELIS LEUCOCEPHALOS.

LE CHARDONNERET A TESTE BLANCHE.

Carduelis ciliis albis. *Aldrov. Jonst. Willugb.*

In omnibus cum præcedente convenit, nisi quod circa rostrum & oculos, niveo candore resplendeat, illa vero rubeat.

B. CARDUELIS CAPITE STRIATO.

LE CHARDONNERET A TESTE RAYÉE.

Fringilla subfusca, capite varie striato, *Browne. Anglice* GOLD-FINCH.

A *Carduele vulgari* differt capite varie striato, striis quandoque rubris, quandoque flavis.

C. CARDUELIS MELANOCEPHALOS.

LE CHARDONNERET A TESTE NOIRE.

Chardonneret tirant ſur l'Hirondelle. *Alb.* *Anglice* SWALLOW GOLD-FINCK.

Præcedentes magnitudine circiter adæquat. Caput, guttur & collum nigra ſunt; quam nigredinem prope roſtrum, maculæ rubræ variegant. Superne ex fuſco flaveſcit. Inferne eleganter albet. Alæ & cauda iisdem variegantur coloribus ac in *Carduele vulgari*. Oculorum irides flavicantes. Roſtrum pallide carneo colore tinctum. Pedes, unguesque pariter carneo, ſed ſaturatiore, colore tincti.

D. CARDUELIS ALBIDA.

LE CHARDONNERET BLANCHASTRE.

Carduelis ſubalbida. *Aldrov. Willugb.*

Magnitudine & craſſitie *Cardueli vulgari* ſimilis; ſed ab illa colore multum diſcrepans. In parte capitis anteriore, ſyncipite ſcilicet, genis & gutture, rubet; cæteræ autem corporis partes, ſunt ſubalbidæ. Alæ (excepta ſordide in hac lutea tænia transverſa, quæ in aliis quoque cernitur,) & cauda ex cinereo fuſceſcunt.

†. ** E. CARDUELIS CANDIDA.

LE CHARDONNERET BLANC.

Carduelis alba, capite rubro. *Aldrov. Willugb.*

Cum *Carduele vulgari* magnitudine convenit. Ab illa autem colore diſcrepat. In univerſo corpore alba eſt, excepto tamen plerarumque alarum remigum latere exteriore luteo. Alarum tectrices aliquid quoque lutei admixtum habent. Ex minoribus remigibus aliquot ab ipſarum media longitudine verſus apicem usque album ſunt nigræ. Roſtrum candidum, excepto apice nigricante. Pedes, ungues-

que

que candidi. Quædam, *Carduelis vulgaris* inſtar, in capite anteriore rubent.

†. ** F. CARDUELIS NIGRA.

LE CHARDONNERET NOIR.

Magnitudine præcedentem æmulatur. Ab illa colore differt. Per univerſum corpus nigra eſt, exceptis tamen ex remigibus majoribus quatuor, ab ipſarum exortu ad mediam circiter longitudinem in latere exteriore eleganti ſulphureo colore tinctis, & in latere interiore candidis: minores ſunt quoque ab exortu ad medietatem usque in latere interiore candidæ; & ex iſtis una ſordide albo terminatur. Roſtrum, pedes, unguesque candicant.

G. CARDUELIS NIGRA ICTEROCEPHALOS.

LE CHARDONNERET NOIR A TESTE JAUNE.

Cardueli congener. *Aldrov. Willugb. Raj.*

Carduelem vulgarem corporis mole ſuperat, & *Fringillam* adæquat. Roſtrum circumdat faſciola crocei ſplendentis coloris. Reliquum caput, collum, dorſum, uropygium, pennæ ſcapulares & tectrices caudæ ſuperiores ſunt ſubnigræ. Pectus ex nigro vireſcit, & ex cinereo ad fuſcum vergit Alarum margines nigro—vireſcentes. Remiges atræ colore albo, multo magis quam in vulgari, interſtinguuntur. Quod in aliis *Carduelibus* luteum eſt, in hac fere palleſcit. Rectrices nigræ: in binis vero utrinque extimis aliquid albi in latere interiore cernere licet. Oculi quales in *Carduele vulgari*, ſed majores.

** H. CARDUELIS HYBRIDA.

LE CHARDONNERET MULET.

Chardonneret, qui tient du Serin des Canaries. *Alb. avec une figure paſſable.* *Anglice* CANARIE GOLD-FINCK.

Carduelem vulgarem craſſitie circiter æquat. Caput

iisdem variegatur coloribus, sed non ita splendidis. Corpus in tota parte superiore minus habet fusci, & magis ad luteum inclinat. Inferne luteo tingitur colore. Alæ iisdem ac in *Carduele vulgari* coloribus ornantur. Caudam componunt 12 rectrices luteæ, apicibus nigris præditæ. Rostrum, pedes, unguesque carneo colore imbuuntur.

2. CARDUELIS SUECICA.

Carduelis superne ex cinereo nigrescens, inferne albicans; pectore rufo; alarum tectricibus rufis & nigris; remigibus nigris; rectricibus 12 cinereo-nigrescentibus. . . . LE CHARDONNERET DE SUEDE.

Fringilla Lulensis. *Linn.*

Magnitudine & crassitie *Carduelem nostratem* circiter æquat. Rostrum fuscum. Habitat in *Suecia*, in *Westrobotniæ* Provincia.

** 3. CARDUELIS AMERICANA.

Carduelis lutea; vertice nigro; cruribus & tectricibus caudæ superioribus cinereo albis; tænia transversa in alis candida; remigibus, rectricibusque 12 nigris, minorum remigum oris exterioribus & in apice albis. . . . LE CHARDONNERET D'AMERIQUE.

Fringilla tristis. *Linn.* Fringilla, Carduelis Americana. *Klein.* Chardonneret de l'Amérique. *Catesb. avec une assez bonne figure. Edwards avec des figures exactes. Anglice*, AMERICAN GOLD-FINCK.

Crassitie cum *Linaria* circiter convenit. Ipsius longitudo 4⅓ pollices explet. Rostrum 5½ lineas longum est; cauda 1½ pollicem; digitorum medius 5 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus laterales nonnihil superat. Extremitates alarum 7¼ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protenduntur. Rostrum, pedes, un-

unguesque candidi. Habitat in *America Septentrionali.*

** 4. LIGURINUS.

Carduelis ſuperne viridi-olivaceo-flaveſcens, inferne candicans, luteo admixto; pectore citrino; vertice nigro; gutture fuſco; alis tænia una transverſa viridi-olivacea, altera viridi-olivacea flaveſcente, diſtinctis; remigibus ex nigro & luteo variis; ex 12 rectricibus lateralibus luteis, in apice nigricantibus, extima in ultima medietate exterius nigricante. . . . LE TARIN.

Carduelis vireſcens, capite & alis nigris. *Barr.* Acanthis. *Geſn. Jonſt.* Spinus. *Linn. Aldrov. Charlet. Willugb. Raj.* Spinus, ſeu Ligurinus; Serinus; Citrina; Luteola; Zizela. *Rzac.* Luteola Germanica. *Schwenck.* Linaria viridis; Acanthis. *Friſch. hujus icones accuratæ. Klein.* Lucarino. *Olina.* Verdier. *Alb.* *Germanice*, ZYSELE. *Belgice*, CIISKEN. *Anglice*, SISKIN.

Craſſitie ad *Linariam* accedit. Ipſius longitudo $4\frac{3}{4}$ pollices æquat. Roſtrum 5 lineas longum eſt; cauda $1\frac{3}{4}$ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus lateralibus longior. Extremitatum alarum diſtantia eſt $7\frac{2}{3}$ pollicum; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum candidum, apice nigricante. Pedes, unguesque griſei.

Fœmina a *mare* diſcrepat pennis nigris, capitis verticem cooperientibus, margine griſea præditis; & gutture albo.

In *Europa* frequens.

Hujus ſpeciei varietas eſt

A. LIGURINUS-NIGER.

LE TARIN NOIR.

Luteola nigra. *Schwenck.* Linaria ſ. Luteola nigra *Klein.* *Germanice*, SCHWARTZER ZEISIG.

A præcedente differt colore in toto corpore nigro, præter capitis verticem, qui flavefcit.

5. LIGURINUS MEXICANUS.

Carduelis fuperne ex fufco virefcens, inferne ex albo pallefcens; remigibus, rectricibusque fufco-virefcentibus. . . . LE TARIN DU MEXIQUE.

Acatechichictli, feu Avis confricans fe ad Arundines. *Fern. Raj.*

Cardueli nonnihil craffitie & magnitudine cedit. Cantu *Ligurinum noftratem* æmulatur, ac fimili vescitur alimento. Habitat in *Mexico*, & circa arundines verfatur.

6. LIGURINUS MEXICANUS NIGER.

Carduelis fuperne fubnigro & fulvo varia, inferne candida; remigibus, rectricibusque fubnigris, fulvo variis. . . . LE TARIN NOIR DU MEXIQUE.

Cacatototl. *Fern. Raj.*

Magnitudine & craffitie *Ligurinum noftratem* æquat. Pedes cinerei. Jucunde canit. Habitat in *Mexico*, cujus planities frequentat.

7. CARDUELIS VIRIDIS.

Carduelis fuperne viridi-flavicans, inferne alba, fufco transverfim ftriata; capite anteriore & gutture coccineis; pectore viridi-olivaceo; remigibus majoribus nigricantibus, minoribus exterius rubro fimbriatis; 12 rectricibus fuperne coccineis, fubtus cinereis. . . . LE CHARDONNERET VERD.

Melba. *Linn.* Chardonneret verd. *Edwards, avec une figure exacte. Anglice*, GREEN GOLD-FINCH.

Cum *Carduele noftrati* craffitie circiter convenit. In utroque capitis latere, roftrum inter & oculum, parvum extat fpatium plumis denudatum, & cute

fo-

ſolummodo cinereo-cœruleſcente coopertum. Roſtrum ex carneo colore rubeſcit. Pedes unguesque ſunt griſei.

XXXIII. *Genus Paſſerinum.*

Hujus character eſt

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus, omnes circiter usque ad exortum diſcreti:

Crura ad calcaneum usque plumoſa:

Roſtrum conico-attenuatum, in apicem craſſum & brevem exeuns:

Mandibula utraque recta, integra:

Baſis roſtri capiti latitudine multo cedens.

** 1. Passer domesticus.

Paſſer ſuperne nigro & rufo varius, inferne cinereo-albus; vertice cinereo, tænia ſpadicea cincto; genis cinereis; oculorum ambitu nigro; gutture nigro, marginibus pennarum cinereis; tænia in alis transverſa alba; rectricibus 12, ac remigibus, ſubtus cinereis, ſuperne ſaturate fuſcis, oris exterioribus griſeo-rufeſcentibus. (*Mas*).

Paſſer ſuperne nigricante & rufeſcente varius, inferne cinereo-albus; faſcia pone oculos longitudinali fulva; tænia in alis transverſa albo-rufeſcente; rectricibus ſubtus cinereis, ſuperne griſeo-rufeſcentibus. (*Fœmina*). Le Moineau franc.

Paſſer mento & roſtro nigris, &c. *Barr.* Paſſer. *Geſn. Aldrov. Jonſt. Proſp. Alp.* Paſſer domeſticus. *Schwenck. Sibbald. Raj. Rzac. Friſch. maris & fœminæ icones accuratæ. Charlet. Willugb. Klein.* Fringilla domeſtica. *Linn.* Paſſera noſtrale. *Olina.* Moineau. *Alb.* Moineau; Moucet, Moiſſon, Paiſſe; Paſſereau; Paſſerat. *Bel.* *Germanice*, Spatz. *Belgice*, Musche. *Anglice*, Sparrow.

Ipſius longitudo $5\frac{5}{6}$ pollices æquat. Roſtrum 6 li-

lineas longum eſt; cauda $2\frac{1}{12}$ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus laterales, paululum ſuperat. Extremitates alarum $8\frac{2}{3}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad tertiam caudæ partem extenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum nigricans, mandibulæ inferioris baſi flavicante. Pedes, unguesque griſeo—fuſci.

Fœmina craſſitie paululum *mari* cedit: ab illo quoque coloribus diſcrepat. Cauda, ut in *mare*, bifurca. Roſtrum. pedes, unguesque griſeo-fuſci. Seminibus & *Inſectis* victitant. In murorum foraminibus nidificant.

Hujus ſpeciei varietates ſunt

** A. PASSER CANDIDUS.

LE MOINEAU-BLANC.

Paſſer albus. *Aldrov. Jonſt. Charlet. Rzac. Barr. Willugh.* Paſſer niveus. *Schwenck. Muſ. Worm.* *Germanice*, WEISSER SPERLING.

A præcedente diſcrepat colore in univerſo corpore candido, ſi roſtrum, pedesque excipias, qui flavi ſunt. Oculorum nigram pupillam lutea iris ambit Reperiuntur quoque qui partim albent, partim *Paſſeris vulgaris* coloribus variegantur.

B. PASSER FLAVUS.

LE MOINEAU JAUNE.

Aldrov. Jonſt. Charlet. Willugh.

Magnitudine, craſſitie & toto corporis habitu *Paſſerem vulgarem* æmulatur; ab illo autem colore differt; eſt enim totus flavus, præter oculos, qui nigri ſunt. Superne ad caſtaneum color vergit. Roſtrum flavum. Crura & pedes caſtanei; ungues vero longiuſculi, nigri.

** 2. PASSER MONTANUS.

Paſſer ſuperne nigro & rufo varius, inferne ſordide albus; (capite caſtaneo; gutture nigro; *mas*)

ma-

macula nigra verſus aures ſita ; collo ſuperiore torque albo cincto; tænia duplici in alis transverſa alba ; rectricibus 12 fuſcis, oris exterioribus rufeſcentibus. . . . LE MOINEAU DE MONTAGNE.

Aldrov. Schwenck. Jonſt. Charlet. Raj Rzac. Willugh. Paſſer montanus, minimus. *Klein.* Paſſer mento luteſcente &c. *Barr.* Fringilla montana. *Linn.* Paſſarinus. *Geſn.* Paſſera montanina. *Olina hujus icon ſatis accurata.* Moineau de montagne. *Alb. Edwards, avec des figures exactes. Germanice,* BERG-SPERLING. *Anglice*, MOUNTAIN SPARROW.

Præcedenti nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo 5½ pollices æquat. Roſtrum 6 lineas longum eſt ; cauda 2 pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus autem laterales nonnihil longitudine excedit. Extremitatum alarum diſtantia eſt 8½ pollicum ; alæ complicatæ ad tertiam circiter caudæ partem extenduntur. Oculorum irides ex cinereo ad avellaneum, colorem vergunt. Roſtrum , unguesque nigri; pedes vero flavicantes.

Fœmina a *mare* diſcrepat in eo quod caput non habeat caſtaneo colore imbutum , & maculis nigris circa aures careat. Habitant in locis montoſis & ſilvigeris.

** 3. PASSER CAMPESTRIS.

Paſſer ſuperne nigro & rufeſcente varius, uropygio griſeo; in genis albidis, macula & tænia nigra; inferne cinereo–albus ; (vertice ſpadiceo; gutture nigro; *mas*) tænia duplici in alis transverſa alba ; rectricibus 12 griſeo fuſcis, oris exterioribus rufeſcentibus.... LE MOINEAU DE CAMPAGNE, OU LE FRIQUET.

Paſſer ſylveſtris. Paſſer in Juglandibus degens. *Aldrov. Jonſt. Charlet. Friſch. hujus icon accurata. Willug. Raj.* Paſſer campeſtris. *Sibbald. Rzac.* Paſſer arboreus, montanus ferus. *Klein.* Moineau de Noyer; Friquet. *Bel.* Moineau à tête rouge. *Alb. Germanice* BAUM-SPERLING. *Anglice* RED HEADED SPARROW.

Paſſeri domeſtico nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo $5\frac{1}{4}$ pollices æquat. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum medius $7\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus laterales nonnihil ſuperat. Extremitates alarum $7\frac{1}{2}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque griſei.

Fœmina a *mare* differt in eo quod capitis verticem non habeat ſpadiceo colore tinctum, & maculis nigris in capite & ſub gutture deſtituatur. In arboribus maximis nidificat hæc ſpecies.

** 4. Passer torquatus.

Paſſer ſuperne ſaturate fuſco & refuſcente varius; uropygio griſeo; inferne cinereo—albus; (vertice ſpadiceo; gutture nigro; *mas*) collo torque albido cincto; rectricibus 12 griſeo—fuſcis, oris exterioribus rufeſcentibus.... Le Moineau a collier.

Schwenck. Charlet. Paſſer torquatus, ſeu Paſſer campeſtris; Paſſer ſylvaticus. *Rzac.* Paſſer Pyrenæus bœticus, torquatus. *Barr.* *Germanice*, Ringel-Spatz.

Præcedenti paululum craſſitie cedit. Ipſius longitudo $4\frac{2}{3}$ pollices explet. Roſtrum $4\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $1\frac{2}{3}$ pollicem; digitorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil ſuperat. Extremitates alarum $6\frac{1}{3}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad tertiam caudæ partem extenduntur. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque griſeo-fuſci.

Fœmina a *mare* diſcrepat in eo quod capitis verticem non habeat ſpadiceo colore imbutum, & nigro ſub gutture careat.

5. Passer stultus.

Paſſer ſuperne griſeo-rufeſcens, maculis ferrugineis va-

varius, inferne flavescens; tænia duplici in alis transversa alba; remigibus, & 12 rectricibus, nigricantibus, oris exterioribus rufescentibus.... LE MOINEAU FOU.

Aldrov. Jonst. Raj. Willugb. Charlet. Passera mattugia. *Olina. hujus icon accurata. Anglice*, FOOLISH-SPARROW.

Magnitudine & crassitie *Passerem domesticum* æmulatur. Oculi majusculi; ipsorum irides luteæ. Rostrum rufum. Pedes, unguesque ex luteo rufescentes. Habitat in *Italia* circa *Bononiam*.

†. ** 6. PASSER SILVESTRIS.

Passer superne sordide griseus, maculis fuscis variegatus, inferne sordide albo & griseo varius; macula in collo inferiore lutea; tænia supra oculos sordide alba; ex 12 rectricibus, lateralibus in apice interius alba macula notatis.... LE MOINEAU DE BOIS.

Passer torquatus. *Aldrov. Jonst. Willugb. Raj.* Passer bœticus, pectore deaurato. *Barr.* Fringilla subcana, macula lutea in pectore. *Frisch. hujus icon non satis accurata. Klein.* Oenanthe congener. *Aldrov. Willugb. Raj.* Petronia marina. *Willugb. Ornith. Raj.* Moineau à la soulcie, ou au collier jaune. *Bel. Germanice*, GRAU-FINK.

Passerem domesticum crassitie paululum antecellit. Ipsius longitudo $5\frac{3}{4}$ pollices æquat. Rostrum 7 lineas longum; cauda $1\frac{11}{12}$ pollicem; digitorum medius $8\frac{1}{4}$ lineas: laterales paulo sunt breviores, posticus intimo æqualis. Extremitatum alarum distantia est $10\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ caudam extremam, excepto 4 linearum intervallo, pertingunt. Rostrum habet rostro *Passeris domestici* crassius & validius. Mandibula superior fusca, inferior griseo—alba, apice fusco. Pedes griseo-albi; ungues vero fusci. Habitat in silvis.

7. PASSER BONONIENSIS.

Paſſer ſuperne albo, nigro & ſubflavo variegatus, inferne ex albo flaveſcens; capite albo, maculis ſubluteis vario; rectricibus 12 ſuperne ſubflavis, ſubtus ex albo flaveſcentibus.... LE MOINEAU DE BOLOGNE.

Paſſer maculatus, ſive tricolor. *Aldrov. Willugb. Raj. Jonſt. Charlet. Rzac.* *Germanice*, MOSCHOWITER-SPERLING. *Anglice*, SPECKLED SPARROW.

Magnitudine & craſſitie *Paſſerem domeſticum* æmulatur. Oculorum pupilla nigra: ipſorum irides candidæ. Mandibula ſuperior flaveſcens; inferior vero penitus flava. Pedes, unguesque ex albo flaveſcentes. Habitat in *Italia* circa *Bononiam.*

8. PASSER ALBICILLA BONONIENSIS.

Paſſer ſuperne flavicans, maculis caſtaneis, lineolis candidis ornatis, variegatus, inferne ex albo luteſcens; capite albo-luteſcente; remigibus caſtaneis, oris luteis; 12 rectricibus cinereo-candicantibus.... LE MOINEAU DE BOLOGNE A QUEUE BLANCHE.

Paſſer Albicilla. *Aldrov. Jonſt. Charlet. Raj.*

Magnitudine & craſſitie præcedentem æquat, ſuperatve. Oculi nigri. Roſtrum candicans. Pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Italia* circa *Bononiam.*

9. PASSERCULUS BONONIENSIS.

Paſſer flaveſcens; pectore & ventre magis albicantibus; remigibus, rectricibusque flaveſcentibus.... LE PETIT MOINEAU DE BOLOGNE.

Paſſerculus Brachyuros noſtras. *Aldrov. Jonſt. Charlet. Willugb. Raj.* Paſſer flaveſcens. *Rzac.*

Craſſitie ad *Paſſerem campeſtrem* accedit; ſed cauda donatur multo breviori. Roſtrum intenſius luteum

teum eſt. Pedes, unguesque flaveſcentes. Habitat in *Italia* circa *Bononiam.*

10. PASSER SCLAVONICUS.

Paſſer ſuperne pallide rufeſcens, inferne candicans; remigibus, rectricibusque 12 pallide rufeſcentibus. . . . LE MOINEAU D'ESCLAVONIE.

Paſſer Illyricus. *Aldrov. hujus icon ſatis accurata. Wil. lugb. Raj.*

Magnitudine & craſſitie *Paſſerem domeſticum* antecellit. Cauda bifurca. Roſtrum candicat. Pedes ad carneum colorem inclinant; ungues vero ſunt nigri. Habitat in *Sclavonia.*

11. PASSER BENGALENSIS.

Paſſer ſuperne fuſcus, marginibus pennarum rufeſcentibus, inferne rufeſcens, flavo admixto; vertice flavo-aurantio; tænia transverſa in pectore fuſca; rectricibus fuſcis, oris exterioribus rufeſcentibus. . . . LE MOINEAU DE BENGALE.

Loxia Benghalenſis. *Linn.* Paſſer Bengalenſis. *Klein.* Moineau de Bengale. *Alb.* Moineau des Indes à tête jaune. *Edwards, avec une figure exacte. Anglice.* BENGALE-SPARROW.

Paſſerem domeſticum paululum craſſitie ſuperat. Ipſius longitudo $5\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Roſtrum 8 lineas longum eſt; cauda $1\frac{3}{4}$ pollicem; digitorum medius $7\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus cum lateralibus longitudine circiter convenit. Alæ complicatæ ad tres quartas caudæ partes protenduntur. Oculorum irides albidæ. Roſtrum corneo colore imbutum. Pedes aurantii; ungues vero cinerei.

Fœmina ſatis bene cum *mare* convenit; attamen coloribus imbuitur obſcurioribus. Pectus ipſius tænia equidem inſignitur transverſa fuſca, ſed minus quam in *mare* lata.

Ha-

Habitant in *Bengalensi* Regno.

12. PASSER MEXICANUS.

Passer superne obscure fuscus, maculis nigris varius, inferne dilute fuscus, maculis obscure fuscis variegatus; capite anterius, genis & gutture luteis; tænia pone oculos longitudinali fusca; remigibus, & 12 rectricibus nigricantibus. . . . . LE MOINEAU DU MEXIQUE.

Loxia Mexicana. *Linn.* Emberiza flava Mexicana. *Klein.* Linotte à tête jaune. *Edwards, avec une assez bonne figure.*

Crassitie *Montifringillam* circiter æquat. Ipsius longitudo $5\frac{2}{3}$ pollices circiter explet. Rostrum $6\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $2\frac{1}{6}$ pollices; digitorum medius $7\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus laterales nonnihil excedit. Alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Oculorum irides avellaneæ. Rostrum pallide carneo colore imbutum. Pedes fusci aut obscure corneo colore tincti; ungues vero nigricantes. Habitat in *Mexico.*

13. PASSER JAMAICENSIS.

Passer superne obscure fusco, albicante & xerampelino varius, inferne albus; collo inferiore & pectore dilute fuscis, ad luteum vergentibus; tænia supra oculos lutea; remigibus, rectricibusque 12 fuscis, apicibus remigum luteis. . . . . LE MOINEAU DE LA JAMAIQUE.

Passer pratorum. *Klein.* Alauda pratorum minor, rostro breviore. *Sloane.* The Savanna-Bird. *Raj.*

Passerem campestrem crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo 4 pollices explet. Rostrum 9 lineas longum est; cauda 15 circiter lineas; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus laterales circiter adæquat. Extremitatum alarum distantia est 7 pollicum; alæ complicatæ

tæ ad tertiam circiter caudæ partem extenduntur. Oculi nigri. Roſtrum obſcure fuſcum. Pedes, unguesque albicantes : ungues autem longi ſunt. In locis campeſtribus humi ſedet & currit *Alaudarum* more. Habitat in *Jamaïca*.

14. PASSER VIRGINIANUS.

Paſſer in toto corpore fuſcus, ſuperne ſaturatius, inferne dilutius ; remigibus, rectricibusque fuscis. . . . LE MOINEAU DE VIRGINIE.

Paſſerculus ſimpliciter. *Klein.* Petit Moineau. *Catesb. avec une figure exacte.* Linotte brune. *Edwards, avec une figure exacte. Anglice.* LITTLE-SPARROW.

Paſſeri campeſtri noſtrati craſſitie cedit. Ipſius longitudo 4¾ pollices circiter æquat. Roſtrum 4½ lineas longum eſt; cauda 2 pollices; digitorum medius 8½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; posticus anticorum extimum æquat. Alæ complicatæ ad tertiam caudæ partem extenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum, pedes, unguesque fuſci. *Inſectis* victitat. Habitat in *Virginia* & *Carolina*, in quibus prolem educat.

** 15. PASSER CANADENSIS.

Paſſer ſuperne caſtaneo & griſeo—fuſco varius, inferne cinereo—albus; vertice caſtaneo; macula ad baſin roſtri rufeſcente; tænia duplici in alis transverſa alba; remigibus majoribus & 12 rectricibus fuſcis, oris exterioribus griſeo—fuſcis. . . . LE MOINEAU DE CANADA.

Craſſitie ad *Paſſerem domeſticum* accedit. Ipſius longitudo 6¼ pollices explet. Roſtrum 5½ lineas longum eſt; cauda 2⅝ pollices; digitorum medius 9½ lineas; laterales paulo ſunt breviores; poſticus extimo æqualis. Extremitates alarum 9⅓ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam circiter caudam pertingunt. Cauda nonnihil bifurca. Roſ-

trum

trum rubeſcit; attamen in apice nigricat. Pedes, unguesque griſeo-fuſci. Habitat in *Canada.*

†. ** 16. Passer Capitis Bonæ Spei.

Paſſer ſuperne caſtaneus, inferne albus; capite & collo inferiore nigris; torque & tænia utrinque pone oculos albis; remigibus fuſcis, oris exterioribus ſordide griſeis; 12 rectricibus penitus fuscis. . . . Le Moineau du Cap de Bonne Esperance.

Craſſitie *Paſſerem domeſticum* æmulatur. Ipſius longitudo 6 pollices æquat. Roſtrum $6\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $2\frac{1}{4}$ pollices; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus extimo æqualis. Extremitates alarum 9 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam circiter caudam pertingunt. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Capite Bonæ Spei.*

†. ** 17. Passerculus Capitis Bonæ Spei.

Paſſer ſuperne caſtaneus, inferne albus; capite & collo nigris, nigredine ſupra pectus in acumen deſinente; remigibus plerisque nigricantibus; 12 rectricibus caſtaneis, lateralibus macula longitudinali nigricante in apice notatis. . . . Le petit Moineau du Cap de Bonne Espérance.

Alario. *Linn.* Paſſer capenſis. *Klein.* Moineau du Cap de Bonne Eſpérance. *Alb.* *Anglice.* Sparrow from the Cape of Good Hope.

Præcedenti multum craſſitie cedit. Ipſius longitudo $4\frac{1}{3}$ pollices æquat. Roſtrum 4 lineas longum eſt; cauda $1\frac{3}{4}$ pollicem; digitorum medius 7 lineas: laterales ſunt breviores; poſticus extimum æquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt $7\frac{1}{4}$ pollicum; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum dilute cinereum. Pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Capite Bonæ Spei.*

†. **

†. ** 18. PASSER ERYTHRORYNCHOS CAPITIS BONÆ SPEI.

Paſſer ſuperne nigricante & ruſeſcente varius, quid roſei circa baſim roſtri & ſupra oculos admixti habens; inferne albo-ruſeſcens, in lateribus maculis longitudinalibus, griſeo—fuſcis, variegatus; rectricibus 12 nigricantibus, oris exterioribus ruſeſcentibus; roſtro, unguibus, pedibusque roſeis. . . . LE MOINEAU A BEC ROUGE DU CAP DE BONNE ESPÉRANCE.

Paſſeri domeſtico paululum craſſitie cedit. Ipſius longitudo $4\frac{1}{4}$ pollices æquat. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda $1\frac{5}{12}$ pollicem; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus medio fere æqualis. Extremitatum alarum diſtantia eſt $7\frac{2}{3}$ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam pertingunt. Cauda nonnihil bifurca. Habitat in *Capite Bonæ Spei.*

†. ** 19. PASSER SENEGALENSIS ERYTHRORYNCHOS.

Paſſer ſuperne nigricante & ruſeſcente varius, inferne rufus; ſyncipite nigro; genis & gutture nigricantibus; rectricibus 12 fuſco—nigricantibus, oris exterioribus rufo—olivaceis; roſtro rubro.... LE MOINEAU A BEC ROUGE DU SÉNÉGAL.

Moineau du Bréſil. *Edwards*, *avec une figure exacte.* *Anglice* BRASILIAN SPARROW.

Craſſitie præcedentem æmulatur. Ipſius longitudo $4\frac{3}{4}$ pollices explet. Roſtrum $5\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $1\frac{7}{12}$ pollicem; digitorum medius $8\frac{1}{2}$ lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus laterales nonnihil ſuperat. Extremitates alarum $7\frac{2}{3}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Cauda nonnihil bifurca. Pedes, unguesque griſei. Habitat in *Senegalenſi* regione.

†. ** 20. CARDINALIS MADAGASCARIENSIS.

Paſſer ruber, dorſo maculis nigricantibus vario;

tænia per oculos nigra; rectricibus 12 fuscis, oris exterioribus viridi–olivaceis. . . . Le Cardinal de Madagascar.

Crassitie *Passeri domestico* similis est. Ipsius longitudo 5⅓ pollices æquat. Rostrum 6½ lineas longum est; cauda 1¾ pollicem; digitorum medius 7½ lineas: laterales pauló sunt breviores; & posticus laterales longitudine nonnihil antecellit. Extremitates alarum 8⅔ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Cauda nonnihil bifurca. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque griseo—fusci.

Juniores in hac specie nil rubri obtinent. Quidquid autem in adultis rubet, in illis olivaceo colore tingitur, qui color sensim in roseum mutatur; deinde quo magis senescit Animal, eo fit saturatior, & tandem eleganti rubore splendet.

Habitant in *Madagascaria*.

†. ** 21. Cardinalis Capitis Bonæ Spei.

Passer ruber; capite anterius, pectore & ventre splendide nigris; cruribus griseis; remigibus fuscis, oris exterioribus griseis; rectricibus 12 sive concoloribus sive rubris. . . . Le Cardinal du Cap de Bonne Espérance.

Orix. *Linn.* Grenadier. *Edwards, avec une figure exacte.*

Præcedentem crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo 5 pollices explet. Rostrum 6½ lineas longum est; cauda 1¼ pollicem; digitorum medius 10 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus laterales nonnihil superat. Extremitatum alarum distantia est 8⅔ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam pertingunt. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque grisei. Habitat in *Capite Bonæ Spei* & in *Senegalensi* regione.

**

†. ** 22. CARDINALIS DOMINICANUS.

Paſſer ſuperne cinereus, oris pennarum in medio dorſo nigris, inferne niveus, ut in poſteriore capitis parte, ubi tamen extat tænia nigra; capite anteriore, guttureque rubris (*mas*), aurantiis, rubro punctulatis (*fœmina*); remigibus nigris, oris albis; 12 rectricibus nigris, oris exterioribus cinereis, extimæ margine exteriore alba. . . . LE CARDINAL DOMINIQUAIN.

Dominicana. *Linn.* Tije guacu paroara Braſilienſibus. *Marcgr. Jonſt. Willugb. Raj.* Dominicain Cardinal. *Edwards, avec une figure exacte.*

Craſſitie *Montifringillam* æquat, ſuperatve. Ipſius longitudo $6\frac{1}{4}$ pollices explet. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda 3 pollices; digitorum medius 10 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus laterales nonnihil ſuperat. Extremitates alarum 11 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. In quibusdam pennæ capitis verticem obtegentes cæteris longiores ſunt, & criſtam efformant. Cauda nonnihil bifurca. Mandibula ſuperior fuſca, inferior albida. Pedes, unguesque griſeo-fuſci.

Fœmina a *mare* diſcrepat capitis colore.

Habitat in *Braſilia.*

†. ** 23. PASSER NIGER.

Paſſer niger; gutture & macula utrinque roſtrum inter & oculum rufis; remigibus, rectricibusque 12 nigris. . . . LE PERE NOIR.

Paſſer niger punctis croceis notatus. *Sloane. Raj.* Yohualtototl, ſeu Avis nocturna. *Fern. Raj.* *Anglice,* BLACK SPARROW.

Craſſitie ad *Paſſerem domeſticum* accedit. Ipſius longitudo $4\frac{2}{3}$ pollices æquat. Roſtrum $5\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $1\frac{1}{3}$ pollicem; digitorum medius

 8 li-

8 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus extimo æqualis. Extremitates alarum 7⅓ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protenduntur. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Jamaïca*, *Mexico*, & *Martinica*.

24. PASSER NIGER ERYTHRORYNCHOS.

Paſſer niger, ad chalybis politi colorem vergens; roſtro, pedibusque carneis. . . . LE PERE NOIR A BEC ROUGE.

Paſſer Indicus alius brachyuros. *Aldrov. hujus icon ſatis accurata. Willugb. Raj. Jonſt. Charlet.*

Præcedentem craſſitie circiter æquat; ſed cauda donatur multo breviori. Oculos nigros cingit circulus albus. Ungues vero nigri ſunt. Habitat in *India*, veriſimiliter *Occidentali*.

†. ** 25. VIDUA.

Paſſer æſtate ſuperne ſplendide niger, inferne albo-rufeſcens, collo ſuperiore rufeſcente; pectore ſplendide caſtaneo; ex 12 rectricibus nigris, binis intermediis longioribus, utrinque proxime ſequenti longiſſima; crurum pennis nigris, rufeſcente terminatis; pedibus unguibusque carneis.
Paſſer hieme ſuperne caſtaneo–rubeſcens, maculis fuſcis varius, inferne albus; capite tæniis albis & nigris vario; rectricibus fuſco–nigricantibus, oris exterioribus caſtaneo–rubeſcentibus; pedibus unguibusque carneis. . . . LA VEUVE.

Emberiza Paradiſea. *Linn.* Paſſer cauda longiſſima & mutabili. *Klein.* Paſſer Indicus macrouros alius. *Aldrov. Willugb. Raj. Jonſt.* Moineau. *Kolbe.* Rouge-gorge à longue queuë. *Edwards, avec des figures exactes.*

Paſſerem campeſtrem craſſitie circiter adæquat. Ipſius longitudo ad rectricum lateralium extremita-

tem

tem $5\frac{1}{2}$ pollices explet. Roſtrum $4\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus anticorum extimum adæquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 9 pollicum; alæ complicatæ ad unius circiter pollicis intervallum ultra caudæ exortum protenduntur. Utrinque extimæ caudæ rectrices $4\frac{4}{5}$ pollicum longitudinem obtinent: ſupra iſtas verticaliter, & eodem fere modo quo *Galli* rectrices, poſitæ ſunt quatuor intermediæ, binæ ſcilicet quoad partem ſuperiorem in unum latus, binæ in aliud verſæ: ex quatuor prædictis rectricibus binæ intermediæ $3\frac{1}{12}$ pollices longæ ſunt, & per totam longitudinem latiſſimæ, excepto apice ſubito acuminato, & in longiſſimum filum exeunte: utrinque proxima $11\frac{2}{3}$ pollices longa, verſus exortum latiſſima, ſenſim verſus apicem usque fit ſtrictior, & in acutum deſinit. Ex alveolo a quo hæc ultima rectrix oritur, gracillimum exit filum, rectricis longitudinem fere adæquans, cui rectricis pennularum exteriorum apices arcte cohærent. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum ſaturate plumbeo colore tinctum.

Per hiemem vero coloribus multo diſſimilis & rectrices omnes circiter æquales habet; quatuor enim longis rectricibus, quibus æſtate ornatur cauda, deſtituitur. Roſtrum plumbeum.

Habitat in *Africa* in Regno *Angolenſi*.

†. ** 26. VIDUA MINOR.

Paſſer ſuperne niger, marginibus pennarum rufis, inferne albus ad rufeſcentem colorem inclinans; vertice rufo; torque albo—rufeſcente; rectricibus nigris, binis intermediis longioribus, tribus utrinque proximis in apice albis, duarum utrinque extimarum oris exterioribus rufeſcentibus, interioribus albis; roſtro rubro. . . . LA PETITE VEUVE.

Præcedenti paululum craſſitie cedit. Ipſius longitudo $6\frac{5}{6}$ pollices æquat. Roſtrum $4\frac{1}{2}$ lineas longum

eſt; cauda 4¼ pollices; digitorum medius 7½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus extimo æqualis. Extremitatum alarum diſtantia eſt 7½ pollicum; alæ complicatæ ad quartam circiter caudæ partem extenduntur. Pedes, unguesque griſei.

27. VIDUA MAJOR.

Paſſer ſuperne niger, ſubviridi ad cœruleum vergente colore admixto, inferne candicans; tænia duplici in alis transverſa, altera alba, altera luteſcente; ex 12 rectricibus, quatuor intermediis longiſſimis, nigris, quatuor utrinque extimis albeſcentibus; roſtro miniaceo. . . . LA GRANDE VEUVE.

Paſſer Indicus macrouros roſtro miniaceo. *Aldrov. Willugb. Raj. Charlet. Jonſt.* Paſſer Indicus cauda longiſſima. *Petiv.* *Anglice*, LONG TAIL'D INDIAN SPARROW.

Craſſitie *Paſſerem domeſticum* æmulatur; ſed multo longior eſt ob pennas caudæ longiſſimas. Pedes ex albo & nigro maculati; ungues vero nigri. De loco habitationis tacet *Aldrovandus*.

†. ** 28. VIDUA RIPARIA AFRICANA.

Paſſer ſuperne niger, inferne rufeſcens; collo rufeſcente, ſuperius nigris maculis vario; cruribus, in parte infima, & ano nigris; remigibus, & 12 rectricibus nigricantibus, quatuor intermediis longiſſimis, in apice tantum pennulis obſitis; roſtro, pedibus unguibusque rubris. . . . LA VEUVE DE LA CÔTE D'AFRIQUE.

Linariam rubram minorem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo ad rectricum lateralium extremitates 4$\frac{5}{12}$ pollices explet. Roſtrum 4½ lineas longum eſt; digitorum medius 6½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus reliquis brevior. Extremitatum alarum diſtantia eſt 7$\frac{1}{6}$ pollicum: alæ complicatæ ad 13 linearum diſtan-

tantiam ultra caudæ exortum protenduntur. Habitat in *Africæ* litoribus.

** 29. LINARIA.

Paſſer ſuperne fuſco—caſtaneus, marginibus pennarum dilutioribus, in capitis parte ſuperiore, & inferne albo—rufeſcens; (pennis pectoris in exortu obſcure rubris *mas*); tænia in alis longitudinali alba; rectricibus 12 nigris, oris in tota circumferentia albis. . . . LA LINOTTE.

Paſſer ex cinereo bœticus. *Barr.* Linaria. *Geſn. Aldrov. Schwenck. Jonſt. Charlet. Friſch. maris & fœminæ icones accuratæ.* Linaria vulgaris. *Willugh. Raj. Sibbald.* Linaria; Ægithus; Miliaria; Linota. Papaverina. *Rzac.* Fanello. *Olina, hujus icon accurata.* Linotte, Linette. *Bel.* *Germanice*, SCHOESSZLIN. *Belgice*, KNOE. *Anglice*, LINNET.

Ipſius longitudo 5½ pollices æquat. Roſtrum 5 lineas longum eſt; cauda 2$\frac{1}{12}$ pollices; digitorum medius 7½ lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus intimo æqualis. Extremitates alarum 9 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Cauda non parum bifurca. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum cinereo—album, in apice fuſcum. Pedes fuſci; ungues vero nigricantes.

Fœmina cum *mare* perfecte convenit; colores tamen in dorſo non ita ſunt vividi, & pennas pectus cooperientes nulla tingit rubedo.

Seminibus *Lini* delectatur hæc Avis; unde *Linariæ* nomen: aliis quoque granis victitat.

** 30. LINARIA RUBRA MAJOR.

Paſſer ſuperne fuſco—caſtaneus, (maculis fuſcis varius, *Fœmina*), inferne albo-rufeſcens; (vertice & pectore rubris, *Mas*); (pectore rufeſcente, ac dorſo, maculis fuſcis vario, *Fœmina*); tænia in alis longitudinali alba; rectricibus 12 nigris, oris

in utroque latere albis. . . . La grande Linotte de vignes.

Linaria rubentibus maculis in pectore. *Frisch. hujus icones accuratæ.* Linaria simpliciter. *Klein.* Fringilla cannabina. *Linn.* Linaria rubra major. *Willugh. Raj. Rzac.* Linaria marina. *Aldrov. Jonst. Charlet.* Linaria mitior. *Schwenck.* Linotte rouge. *Alb. Germanice*, Henffling. *Anglice*, Greater Red-Headed Linnet.

Craſſitie præcedentem fere adæquat. Ipſius longitudo 5⅛ pollices explet. Roſtrum 5 lineas longum eſt; cauda 2 pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus ad medii longitudinem accedit. Extremitatum alarum diſtantia eſt 8¼ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Baſin roſtri ambiunt plumulæ albo–rufeſcentes. Oculorum ambitus & guttur pennis veſtiuntur concoloribus. Cauda bifurca. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum nigricans, attamen circa baſim mandibulæ inferioris candicans. Pedes fuſci; ungues vero nigri.

Fœmina a *mare* diſcrepat colore. Ut præcedens, ſeminibus victitat.

** 31. Linaria rubra minor.

Paſſer ſuperne fuſco & griſeo–rufeſcente varius, inferne albo–rufeſcens; maculis roſtrum inter & oculos, & ſub gutture fuſcis; (vertice & pectore rubris *mas*); (vertice rubro *fœmina*); tænia duplici in alis transverſa albo–rufeſcente; 12 rectricibus fuſcis, oris in utroque latere griſeo-albicantibus. . . . La petite Linotte de vignes.

Paſſer ex bœtico cinereus, ſyncipite & pectore ſanguineis. *Barr.* Linaria vertice rubro. *Friſch. maris & fœminæ icones accuratæ.* Linaria rubra. *Geſn. Aldrov. Jonſt. Charlet.* Linaria rubra minor. *Willugh. Raj. Klein. Rzac.* Linaria. *Linn.* Querula. *Schwenck.*

Oiſeau

Oiseau à tête rouge. *Alb.* *Germanice*, ROTH PLATTIGE HANFLING. *Anglice*, LESSER RED-HEADED LINNET.

Præcedenti paululum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 5⅙ pollices æquat. Roſtrum 5½ lineas longum eſt; cauda 2⅙ pollices; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus medium fere adæquat. Extremitates alarum 8½ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Baſin roſtri circumdant plumulæ fuſcæ, antrorſum verſæ, naribus incumbentes, easque tegentes. Cauda bifurca. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum flavicans, in apice fuſcum. Pedes quoque fuſci; ungues vero nigricantes.

Fœmina in omnibus *mari* ſimilis, exceptis pectore & ventre nulla rubedine tinctis, & ſummo capite rubore imbuto minus vivido. Ut præcedentes, ſeminibus victitat.

** 32. LINARIA MINIMA.

Paſſer ſuperne nigricante & rufeſcente varius, inferne rufeſcens; ventre albido; tænia ſupra oculos rufeſcente; maculis roſtrum inter & oculos, & ſub gutture fuſco-nigricantibus; (vertice & uropygio rubris *mas*); (vertice rubro *fœmina*); tænia in alis transverſa albo-rufeſcente; rectricibus 12 fuſcis, oris in tota circumferentia rufeſcentibus. . . . LA PETITE LINOTTE, OU LE CABARET.

Linaria pectore ſubluteo. *Friſch. hujus icones accuratæ. Klein.* An Linaria? *Jonſt.* An Fanello dell Aquila? *Olina.* Petite Linotte. *Alb.* Picavret. *Bel. Germanice*, GELB KELIGE HANFLING. *Anglice*, TWITE.

Præcedenti multum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 4½ pollices explet. Roſtrum 4½ lineas longum eſt; cauda 2 pollices; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſti-

cus medium fere adæquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 7¼ pollicum ; alæ complicatæ ad duas fere tertias caudæ partes extenduntur. Baſim mandibulæ ſuperioris ambiunt plumulæ fuſcæ, antrorſum verſæ, naribus incumbentes. Cauda bifurca. Roſtrum flavicans, excepto apice fuſco. Pedes quoque fuſci; ungues vero nigricantes.

Fœmina a *mare* diſcrepat uropygio macula rubra deſtituto. Iisdem ac præcedentes ſeminibus veſcitur.

33. LINARIA MONTANA.

Paſſer ſuperne nigro & rufeſcente varius, inferne albidus; pennis in collo inferiore & pectore in medio nigris; capitis, & ſuperioris colli pennis in medio nigris, marginibus cinereis; (uropygio rubro *mas*); tænia in alis transverſa alba; rectricibus 12 fuſcis, oris lateralium in utroque latere albis. . . . LA LINOTTE DE MONTAGNE.

Willugh. Raj. Linaria fera ſaxatilis. *Schwenck. Klein. Germanice*, STEIN HENFFLING. *Anglice*, MOUNTAIN-LINNET.

Linaria rubra minore duplo major eſt. Cauda 2½ pollices longa. Roſtrum fuſcum. Pedes quoque fuſci; ungues vero nigricantes.

Fœmina a *mare* diſcrepat in eo quod nil rubri in uropygio habeat. In montibus verſatur.

34. LINARIA ARGENTORATENSIS.

Paſſer ſuperne fuſcus, inferne rufus, maculis fuſcis varius; imo ventre albicante; rectricibus 12 fuſcis; pedibus rubicundis. . . . LA LINOTTE DE STRASBOURG.

Gyntel. *Geſn. Jonſt. Aldrov.*

Magnitudine & craſſitie *Linariam vulgarem* æquare videtur. Cauda bifurca. Pedes rubicundi. Habitat circa *Argentoratum*.

35. LI-

35. Linaria Brasiliensis longicauda.

Paſſer ex cinereo obſcure griſeus; baſi roſtri rubello cincta; alis flavo & dilute rubro variegatis; rectricibus ex cinereo obſcure griſeis, binis intermediis longiſſimis, apice ſpadiceis. . . . La Linotte a longue queue du Brésil.

Emberiza pſittacea *Linn.* Linaria cauda longa. *Klein.* Fringilla Braſilienſis. *Seb. hujus icon ſatis accurata.*

Craſſitie *Fringillam* non ſuperat. Ipſius longitudo 11½ pollices circiter explet. Roſtrum 4½ lineas longum eſt; cauda 8¾ pollices; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus lateralibus æqualis. Alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Habitat in *Braſilia.*

** 36. Fringilla.

Paſſer ſuperne fuſco-caſtaneus, inferne albo-rufeſcens; fronte griſea; uropygio viridi-olivaceo; (collo inferiore & pectore vinaceis *mas*); macula in alis candida; ex 12 rectricibus, lateralibus nigris, extima tænia obliqua alba inſignita, proxime ſequenti interius albo oblique terminata, tribus aliis in apice albis. . . . Le Pinçon.

Paſſer ſubtus ſpadiceus, ſuperne ſubcœruleus & ſubvireſcens. *Barr.* Fringilla. Frigilla, ſive Spiza. *Geſn.* Fringilla. *Schwenck. Bell. Aldrov. Jonſt. Willugh. Charlet. Sibbald. Raj. Friſch. maris & fæminæ icones accuratæ. Moehr.* Fringilla cœlebs. *Linn.* Fringilla ſimpliciter. *Klein.* Fringilla; Vinelia Avis Alberti. *Rzac.* Fringuello noſtrale. *Olina, hujus icon accurata.* Pirçon. *Alb.* Grinſon, Pinſon, Quinſon. *Bel. Germanice*, Finck. *Anglice*, Chaffinch.

Paſſeri domeſtico nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo 6⅓ pollices æquat. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda 2⅔ pollices; digitorum medius 7½ li-

lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus laterales longitudine paululum antecellit. Extremitatum alarum diſtantia eſt $9\frac{5}{6}$ pollicum; alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Cauda nonnihil bifurca. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum fuſcum, paululum ad carneum colorem inclinans, excepto apice penitus fuſco. Pedes, unguesque fuſci.

Fœmina a *mare* diſcrepat coloribus minus vividis. Guttur, pars colli inferior, pectus, venter ſupremus, latera & crura ex albo rufeſcunt. Venter imus, inferioresque caudæ tectrices ex fuſco vireſcunt.

Hujus ſpeciei varietates ſunt

A. Fringilla alis et cauda nigris.

Le Pinçon a aisles et queue noires.

Fringilla ſylvatica. *Linn.*

Magnitudine & craſſitie præcedentem adæquat; ab illo colore differt. Caput habet & collum ſuperius cinerea; genas ſubfuſcas. Dorſum ex fuſco cineraſcit. Uropygium virideſcit. Inferne ex fuſco ad carneum colorem inclinat. Superiores alarum tectrices minimæ albæ ſunt; mediæ nigræ; majores iterum albæ. Remiges nigræ. Rectrices concolores; binæ tamen utrinque extimæ in latere exteriore a medietate ad apicem candidæ.

B. Fringilla fusca.

Le Pinçon brun.

Fringilla flavi roſtris. *Linn.*

A *Fringilla vulgari* colore diſcrepat. In univerſo corpore ex cinereo nigricat; corpus tamen inferius dilutius fuſceſcit. Alæ nigræ ſunt. Caudam habet bifurcam; roſtrum flavicans; pedes atros.

C. Frin-

C. FRINGILLA CANDIDA.

LE PINÇON BLANC.

Fringilla candida. *Schwenck.* *Germanice*, WEISSE-FINCKE.

In omnibus cum *Fringilla vulgari* convenit, præter colorem, qui totus eſt candidus. Rarius occurrit.

D. FRINGILLA TORQUATA.

LE PINÇON A COLLIER.

Fringilla torquata. *Schwenck.* *Germanice*, RINGEL-FINCK.

In omnibus *Fringillæ vulgari* ſimilis, præter torquem album, qui collum cingit, & capitis verticem plumulis candidis nitentem.

E. FRINGILLA CRISTATA.

LE PINÇON HUPÉ.

Fringilla flammea. *Linn.*

In toto corpore fuſca eſt, præter criſtam flammeam, quam in capite gerit.

** 37. MONTIFRINGILLA.

Paſſer ſuperne niger, marginibus pennarum rufeſcentibus, inferne albus; uropygio candido; collo inferiore & pectore dilute rufis; remigibus fuſcis, oris albidis, ad flavum inclinantibus; ex 12 rectricibus, lateralibus nigricantibus, oris exterioribus albo-flavicantibus; extima exterius in prima medietate alba. (*Mas*).

Paſſer ſuperne fuſcus, marginibus pennarum griſeo-rufeſcentibus, inferne albus; uropygio candido; collo inferiore & pectore griſeo-rufeſcentibus; rectricibus lateralibus fuſcis, oris exterioribus albo-flavicantibus; extima exterius in prima medieta-

tate alba. (*Fœmina*). . . . . LE PINÇON D'ARDENNES.

Fringilla hyberna. *Schwenck. Klein.* Fringilla montana. *Jonst. Frisch. hujus icones non satis accuratæ.* Fringilla montana. Montifringilla. *Gesn. Willugb. Raj. Rzac.* Montifringilla. *Aldrov. Charlet. Linn. hujus icon non satis accurata.* Aurivittis. *Schwenck.* Fringuello montanino. *Olina.* Petit Pinçon de montagne. *Alb.* Montan ou Montain; Pinson d'Ardennes, nommé par quelques-uns Paisse de boys ou Moineau de boys. Orospiza. *Bel.* *Germanice*, GOLD-FINCKE. *Anglice*, BRAMBLE.

Crassitie præcedentem nonnihil antecellit. Ipsius longitudo $6\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum $6\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $2\frac{1}{4}$ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales multo sunt breviores; posticus laterales nonnihil superat. Extremitates alarum $9\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Oculorum ambitus ex albo rufescit. Cauda nonnihil bifurca. Rostrum flavicat, in apice tamen nigricat. Pedes, unguesque sunt grisei.

Fœmina a *mare* discrepat coloribus non ita vividis: quidquid enim in hoc nigrum, in altera fuscum est; quodque in *mare* rufum aut rufescens, in *fœmina* ex griseo tantum rufescit. Habitant in montosis locis.

Hujus speciei varietas est

A. MONTIFRINGILLA LEUCOCEPHALOS.

LE PINÇON D'ARDENNES A TESTE BLANCHE.

Aldrov.

A præcedente differt colore pallidiori, & capite prorsus candido.

** 38. FRINGILLA MONTANA.

Passer superne rufescens, maculis fuscis varius, inferne albus; capite nigricante, albo-rufescente ma-

maculato, atque tænia alba in utroque latere notato; colli inferiore & pectore dilute rufis; tænia transversa in alis candida; remigibus nigris, oris exterioribus pallide luteo—viridescentibus; 12 rectricibus nigricantibus, oris exterioribus flavicantibus. . . . LE PINÇON DE MONTAGNE.

Montifringillæ congener. *Aldrov. Jonst.* Lapponica. *Linn.* Emberiza capite nigro, luteis maculis vario. *Klein.* Grand Pinçon de montagne. *Alb.* *Anglice*, GREATER BRAMBLING.

Præcedentem crassitie paululum antecellit. Ipsius longitudo 6½ pollices æquat. Rostrum 7 lineas longum est; cauda 2½ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales multo sunt breviores; posticus lateralium longitudinem paululum excedit. Extremitates alarum 11½ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Rostrum dilute corneo colore tinctum, in apice tamen nigricans. Pedes, unguesque nigri. Habitat, ut præcedens, in montosis locis.

†. ** 39. FRINGILLA NIVALIS.

Passer superne griseo—fuscus, marginibus pennarum dilutioribus, inferne niveus; capite & collo superiore cinereis; tectricibus alarum & remigibus minoribus candidis; remigibus majoribus nigris, in latere exteriore & apice albidis; ex 12 rectricibus, lateralibus albis, in apice nigris. . . . LE PINÇON DE NEIGE OU LA NIVEROLLE.

Montifringillam crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo 7 pollices explet. Rostrum 7 lineas longum est; cauda 2$\frac{7}{12}$ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus laterales nonnihil superat. Extremitatum alarum distantia est 12 circiter pollicum; alæ complicatæ tres quartas caudæ partes attingunt. Rostrum, pedes, unguesque nigri.

40. FRIN-

40. FRINGILLA RUBRA MINOR.

Paſſer ſuperne ſaturate fuscus, inferne aurantio-rubeſcens; remigibus, rectricibusque 12 ſaturate fuscis, oris remigum dilutioribus. . . . LE PETIT PINÇON ROUGE.

Loxia bicolor. *Linn.* Fringilla fuſca, Americana. *Klein.* Petite Pivoine brune. *Edwards, avec une figure exacte.*

Regulum craſſitie non multum ſuperat. Ipſius longitudo 3¼ pollices circiter æquat. Roſtrum 3½ lineas longum eſt; cauda unum pollicem; digitorum medius 4 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus lateralibus ferme æqualis. Alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam extenduntur. Roſtrum candidum. Pedes, unguesque fusci. In quo loco habitet prorſus ignorat *Edwardus.*

41. FRINGILLA VIRGINIANA.

Paſſer in toto corpore fuscus, ſuperne ſaturatius, inferne dilutius; remigibus, rectricibusque fuscis; roſtro nigricante. . . . LE PINÇON DE VIRGINIE.

Moineau brun. *Catesb. avec une figure exacte. Anglice,* COWPEN-BIRD.

Craſſitie *Fringillam montanam* paululum antecellit. Ipſius longitudo 6¾ pollices circiter æquat. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda 2½ pollices; digitorum medius 11 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus laterales circiter æquat. Alæ complicatæ mediam fere caudam pertingunt. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum, unguesque nigricant; pedes vero fuſcescunt. In paſcuis inter pecora magnopere delectatur. Habitat hieme in *Virginia & Carolina.*

42. FRINGILLA JAMAICENSIS.

Paſſer obſcure cœruleis, eisque molliſſimis, pennis veſtitus; pectore dilutius cœruleo; apicibus pen-

narum

in ventre luteis; remigibus, rectricibusque e cœruleo obscuro virescentibus. . . . Le Pinçon de la Jamaique.

Passer cœruleo-fuscus. *Sloane. Raj. Klein.* Emberiza remigibus, rectricibusque nigris, pectore viridi-cœrulescente. *Linn.*

Crassitie ad *Fringillam nostratem* accedit. Ipsius longitudo 5 pollices æquat. Rostrum 9 lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum medius 8 circiter lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus cum lateralibus longitudine convenit. Extremitates alarum 9 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes extenduntur. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Jamaïca*.

43. Fringilla Bahamensis.

Passer superne niger, inferne albus; collo superiore & uropygio obscure rubris; gutture luteo; pectore aurantio; tænia utrinque duplici in capite candida; remigibus, & rectricibus, fuscis; tænia transversa in utraque ala candida. . . . Le Pinçon de Bahama.

Zena. *Linn.* Fringilla Bahamensis. *Klein.* Pinçon de Bahama. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice* Bahama Finch.

Fringillam nostratem crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo $6\frac{1}{4}$ pollices circiter explet. Rostrum 7 lineas longum est; cauda $2\frac{1}{3}$ pollices: digitorum medius 7 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus cum lateralibus longitudine circiter convenit. Alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Rostrum, pedes, unguesque plumbeo imbuuntur colore. In *Insula Bahamensi* frequens.

44. Fringilla Carolinensis.

Passer superne niger, inferne obscure ruber; medio

ventre candido; remigibus, rectricibusque 12 nigris, oris exterioribus majorum remigum albis. (*Mas*).

Paſſer in toto corpore fuſcus; cum aliqua in pectore rubri mixtura. (*Fœmina*). . . . LE PINÇON DE LA CAROLINE.

Paſſer niger, oculis rubris, iride nigra. *Klein.* Fringilla erythrophthalma. *Linn.* Moineau noir aux yeux rouges. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice*, TOWHE-BIRD.

Alaudam criſtatam paululum craſſitie ſuperat. Ipſius longitudo 8 circiter pollices æquat. Roſtrum 8 lineas longum eſt; cauda 3 pollices; digitorum medius 12½ lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus autem lateralium longitudinem nonnihil excedit. Alæ complicatæ quartam tantum caudæ partem attingunt. Cauda bifurca. Oculorum irides rubræ. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque fuſci. *Fœmina* a *mare* colore diſcrepat.

Habitant in *Carolina*, cujus denſiſſimas ſilvas frequentant.

†. ** 45. FRINGILLA CAPITIS BONÆ SPEI.

Paſſer ſplendide niger; dorſo inferiore, uropygio & tectricibus alarum minoribus luteis; remigibus fuſcis, oris exterioribus majorum luteis, minorum griſeis; rectricibus 12 ſplendide nigris. . . . LE PINÇON DU CAP DE BONNE ESPÉRANCE.

Craſſitie *Fringillam noſtratem* antecellit. Ipſius longitudo 6⅙ pollices æquat. Roſtrum 8 lineas longum eſt; cauda 2⅙ pollices; digitorum medius 10 lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus medium fere adæquat. Extremitates alarum 10¼ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Calcaneum ambiunt pennæ griſeæ. Roſtrum, pedes,

des, unguesque grisei. Habitat in *Capite Bonæ Spei.*

†. ** 46. Fringilla Senegalensis.

Passer superne ex fusco & flavo varius, inferne flavo-aurantius; capite nigro; collo torque castaneo cincto; remigibus in latere exteriore olivaceis, in interiore, & in apice, fuscis; 12 rectricibus olivaceis, oris interioribus lateralium luteis.... Le Pinçon du Sénegal.

Præcedentem crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo $6\frac{1}{4}$ pollices explet. Rostrum 9 lineas longum est; cauda $2\frac{1}{6}$ pollices; digitorum medius 10 lineas: laterales multo sunt breviores; & posticus cum intimo longitudine convenit. Extremitatum alarum distantia est $10\frac{1}{4}$ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Rostrum, pedes, unguesque griseo-fusci. Habitat in *Senegalensi* regione.

†. ** 47. Fringilla Sinensis.

Passer superne fusco—olivaceus, inferne rufo—flavus; capite anterius & collo inferiore viridi—olivaceis; remigibus, rectricibusque 12 prima medietate luteis, altera nigris; remigum apicibus albidis.... Le Pinçon de la Chine.

Crassitie *Linariam* circiter æmulatur. Ipsius longitudo $4\frac{11}{12}$ pollices æquat. Rostrum 6 lineas longum est; cauda $1\frac{3}{4}$ pollicem; digitorum medius 7 lineas: laterales multo sunt breviores; & posticus lateralibus æqualis. Extremitates alarum $8\frac{1}{3}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad tres quartas caudæ partes protenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Rostrum, pedes, unguesque flavicant.

Fœmina a *mare* differt coloribus non ita splendidis. Habitant in *Sinensi* regione.

48. Fringilla Insulæ S. Eustachii.

Paſſer ſuperne flavus, inferne aurantius; macula infra oculos cœrulea; alis, caudaque rubris. . . . Le Pinçon de l'Isle de S. Eustache.

Paſſer Africanus eximius. *Seb. hujus icon non ſatis accurata. Klein.*

Craſſitie *Fringillam noſtratem* circiter æquat. Ipſius longitudo 5½ pollices circiter explet. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda 1¼ pollicem; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus lateralibus circiter æqualis. Alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Roſtrum rubicundum. Pedes quoque rubri. Habitat in *America Septentrionali*, in *S. Euſtachii Inſula.*

49. Fringilla varia Novæ Hispaniæ.

Paſſer ex rubro, flavo, cœruleo & albo marmoris inſtar variegatus; capite dilute rubro, purpureo admixto; pectore dilute luteo, ſaturata flavedine obumbrato; rectricibus in apice margine alba præditis. . . . Le Pinçon varié de la Nouvelle Espagne.

Avis Tuite, Americana variegata. *Seb. hujus icon ſatis accurata.*

Præcedentem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 5⅔ pollices circiter explet. Roſtrum 6½ lineas longum eſt; cauda 2 pollices; digitorum medius 7½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus autem lateralium longitudinem circiter æquat. Alæ complicatæ mediam caudam attingunt, aut etiam ultra protenduntur. Roſtrum flavet. Pedes, unguesque rubent. Habitat in *Nova Hiſpania.*

** 50. S e r i n u s.

Paſſer ſuperne ex fuſco & viridi-flavicante varius, inferne luteo vireſcens; ſuperiore capitis parte, &

& lateribus maculis fuſcis longitudinalibus variis; tænia in alis viridi flavicante; remigibus, rectricibusque 12 ſuperne fuſcis, oris exterioribus griſeo-viridibus, apicis margine albicante. . . . LE SERIN.

Paſſer Pyrenaicus, totus vireſcens, minimus. *Barr.* Serinus. *Geſn. Aldrov. Jonſt. Willugb. Raj. Sibbald.* Spinus & Ligurinus *Bellonii.* Serin, Senicle, Cerifin, Cinit, Cedrin. *Bel.* *Germanice*, FAEDEMLE.

Linariam minimam craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo $4\frac{5}{12}$ pollices explet. Roſtrum 4 lineas longum eſt; cauda $1\frac{11}{12}$ pollicem; digitorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus autem laterales nonnihil ſuperat. Extremitatum alarum diſtantia eſt $7\frac{2}{3}$ pollicum; alæ complicatæ duas fere tertias caudæ partes attingunt. Cauda bifurca. Mandibula ſuperior griſeo-fuſca, inferior albida. Pedes fuſci; ungues vero nigricantes. Habitat in Meridionalibus *Galliæ* Provinciis. Satis frequens circa *Maſſiliam.*

51. SERINUS ITALICUS.

Paſſer ſuperne ex fuſco & viridi-flavicante varius, inferne luteo-vireſcens, pectore in *maribus* magis ad luteum accedente; remigibus, rectricibusque 12 nigricantibus, oris exterioribus virideſcentibus. . . . LE SERIN D'ITALIE.

Paſſer ex viridi flaveſcens, capite parvo. *Barr.* Citrinella. *Geſn. Jonſt. Charlet. Sibbald. Aldrov.* Citrinella; Thraupis. *Willugb. Raj.* Verzellino. *Olina*, *hujus icon ſatis accurata.* Tarin; Tirin. *Bel.* *Germanice*, CITRYNLE. *Anglice*, YELLOW-HAMMER.

Præcedentem magnitudine & craſſitie ſuperat. Cauda $2\frac{1}{4}$ pollices circiter longa eſt, & nonnihil bifurca. Roſtrum fuſcum. Pedes pallide carnei; ungues vero nigricantes. Circa *Romam* frequens eſt.

** 52. Serinus Canarius.

Paſſer in toto corpore citrinus, pennis in exortu candidis; remigibus, rectricibusque 12 lateralibus interius & ſubtus albis. . . . Le Serin des Canaries.

Paſſer Canarius. *Aldrov. Jonſt. Charlet. Klein. Willugh.* Paſſer Canarius; Avis ſacchari Aldrovando & Geſnero. *Rzac.* Paſſer Canarienſis. *Raj. Friſch. hujus plurium varietatum icones accuratæ.* Canaria. *Geſn. Linn.* Fringilla corpore albicante, alis & cauda vireſcentibus. *Browne.* Luteola Canaria. *Schwenck.* Paſſera di Canaria. *Olina, hujus icon ſatis accurata.* Serin. *Kolbe.* Serin des Canaries. *Alb.* *Germanice*, Zucker-Voegele. *Anglice*, Canary-Bird.

Paſſerem campeſtrem craſſitie circiter æmulatur. Ipſius longitudo $5\frac{1}{4}$ pollices explet. Roſtrum $4\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $2\frac{1}{8}$ pollices; digitorum medius $8\frac{1}{2}$ lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus cum lateralibus longitudine convenit. Extremitates alarum $7\frac{5}{8}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Cauda bifurca. Roſtrum candidum. Pedes, unguesque ex albo ad carneum colorem vergentes. *Fœmina* a *mare* diſcrepat colore minus intenſe luteo.

Multum colore variant hujus ſpeciei Aves. Aliæ enim penitus albent: aliæ ex albo ad luteum inclinant: aliæ ex luteo ad viride vergunt: aliæ fuſco variegantur, &c.

Habitant in *Canariis Inſulis.* Facile in noſtris regionibus educantur, in caveis incluſæ, in quibus nidificant & pullos edunt.

Hujus ſpeciei varietas eſt

** A. Serinus hybridus.

Le Serin Mulet.

Paſſer Canarienſis hybrida. *Friſch. hujus icon accurata.* *Germanice*, Bastard Canarie-Vogel.

Ex

Ex connubio *Carduelis & Serini Canarii* nascuntur hujusmodi Aves. Multum colore variant. Illa cujus hæc est descriptio ex *Carduele mare & Serino Canario fœmina* provenit. Caput anterius, & guttur, splendissimo tinguntur aurantio, ad rubrum vergente. Caput posterius griseum est. Superne est fusco-rufa, maculis variegata longitudinalibus nigricantibus. Uropygium luteum ut & pectus ac venter supremus. Inferne ex albo rufescit. Alarum tectrices viridi-flavicante & nigro variæ. Remiges & rectrices nigræ, oris quarumdam luteis, aliarum albo-rufescentibus, nonnullarum viridescentibus aut albis. Cauda nonnihil bifurca. Rostrum, pedesque albidi; ungues vero grisei.

53. SERINUS JAMAICENSIS.

Passer superne luteo-fuscus, inferne luteus; capite & gutture griseis; rectricibus obscure fuscis, lineolis albis striatis. . . . LE SERIN DE LA JAMAIQUE.

Passer Serino affinis e cinereo, luteo & fusco varius. *Klein. Sloane. Raj.*

Ipsius longitudo 8 pollices explet. Rostrum 9 lineas longum est; cauda unum pollicem. Extremitates alarum 12 pollicum intervallo distant. Mandibula superior est cœruleo-fusca, inferior colore dilutiore tincta. Pedes subcœrulei, ungues vero fusci. Habitat in *Jamaïca*.

** 54. CHLORIS.

Passer superne viridi-olivaceus, cinereo admixto, inferne viridi-olivaceo-flavicans; ventre & marginibus alarum luteis; macula rostrum inter & oculos saturate cinerea; remigibus interius nigricantibus, exterius luteis, vel cinereis; rectricibus 12 nigricantibus, apicis margine cinerea, tribus extimis prima medietate luteis. (*Mas*).

Paſſer ſuperne griſeus, pennis in exortu ad viridi-olivaceum inclinantibus, inferne dilute griſeus, pennis in exortu ad luteum vergentibus; ventre albo ad luteum inclinante; marginibus alarum luteis; remigibus nigricantibus, apicis margine cinerea, oris interioribus candicantibus; tribus extimis prima medietate luteis (*Fœmina*). . . . LE VERDIER.

Paſſer ſubviridis, alarum extremis nigricantibus. *Barr.* Chloris. Anthus. Florus. *Geſn. Aldrov. Sibbald. Linn. Moehr. Willugh. Raj.* Chloris, Fringilla viridis. *Charlet. Jonſt. Rzac.* Coccothrauſtes viridis. *Klein.* Linaria viridis. *Schwenck.* Vireo. *Friſch. hujus icones accuratæ.* Verdone. *Olina, hujus icon ſatis accurata.* Verdier. *Alb.* Bruyan, Bruant, Verdun, Verdier, Verdereule, Verdere. *Bel.* *Germanice*, GREUN-FINCK. *Anglice*, GREEN-FINCH.

Craſſitie *Paſſerem domeſticum* circiter æmulatur. Ipſius longitudo $5\frac{1}{2}$ pollices æquat. Roſtrum $6\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $1\frac{11}{12}$ pollicem; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus laterales ſuperat. Extremitates alarum 9 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam extenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Mandibula ſuperior fuſca, inferior albida. Pedes carneo colore tincti; ungues vero fuſci.

Fœmina a mare coloribus diſcrepat. Roſtrum griſeo-fuſcum. Pedes, unguesque griſei. In ſepibus nidificat.

55. CHLORIS INDICA.

Paſſer ſuperne viridi-olivaceus, inferne luteus; tænia utrinque ſupra oculos lutea, per oculos viridi-olivacea, infra oculos nigra; remigibus viridi-olivaceis, oris majorum exterioribus albis; rectricibus dilute viridi-flavis. . . . LE VERDIER DES INDES.

Frin-

Fringilla butyracea. *Linn.* Verdier des Indes. *Edwards*, *avec une figure exacte.* Loriot ou Verdier. *Kolbe.*

Serinum Canarium paululum craſſitie ſuperat. Ipſius longitudo 4$\frac{1}{2}$ pollices circiter explet. Roſtrum 4$\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda 1$\frac{7}{12}$ pollicem; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil ſuperat. Alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Cauda nonnihil biſurca. Oculorum irides avellaneæ. Mandibula ſuperior fuſco—nigricans, inferior fuſco dilutiore tincta. Pedes, unguesque ex cinereo ad fuſcum inclinantes. Habitat in *India Orientali.*

56. CHLORIS INDICA MINOR.

Paſſer ſuperne viridis, inferne candidus; remigibus, rectricibusque cœruleis, ſcapis albis præditis.... LE PETIT VERDIER DES INDES.

Chloris Indica, ſeu Virioni congener. *Aldrov. Jonſt.*

Magnitudine & craſſitie paululum *Chloridi noſtrati* cedit. Roſtrum & pedes habet non ita craſſos. Roſtrum ex ſubviridi ad fuſcum vergit. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *India Orientali.*

†. ** 57. CHLORIS JAVENSIS.

Paſſer ſuperne viridis, inferne rufus; medio ventre rubro; uropygio rufo; fronte, genis, guttureque cœruleis; remigibus fuſcis, oris exterioribus viridibus: 12 rectricibus viridibus, oris exterioribus rubris, lateralibus interius fuſcis.... LE VERDIER DE JAVA.

Paſſeri campeſtri paululum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 4 pollices æquat. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda 13 lineas; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus cum lateralibus longitudine convenit. Extremitatum alarum diſtantia eſt 6$\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Roſtrum plum-

beo colore imbutum. Pedes, unguesque grisei. Habitat in *Insula Java.*

†. ** 58. CHLORIS LUDOVICIANA, VULGO PAPA DICTA.

Passer superne viridis, ad flavum inclinans, inferne ruber; capite & collo superiore cœruleo—violaceis; oculorum ambitu, & uropygio rubris; remigibus, & 12 rectricibus fuscis; remigum plerarumque, oris exterioribus ad rubrum vergentibus; rectricibus binis intermediis in utroque latere, & lateralibus exterius, ad rubrum quoque vergentibus. . . . LE VERDIER DE LA LOUISIANE, DIT VULGAIREMENT LE PAPE.

Ciris. *Linn.* Fringilla tricolor. Fringilla purpurea. *Klein.* An Avis Chiltototl Americana, Passeris species? *Seb. bujus icon minime accurata.* Pinçon de trois couleurs. *Catesb. avec une figure passable.* Rouge-queuë de la Chine. *Alb.* Oiseau, ou Pinçon peint. *Edwards, avec des figures assez exactes.* *Anglice*, PAINTED FINCH.

Crassitie *Passerem campestrem* circiter æquat. Ipsius longitudo 5⅓ pollices explet. Rostrum 6 lineas longum est; cauda 2 pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus extimo æqualis. Extremitates alarum 7⅔ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Rostrum griseo—fuscum. Pedes, unguesque fusci. Habitat in *Carolina*, *Ludovicia* & *Canada.*

Coloribus indicatis decoratur isthæc avis ubi tertium ætatis annum consequuta est; primo etenim in universo corpore fusca est. Secundo caput habet vivide cœruleum, & reliquum corpus cœruleo-viridescens, exceptis cauda & alis superne fuscis cœruleo—viridescente fimbriatis. *Fœmina* a *mare* discrepat coloribus. Superne ex viridi ad cœruleum vergit. Inferne ex viridi ad luteum inclinat.

59. Chloris Bahamensis.

Paſſer ſordide viridis; capite, collo & pectore nigris; remigibus, rectricibusque ſordide viridibus. . . . Le Verdier de Bahama.

Zena. *Linn.* Paſſerculus bicolor, Bahamenſis. *Klein.* Moineau de Bahama. *Catesb. avec une figure exacte. Anglice*, Bahama Sparrow.

Craſſitie *Serinum Canarium* circiter adæquat. Ipſius longitudo 4 circiter pollices explet. Roſtrum $4\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $1\frac{7}{12}$ pollicem. Alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Roſtrum nigrum. Habitat in *Bahama Inſula*, in cujus ſilvis valde frequens.

†. ** 60. Bengalus.

Paſſer ſuperne griſeus, inferne dilute cœruleus; macula infra oculos purpurea; uropygio & 12 rectricibus dilute cœruleis. . . . Le Bengali.

Fringilla Angolenſis. *Linn.* Pinçon au ventre bleu. *Edwards, avec une figure pas aſſez exacte.*

Craſſitie *Linariam minimam* circiter æmulatur. Ipſius longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices æquat. Roſtrum 4 lineas longum eſt; cauda 2 pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus laterales nonnihil ſuperat. Extremitates alarum $6\frac{3}{4}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ quartam tantum caudæ partem attingunt. Roſtrum candicans, attamen utriusque mandibulæ margines nigricantes. Pedes, unguesque albidi. Habitat in *Bengalenſi* Regno.

†. ** 61. Bengalus fuscus.

Paſſer fuſcus; gutture & pectore ſordide albido mixtis; tectricibus alarum ſuperioribus albo punctulatis; rectricibus 12 nigricantibus. . . . Le Bengali brun.

Re-

Regulum craſſitie non multum antecellit. Ipſius longitudo 3¾ pollices explet. Roſtrum 4 lineas longum eſt; cauda 13 lineas; digitorum medius 6½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales circiter æquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 6¼ pollicum; alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum extenduntur. Roſtrum ſubrubrum. Pedes, unguesque ex albo flavicant. Habitat in *Bengalenſi* Regno.

†. ** 62. Bengalus punctulatus.

Paſſer ſuperne, & in ventre, fuſcus, rubro obſcuro admixto, inferne obſcure ruber; tectricibus alarum & caudæ ſuperioribus, pectore & lateribus albo punctulatis; remigibus griſeo-fuſcis; & 12 rectricibus nigris. . . . Le Bengali piquete.

Amandava. *Linn.* Fringilla rubra minima. *Klein.* Regulus Indicus. *Charlet.* Avis Bengalenſis parva maculata, Amadavad dicta. *Petiv.* Avicula Indiæ Orientalis roſtro Fringillæ, calcaribus Alaudæ, Amadavadæa dicta. *Willugb.* Avicula Amadavadæa. *Raj.* Oiſeau d'Amaduvad. *Alb.* *Anglice*, Amadavad Bird.

Præcedentem craſſitie paululum antecellit. Ipſius longitudo 4 pollices æquat. Roſtrum 4½ lineas longum eſt; cauda 16 lineas; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales paululum ſuperat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 5¼ pollicum; alæ complicatæ ultra caudæ exortum non multum protenduntur. Roſtrum obſcure rubrum. Pedes, unguesque albo-flavicantes.

Fœmina a *mare* differt gutture candido, & collo inferiore, pectore & ventre pallide luteis.

Habitant in *Java Inſula*.

†. ** 63. Senegalus ruber.

Paſſer ſuperne fuſco-vireſcens, vinaceo admixto, inferne

inferne rubro-vinaceus; vertice rubro-vinaceo; imo ventre fufco-virefcente, remigibus fufcis; rectricibus 12 nigris. . . . LE SÉNÉGALI ROUGE.

Præcedenti craffitie cedit. Ipfius longitudo $4\frac{1}{4}$ pollices. Roftrum 4 lineas longum eft; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo funt breviores; & pofticus lateralibus circiter æqualis. Extremitates alarum $6\frac{1}{2}$ pollicum intervallo diftant; alæ complicatæ tertiam caudæ partem attingunt. Roftrum rubefcit, utriusque mandibulæ marginibus fufcis; lineola quoque extat fufca in mandibula fuperiore & in mandibula inferiore. Pedes, unguesque ex cinereo albent. Habitat in *Senegalenfi* regione.

†. ** 64. SENEGALUS STRIATUS.

Paffer fufco & fordide grifeo transverfim ftriatus; colore rofeo in parte corporis inferiore, & rubro in ventre admixtis; tænia per oculos rubra; rectricibus 12 fufco & fordide grifeo transverfim ftriatis. . . . LE SÉNÉGALI RAYÉ.

Aftrild. *Linn.* Bec de Cire. *Edwards, avec une figure affez exacte.*

Craffitie & forma præcedentem æmulatur. Ipfius longitudo $4\frac{1}{3}$ pollices explet. Roftrum $3\frac{1}{2}$ lineas longum eft; cauda 2 pollices; digitorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo funt breviores; & pofticus lateralibus æqualis. Extremitatum alarum diftantia eft 6 pollicum; alæ complicatæ ad quartam tantum caudæ partem extenduntur. Roftrum rubrum. Pedes, unguesque fufci. Habitat in *Senegalenfi* regione & *Capite Bonæ Spei.*

†. ** 65. MAIA SINENSIS.

Paffer fuperne fufco-caftaneus, inferne nigricans; capite & collo fordide albis; pectore dilute fufco; rectri-

rectricibus 12 saturate fusco–castaneis. . . . LE MAIA DE LA CHINE.

Gros bec de Malacca. *Edwards*, *avec une figure exacte*. *Anglice*, MALACCA GROS BEAK.

Linariam rubram minorem crassitie circiter æmulatur. Ipsius longitudo 4 pollices æquat. Rostrum 5 lineas longum est; cauda 15 lineas; digitorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus extimo æqualis. Extremitates alarum $5\frac{1}{4}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ultra caudæ exortum non extenduntur. Mandibula superior griseo–fusca, inferior dilutius grisea. Pedes, unguesque grisei. Habitat in *Sina*.

†. ** 66. MAIA EX INSULA CUBA.

Passer superne castaneo—purpureus, inferne nigricans; capite & collo nigricantibus; tænia in pectore transversa castaneo–purpurea; remigibus in exteriore latere castaneis, in interiore griseo-fuscis; rectricibus 12 superne castaneo–purpureis, inferne fuscis, ad rufum vergentibus. (*Mas*).

Passer superne fulvus, inferne sordide albo–flavicans; gutture & macula utrinque in pectore castaneo-purpureis; remigibus, & rectricibus fulvis. (*Fœmina*). . . . LE MAIA DE CUBA.

Maja. *Euſ. Nieremb. Fern. Jonſt. Willugb. Raj. Charlet.*

Præcedenti multum crassitie cedit. Ipsius longitudo $3\frac{2}{3}$ pollices æquat. Rostrum 5 lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum medius $7\frac{1}{2}$ lineas: laterales multo sunt breviores; posticus laterales nonnihil superat. Extremitatum alarum distantia est $5\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra tertiam caudæ partem extenduntur. Rostrum, unguesque grisei; pedes plumbeo colore imbuti.

Fœmina coloribus a *mare* discrepat. Rostrum can-

candicans. Pedes, unguesque griſei. Gregatim volant.

Habitant in *Inſula Cuba*, ſicut & in *India Orientali*.

†. ** 67. GRANATINUS.

Paſſer ſuperne fuſco-caſtaneus, inferne caſtaneus; vertice caſtaneo; genis violaceis; oculorum ambitu coccineo; gutture & imo ventre nigris; uropygio cœruleo; rectricibus 12 ſplendide nigris.... LE GRENADIN.

Fringilla Braſiliana. *Linn.* Pinçon rouge & bleu du Bréſil. *Edwards, avec une figure exacte, excepté le bec qui eſt trop alongé.*

Paſſeri campeſtri multum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 4¼ pollices explet. Roſtrum 4 lineas longum eſt; cauda 2⅛ pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus laterales paululum ſuperat. Extremitates alarum 6 7/12 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ quartam circiter caudæ partem attingunt. Roſtrum rubro corallino tinctum. Pedes, unguesque griſei. Habitat in *Africæ* littoribus, & in *Braſilia*.

68. PASSER PENSILVANICUS.

Paſſer ſuperne nigricante & rufeſcente varius, inferne cinereo-albus; tænia utrinque per oculos nigricante; faſcia utrinque ſupra oculos primum aurantia, dein alba; gutture candido; marginibus alarum luteis; rectricibus 12 rufeſcentibus, in medio obſcurioribus. . . . LE MOINEAU DE PENSILVANIE.

Moineau à gorge blanche. *Edwards, avec une figure exacte.* *Anglice*, WHITE-THROATED SPARROW.

Paſſerem ſylveſtrem multum craſſitie ſuperat. Roſtrum nigricat. Pedes ex carneo colore rubeſcunt. Habitat in *Penſilvania*.

69. CARDINALIS ANGOLENSIS.

Paſſer ſuperne ſaturate cinereo-cœruleſcens, inferne albus, maculis nigris varius; capite & gutture coccineis; tænia duplici in alis transverſa cinereo-alba; maculis ad latera rufeſcentibus; remigibus, rectricibusque 12 ſaturate cinereo-cœruleſcentibus, apice cinereo—albis. . . . LE CARDINAL D'ANGOLA.

Loxia erythrocephala. *Linn.* Moineau de Paradis. *Edwards, avec une figure exacte.*

Cum *Paſſere domeſtico* craſſitie circiter convenit. Roſtrum album aut carneo colore imbutum. Pedes, unguesque ſimiliter carneo colore tincti. Habitat in *Angolenſi* regno.

70. VIDUA ANGOLENSIS.

Paſſer ſuperne nigro & rufo varius, inferne albus; pectore dilute rufo; tectricibus alarum ſuperioribus minoribus candidis; ex 12 rectricibus, quatuor intermediis nigris longiſſimis, 5½ pollices circiter æquantibus, quatuor utrinque extimis obſcure fuſcis, fuſco dilutiore exterius marginatis, albo interius maculatis; roſtro coccineo. . . . LA VEUVE D'ANGOLA.

Moineau à longue queuë. *Edwards, avec une figure exacte.* *Anglice*, LONG-TAILED SPARROW.

Cum *Vidua minore* craſſitie circiter convenit. Pedes carneo colore imbuti. Habitat in *Angolenſi* regno.

71. LINARIA ANGOLENSIS.

Paſſer ſuperne cinereo—fuſceſcens, maculis fuſcis varius, inferne ſpadiceus, pectore dilutiore; plumulis baſim roſtri ambientibus & gutture nigris; genis & gutture albo maculatis; uropygio luteo; rectricibus 12 fuſcis, cinereo—albo in apice marginatis. (*Mas*).

Paſſer

Paſſer ſuperne fuſco—rufeſcens, inferne rufeſcens, maculis fuſcis ſuperne & inferne varius; tænia utrinque per oculos fuſca; genis dilute rufeſcentibus; uropygio luteo; rectricibus 12 fuſcis, cinereo—albo in apice marginatis. (*Fœmina*). . . . La Linotte d'Angola.

Linotte d'Angola. *Edwards, avec des figures exactes.*

Linariam vulgarem craſſitie circiter æmulatur. Roſtrum fuſcum, ad carneum colorem inclinans. Pedes, unguesque carneo colore imbuti.

Fœmina coloribus paululum a *mare* diſcrepat.

Habitant in *Angolenſi* regno.

72. Fringilla cinerea Indica.

Paſſer ſuperne ſaturate cinereus, uropygio dilutiore, inferne dilute cinereo—cœruleſcens; mandibulæ inferioris baſi albo circumdata; remigibus majoribus in exortu albis, in extremitate nigricantibus; rectricibus 12 nigricantibus, dilute cinereo marginatis. . . . Le Pinçon cendré des Indes.

Loxia cana. *Linn.* Pinçon gris. *Edwards, avec une figure exacte.*

Cum *Linaria noſtrate* craſſitie circiter convenit. Oculi nigricant. Roſtrum obſcure cinereum. Pedes, unguesque obſcuro colore carneo tincti. Habitat in *India Orientali.*

73. Fringilla torquata Indica.

Paſſer ſuperne cinereo—fuscus, inferne albus, rufeſcente adumbratus; capite & tænia transverſa, in colli inferioris parte infima, nigris; plumulis baſim roſtri ambientibus, oculorum ambitu & gutture candidis; torque candicante; remigibus nigris, minoribus rufeſcente marginatis; rectricibus 12 cinereo—fuſcis. . . . Le Pinçon a collier des Indes.

Pinçon à collier. *Edwards, avec une figure exacte. Anglice*, COLLARED FINCH.

Crassitie *Fringillam nostratem* circiter æquat. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque fusci. Habitat in *India*.

74. FRINGILLA CRISPA.

Passer pennis crispis vestitus, superne obscure olivaceus, inferne luteus; capite & collo nigris; remigibus, & 12 rectricibus obscure olivaceis; rostro candido. . . . LE PINÇON FRISÉ.

Moineau frisé jaune & noir. *Edwards, avec une figure exacte. Anglice*, BLACK AND YELLOW FRIZLED SPARROW.

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Pedes, unguesque saturate fusci. Pleræque hujus Avis pennæ sunt crispæ. Habitat in *Angolensi* regno, vel in *Brasilia*.

XXXIV. *Genus Coccothraustis.*

Hujus character est
Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; omnes circiter usque ad exortum discreti:
Crura ad calcaneum usque plumosa:
Rostrum conico—attenuatum, in apicem crassum & brevem exeuns:
Mandibula utraque recta, integra:
Basis rostri caput latitudine fere æquans.

** 1. COCCOTHRAUSTES.

Coccothraustes superne castanea, collo superiore cinereo; inferne vinacea (*mas*) cinereo—vinacea (*fœmina*); imo ventre albo; rostri, oculorum ambitu & gutture nigris; macula in alis candida (*mas*) cinereo-alba (*fœmina*); remigibus

bus plerisque nigris, ex cœruleo aut violaceo ſplendentibus, octo quaſi quadratim abſciſſis; ex 12 rectricibus utrinque extima in ultima medietate interius alba. . . . LE GROS-BEC.

Geſn. Schwenck. Jonſt. Linn. Aldrov. Coccothrauſtes vulgaris. *Charlet. Raj. Willugb.* Coccothrauſtes ſimpliciter. *Klein.* Enucleator; Coccothrauſtes. *Friſch. hujus icones accuratæ.* Paſſer ex cinereo ſpadiceus, roſtro robuſto. *Barr.* Molliceps. *Geſn.* Froſone. *Olina, hujus icon accurata.* Lysklicker; Kirſch-Fincke, Eberi & Peuceri. *Schwenck.* Gros-bec. *Edwards, avec une figure exacte. Kolbe.* Gros-bec; Pinſon royal. *Bel. avec une figure paſſable.* Gros-bec ordinaire. *Alb.* *Germanice*, STEIN-BYSSER; *Anglice*, GROS-BEAK.

Craſſitie *Turdum Iliacum* fere adæquat. Ipſius longitudo 6¾ pollices explet. Roſtrum 9 lineas longum eſt; cauda 2$\frac{1}{12}$ pollices; digitorum medius 11 lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus extimo æqualis. Extremitates alarum 11⅓ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ nonnihil ultra duas tertias caudæ partes extenduntur. Oculorum irides cinereæ. Roſtrum ex cinereo ad carneum colorem vergens. Pedes, unguesque pallide carneo colore tincti.

Fœmina a *mare* diſcrepat coloribus, non tantum minus vividis, ſed etiam quibusdam in locis diſſimilibus. Maxime in *Europa* frequens.

†. ** 2. COCCOTHRAUSTES CAPITIS BONÆ SPEI.

Coccothrauſtes viridi-olivaceo-fuſca, gutture, ventreque luteis; tænia ſupra oculos flava; rectricibus lateralibus fuſcis, oris exterioribus viridi-olivaceo-fuſcis. . . . LE GROS-BEC DU CAP DE BONNE ESPÉRANCE.

Craſſitie *Montifringillam* circiter æmulatur. Ipſius longitudo 5¾ pollices æquat. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda 2⅓ pollices; digitorum medius 8 li-

 neas:

neas: laterales multo ſunt breviores; poſticus laterales nonnihil ſuperat. Extremitatum alarum distantia eſt $9\frac{2}{3}$ linearum; alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam extenduntur. Roſtrum corneo colore tinctum. Pedes, unguesque griſeo—fuſci. Habitat in *Capite Bonæ Spei.*

†. ** 3. COCCOTHRAUSTES LUTEA CAPITIS BONÆ SPEI.

Coccothrauſtes ſuperne ex fuſco & viridi—olivaceo varia, inferne ſplendide lutea; tænia ſupra oculos flava; rectricibus 12 ſaturate fuſcis, oris exterioribus viridi—olivaceis. . . . LE GROS—BEC JAUNE DU CAP DE BONNE ESPÉRANCE.

Paſſerem domeſticum craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 5 pollices explet. Roſtrum $4\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $1\frac{3}{4}$ pollicem; digitotum medius 8 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus lateralibus æqualis. Extremitates alarum $8\frac{1}{3}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum corneo colore tinctum. Pedes, unguesque griſeo-fuſci.

Fœmina a *mare* diſcrepat coloribus non ita vividis. Habitant in *Capite Bonæ Spei.*

†. ** 4. COCCOTHRAUSTES CAYENENSIS.

Coccothrauſtes ſuperne viridi—olivacea, inferne flavo—olivacea; roſtri baſi nigro circumdata; gutture nigro; remigibus interius fuſcis, ad medium usque ab exortu, colore ſulphureo marginatis; 12 rectricibus viridi—olivaceis. . . . LE GROS—BEC DE CAYENNE.

Craſſitie *Paſſerem domeſticum* non multum antecellit. Ipſius longitudo $6\frac{1}{4}$ pollices æquat. Roſtrum 8 lineas longum eſt; cauda $2\frac{5}{12}$ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales paulo ſunt breviores; posti-

ticus anticorum intimum æquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 10¼ pollicum; alæ complicatæ caudam extremam, excepto unius pollicis intervallo, attingunt. Roſtrum cinereum. Pedes, unguesque griſei. Habitat in *Cayena*.

5. COCCOTHRAUSTES GAMBIENSIS.

Coccothrauſtes lutea, virideſcente admixto; capite gutture & collo nigris; rectricibus luteis, virideſcente mixtis. . . . LE GROS—BEC DE GAMBIE.

Coccothrauſtes citrea tota, capite nigro. *Klein.* Loxia melanocephala. *Linn.* Gros-bec de Gamboa. *Alb.* *Anglice*, GROS-BEAK FROM GAMBIA.

Coccothrauſtem noſtratem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 6½ pollices circiter explet. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda 2½ pollices; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales circiter æquat. Alæ complicatæ ultra tertiam caudæ partem non multum protenduntur. Oculorum pupilla nigra; ipſorum irides candidæ. Roſtrum ſaturate cinereum. Pedes, unguesque cinereo-cœruleſcentes. Habitat in *Gambienſi* regione, ad *Guineæ* litus.

†. ** 6. COCCOTHRAUSTES PHILIPPENSIS.

Coccothrauſtes ſuperne fuſca, marginibus pennarum in dorſo luteis, in uropygio albidis, inferne ſordide albo—flaveſcens; genis & gutture fuſcis; vertice & pectore luteis; remigibus majoribus, & 12 rectricibus fuſcis, oris exterioribus dilute rufeſcentibus. (*Mas*).

Coccothrauſtes ſuperne fuſca, marginibus pennarum rufeſcentibus, inferne dilute rufeſcens; uropygio rufeſcente; remigibus & rectricibus fuſcis, oris exterioribus dilute rufeſcentibus. (*Fœmina*). . . . LE GROS—BEC DES PHILIPPINES.

Craſſitie *Paſſerem domeſticum* circiter æmulatur.

 Ip-

Ipſius longitudo $5\frac{1}{4}$ pollices æquat. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda $1\frac{2}{3}$ pollicem; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus extimo æqualis. Extremitatum alarum distantia eſt $8\frac{1}{3}$ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Roſtrum fuſcum. Pedes flavicantes; ungues vero griſei.

Fœmina coloribus a *mare* differt. Roſtrum habet griſeo-flavicans.

Maxime ſingularis figuræ nidum conſtruunt hæ Aves: conflatur foliorum fibrillis intertextis & quodammodo efficientibus ſacculum, cujus aperturæ, in uno latere ſitæ adaptatur tubulus longus, iisdem foliorum fibrillis conflatus, deorſum reflexus, & in parte infima apertus; ita ut nidi foramen nullo modo ſit conſpicuum. Nidi autem iſti in ipſorum ſuperiore parte ramulorum arborum ſummitatibus alligantur.

Habitant in *Philippenſibus Inſulis.*

7. Coccothraustes Sinensis.

Coccothrauſtes caſtanea, capite & collo inferiore nigris, rectricibus caſtaneis. (*Mas*).

Coccothrauſtes ſuperne cinereo-fuſca, inferne ſordide alba, ad roſeum colorem inclinans; tectricibus caudæ ſuperioribus albis; remigibus majoribus, & rectricibus nigricantibus. . . . Le Grosbec de la Chine.

Fringilla Chinenſis. *Linn.* Paſſer fuſcus, capite nigro. *Klein.* Moineau de la Chine. *Edwards*, *avec des figures exactes.*

Craſſitie præcedentem æmulatur. Ipſius longitudo $4\frac{2}{3}$ pollices circiter æquat. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda $1\frac{7}{12}$ pollicem; digitorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus extimo æqualis. Alæ complicatæ ad tertiam circiter caudæ partem protenduntur. Oculi obſcuro imbuun-

buuntur colore. Roſtrum, pedes, unguesque cinerei.

Illa Avis quam *Edwardus* hujus ſpeciei *Fœminam* putat, magnitudine & craſſitie modo deſcriptam æmulatur; ab hac autem coloribus non parum diſcrepat. Oculi obſcuro colore imbuti. Roſtrum cinereum. Pedes carneo colore tincti. Habitant in *Sina*.

†. ** 8. Coccothraustes Javensis.

Coccothrauſtes ſuperne dilute caſtanea, inferne alba; capite, collo & medio ventre nigris; rectricibus 12 caſtaneo—purpureis, lateralibus interius fuſcis. . . . Le Gros—bec de Java.

Paſſer Sinenſis, roſtro cœruleo. *Klein.* Moineau de la Chine (*Mâle*) *Alb. avec une figure paſſable.* *Anglice*, Chinese Sparrow.

Paſſeri campeſtri nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo $4\frac{1}{4}$ pollices explet. Roſtrum $5\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda 16 lineas; digitorum medius 8 lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus laterales nonnihil ſuperat. Extremitates alarum 7 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam fere caudam pertingunt. Roſtrum cinereo—cœruleum. Pedes, unguesque fuſci.

Fœmina a *mare* diſcrepat cruribus dilute caſtaneis, necnon colore caudæ non ita ſplendente.

Habitant in *Java Inſula* circa *Bataviam*.

†. ** 9. Coccothraustes Javensis nævia.

Coccothrauſtes ſuperne fuſco—rufeſcens, inferne alba; pectore & lateribus nigro variis; capite anteriore & collo inferiore caſtaneis; rectricibus 12 fuſco—rufeſcentibus. . . . Le Gros—bec tacheté de Java.

Loxia punctulata. *Linn.* Paſſer Sinenſis ferrugineus. Paſſer varius maculatus. *Klein.* Moineau appellé Coury. *Edwards, avec une figure paſſable.* *Anglice*, Chinese Sparrow.

Præcedentem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 4$\frac{1}{4}$ pollices explet. Roſtrum 5 lineas longum eſt; cauda 1$\frac{7}{12}$ pollicem; digitorum medius 8 lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil ſuperat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 6$\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ ad tertiam circirer caudæ partem extenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque plumbeo colore tincti. Habitat in *Java Inſula* circa *Bataviam.*

†. ** 10. Coccothraustes Moluccensis.

Coccothrauſtes ſuperne dilute fuſca, inferne nigro & ſordide albo transverſim ſtriata; remigibus ſaturate fuſcis; capite anteriore, collo inferiore, rectricibusque 12 nigris. . . . Le Gros-bec des Moluques.

Craſſitie *Paſſeri campeſtri* multo cedit. Ipſius longitudo 4 pollices æquat. Roſtrum 4$\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda 1$\frac{1}{12}$ pollicem; digitorum medius 7 lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil ſuperat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 6$\frac{1}{3}$ pollicum; alæ complicatæ ultra tertiam caudæ partem non multum protenduntur. Mandibula ſuperior nigricans, inferior griſea. Pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Moluccis Inſulis.*

†. ** 11. Coccothraustes Borbonica.

Coccothrauſtes ſuperne fuſca, ſcapis pennarum fuſco-rufeſcentibus, inferne alba; gutture & collo inferiore nigricantibus; rectricibus 12 fuſconigricantibus. . . . Le Gros-bec de l'Isle de Bourbon, ou le Jacobin.

Craſſitie *Regulum* non multum antecellit. Ipſius longitudo 3$\frac{2}{3}$ pollices explet. Roſtrum 5 lineas longum eſt; cauda 16 lineas; digitorum medius 6 lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil ſuperat. Extremitates alarum

rum $5\frac{1}{6}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Mandibula ſuperior nigricans, inferior griſea. Pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Borbonica Inſula.*

†. ** 12. COCCOTHRAUSTES SINENSIS CINEREA.

Coccothrauſtes cinerea; capite & gutture nigris; (maculâ utrinque in genis candidâ *mas*); ventre pallide roſeo; rectricibus 12 nigris.... LE GROS-BEC CENDRÉ DE LA CHINE.

Loxia oryzivora. *Linn.* Coccothrauſtes cœruleſcens. *Klein.* Gros-bec de la Chine ou Oiſeau de Riz, appellé Padda. *Edwards*, *avec d'aſſez bonnes figures. Belgice*, RYS VOGEL.

Paſſerem domeſticum craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 5 pollices explet. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda $1\frac{3}{4}$ pollicem; digitorum medius 9 lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales paululum ſuperat. Extremitates alarum $8\frac{1}{2}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Roſtrum coccineum. Oculorum ambitus quoque coccineus. Pedes pallide rubri; ungues vero candicantes.

Fœmina a *mare* differt roſtro & oculorum ambitu multo minus ſplendide rubris, genis macula candida deſtitutis, marginibus alarum pauco albo inſignitis, & imo ventre, inferioribusque caudæ tectricibus albis.

Habitant in *Sina* & *Java Inſula.*

13. COCCOTHRAUSTES BRASILIENSIS.

Coccothrauſtes ſuperne griſea, maculis nigris variegata, inferne alba; capite & collo inferiore ſanguineis; remigibus, rectricibusque nigris, oris exterioribus remigum albis. . . . LE GROS-BEC DU BRÉSIL.

Rubicilla Americana, Guira tirica Braſilienſibus dicta. *Willugb. Raj.* Guira tirica Braſilienſibus. *Marcgr. Jonſt.*

Magnitudine *Alaudam* æmulatur. Cauda 3 circiter pollices longa. Oculi cœrulefcunt. Aurium foramina ampla. Mandibula fuperior fufca, inferior ex albo ad incarnatum colorem inclinans. Pedes cinerei. Habitat in *Brafilia.*

†. ** 14. COCCOTHRAUSTES LUDOVICIANA.

Coccothrauftes fuperne nigra, inferne alba, ventre maculis purpureis vario; pectore dilute purpureo; uropygio candido; remigibus majoribus ab exortu ad medium usque candidis, in altera medietate nigris; 12 rectricibus nigris, tribus extimis in exortu & ultima medietate interius albis.... LE GROS-BEC DE LA LOUÏSIANE.

Craffitie *Montifringillam* paululum antecellit. Ipfius longitudo 6½ pollices æquat. Roftrum 7 lineas longum eft; cauda 2¼ pollices; digitorum medius 9 lineas: laterales paulo funt breviores; pofticus intimum æquat. Extremitates alarum 11¼ pollicum intervallo diftant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Roftrum, pedes, unguesque grifeo-fufci. Habitat in *Ludovicia.*

†. ** 15. COCCOTHRAUSTES CANADENSIS.

Coccothrauftes fordide rofea, capite exiguis maculis fufcis vario; dorfo fufco, grifeo & fordide rofeo mixto; ventre grifeo; remigibus fufcis, oris exterioribus majorum rofeis, minorum albis; rectricibus 12 fufcis, oris exterioribus grifeis. (*Mas.*)

Coccothrauftes grifeo-fufca, fuperne faturatius, inferne dilutius, fupra caput & in uropygio nonnihil rubefcens; in corpore inferiore, quid rofei exhibens; remigibus fufcis, oris exterioribus albidis; rectricibus fufcis, oris exterioribus grifeis. (*Fœmina*) .... LE GROS-BEC DE CANADA.

Enu-

Enucleator. *Linn.* Grosse Pivoine. *Edwards, avec des figures exactes. (Le demi bec supérieur est cependant un peu trop crochu.)*

Coccothraustem nostratem crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo $7\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 6 lineas longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices: digitorum medius 9 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus lateralibus circiter æqualis. Extremitatum alarum distantia est 12 pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Plumulæ quædam fuscæ, antrorsum versæ, nares cooperiunt. Cauda nonnihil bifurca. Rostrum cinereum. Pedes, unguesque fusci.

Fœmina a *mare* colore discrepat, & rostro griseo. Habitant in *Canada*.

16. COCCOTHRAUSTES INDICA.

Coccothraustes cristata, in toto corpore saturate rubra; basi rostri rubro obscuriore cincta; tectricibus alarum superioribus obscurius rubris; remigibus, rectricibusque saturate rubris. . . . . LE GROS-BEC DES INDES.

Psittacus cristatus, ruber, minor, ex Insula Boetonensi. *Seb. hujus icon accurata.*

Crassitie *Coccothraustem nostratem* antecellit. Ipsius longitudo 8 circiter pollices æquat. Rostrum unum pollicem longum est; cauda $2\frac{1}{4}$ pollices; digitorum medius 13 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus lateralibus circiter æqualis. Alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes protenduntur. Rostrum saturate luteum. Pedes flavi. Digiti longi sunt, acutisque & incurvis unguibus muniuntur. Habitat in *India*.

** 17. COCCOTHRAUSTES VIRGINIANA, VULGO CARDINALIS CRISTATUS DICTA.

Coccothraustes cristata, rubra, superne obscurius, in-

inferne ſplendidius; baſi roſtri nigro circumdata; gutture nigro; remigibus, & ex 12 rectricibus, lateralibus interius ab exortu oblique roſeis. . . . LE GROS-BEC DE VIRGINIE, DIT VULGAIREMENT LE CARDINAL HUPÉ.

Coccothrauſtes Indica. *Jonſt.* Coccothrauſtes Indica criſtata. *Aldrov. Willugb. Raj. Klein.* Coccothrauſtes Virginiana; Cardinalis. *Charlet.* Coccothrauſtes Capenſis ruber. *Petiv.* Enucleator Indicus; Luſcinia Virginiana; Coccothrauſtes criſtata. *Friſch. hujus icon ſatis accurata.* Loxia major rubra. *Browne.* Cardinalis. *Linn.* Cardinal. *Catesb. avec une figure exacte.* Rouge-Gros-bec, ou Roſſignol de Virginie. *Alb.* *Germanice*, INDIANISCHER HAUBEN-FINCK. *Anglice*, VIRGINIAN NIGHTINGALE.

Coccothrauſtem noſtratem craſſitie circiter æmulatur. Ipſius longitudo $7\frac{1}{6}$ pollices æquat. Roſtrum $8\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $3\frac{7}{12}$ pollices; digitorum medius 10 lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus laterales paululum ſuperat. Extremitates alarum $10\frac{2}{3}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad tertiam circiter caudæ partem protenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque pallide rubri.

Fœmina a *mare* diſcrepat colore obſcuriore multo, & tantum ex fuſco rubeſcente. Roſtrum pallide rubrum. Pedes, unguesque fuſco—rubeſcentes.

Habitant in *Virginia* & tota *Americæ* Septentrionali regione.

18. COCCOTHRAUSTES MEXICANA.

Coccothrauſtes ſanguinea; remigibus, rectricibusbus nigricantibus. . . . LE GROS—BEC DU MEXIQUE.

Loxia Mexicana. *Linn.* Coccothrauſtes alis nigris. *Klein.* Avis Mexicana, grandis, rubra; Paſſeris ſpecies. *Seb. bujus icon ſatis accurata.*

Præcedentem craſſitie nonnihil ſuperat. Ipſius lon-

longitudo 6½ pollices circiter æquat. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda 2½ pollices; digitorum medius 7½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus laterales circiter adæquat. Alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Habitat in *Mexico.*

19. COCCOTHRAUSTES ANGOLENSIS CYANEA.

Coccothrauſtes ſaturate cyanea; plumulis baſim roſtri ambientibus; oculorum ambitu, gutture, remigibus minoribus nigris, cyaneo marginatis; remigibus majoribus, rectricibusque 12 nigris.... LE GROS—BEC BLEU D'ANGOLA.

Loxia cyanea. *Linn.* Gros-bec bleu d'Angola. *Edwards, avec une figure exacte.*

Coccothrauſtem noſtratem craſſitie circiter æmulatur. Oculorum pupilla nigra: ipſorum irides obſcure avellaneæ. Roſtrum plumbeo colore imbutum, in mandibula ſuperiore ſaturatius quam in inferiore. Pedes, unguesque ex plumbeo colore nigricant. Habitat in *Angolenſi* regno.

†. ** 20. COCCOTHRAUSTES AMERICANA COERULEA.

Coccothrauſtes obſcure cinereo—cœruleſcens; gutture albo; maxillis, collo inferiore, rectricibusque 12 nigris; alarum remigibus nigricantibus, exterius cinereo—cœruleſcente obſcure marginatis; roſtro rubro. . . . LE GROS—BEC BLEU D'AMÉRIQUE.

Coccothrauſtem Virginianam craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 7½ pollices explet. Roſtrum 8½ lineas longum eſt; cauda tres pollices; digitorum medius 8½ lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus laterales paululum ſuperat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 11 pollicum; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Pedes, un-

unguesque plumbeo colore imbuti. Habitat in *America*.

XXXV. *Genus Emberizæ.*

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; omnes circiter usque ad exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum conico—attenuatum:

Mandibula utraque recta, integra; utriusque marginibus introrsum depressis.

Omnium hujus generis Avium mandibula superior intus tuberculo donatur osseo, cujus ope grana frangit Avis, eaque postea deglutit.

** 1. EMBERIZA.

Emberiza superne nigricante, rufescente & griseo-albo varia; inferne lutea; pectore dilute castaneo, luteo & olivaceo variegato; capite luteo, maculis fuscis vario; tænia pone oculos fusca; ex 12 fuscis rectricibus, binis utrinque extimis interius macula obliqua alba notatis. . . . LE BRUANT.

Emberiza flava. *Gesn. Willugh. Raj. Klein.* Lutea *Bell.* Luteæ genus alterum. Anthus sive Florus. *Aldrov. Jonst. Rzac.* Luteola. *Sibbald.* Chloreus, seu Lutea Arist. *Klein.* Miliaria lutea. *Frisch. hujus icones accuratæ.* Aureola. *Schwenck.* Citrinella. *Linn.* Passer ex cinereo flavus. *Barr.* Gelgorsta. *Gesn. Aldrov.* Zivolo. *Olina, hujus icon accurata.* Verdier. *Bel.* Verdier, Serrant. *Bel.* Loriot ou Verdore. *Alb.* *Germanice*, GOLL-AMMER. *Anglice*, YELLOW-HAMMER.

Cum *Passere domestico* crassitie convenit. Ipsius longitudo 6¼ pollices æquat. Rostrum 5 lineas longum est; cauda 2⅔ pollices; digitorum medius 8 li-

lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales paululum ſuperat. Extremitates alarum $9\frac{1}{6}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ nonnihil ultra tertiam caudæ partem extenduntur. Cauda bifurca. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum, unguesque fuſci; pedes vero flavicantes.

Fœmina a *mare* diſcrepat in eo quod multo minus ſit lutea. Humi nidificat hæc Avis.

** 2. EMBERIZA SEPIARIA.

Emberiza ſuperne nigricante & rufo varia, inferne lutea; gutture & macula in pectore fuſcis; capite viridi—olivaceo, maculis nigricantibus vario; tænia ſupra oculos, & infra macula, lutea; ex 12 rectricibus, binis utrinque extimis interius macula obliqua alba notatis.... LE BRUANT DE HAYE.

Emberiza, ſive Cirlus. *Klein.* Cirlus *Aldrov.* Luteæ primum genus. *Jonſt. Willugb. Raj.* Verdier de Haye. *Bel.*

Præcedentem craſſitie circiter æmulatur. Ipſius longitudo $6\frac{1}{6}$ pollices æquat. Roſtrum $5\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $2\frac{3}{4}$ pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil ſuperat. Extremitatum alarum diſtantia eſt $9\frac{1}{4}$ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum cinereo—fuſcum. Pedes, unguesque flavicantes.

** 3. EMBERIZA PRATENSIS.

Emberiza ſuperne ex nigricante & griſeo—rufeſcente varia, inferne dilute rufeſcens; oculorum ambitu & tænia in maxilla inferiore albo—rufeſcentibus; linea nigricante guttur cingente; ex 12 rectricibus, binis utrinque extimis interius albo-rufeſcente terminatis.... LE BRUANT DE PREZ.

Geſn.

Gesn. Aldrov. Jonst. Charlet. Hortulanus cinereus; Species tertia Aldrovandi. *Rzac.* Cirlus stultus. Passeribus congener. *Aldrov. Jonst. Willugb. Germanice*, WIS-EMMERITZ.

Crassitie præcedentes æmulatur. Ipsius longitudo $6\frac{1}{6}$ pollices æquat. Rostrum $5\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $2\frac{1}{3}$ pollices; digitorum medius $8\frac{1}{2}$ lineas: laterales multo sunt breviores; & posticus laterales paululum superat. Extremitates alarum $9\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Cauda nonnihil bifurca. Rostrum, pedes, unguesque grisei.

** 4. HORTULANUS.

Emberiza superne ex nigricante & castaneo—fusco varia, inferne rufescens; capite & collo olivaceo-cinereis, (lineolis nigricantibus variis *fœmina*); oculorum ambitu & gutture, quod circumdat linea cinerea, flavicantibus; tectricibus alarum inferioribus sulphureis; rectricibus 12 saturate fuscis, rufescente variis, rectrice extima exterius margine albida prædita, proxime sequenti interius in apice alba. . . . L'ORTOLAN.

Emberiza, Miliaria pinguescens. *Klein.* Miliaria pinguescens. *Frisch. hujus icones accuratæ.* Hortulana. *Gesn. Linn.* Hortulanus. *Aldrov. Jonst. Willubg. Raj.* Hortulanus; Miliaria Cenchramus Aristotelis. *Rzac.* Ortolano. *Olina, hujus icon satis accurata.* Ortolan. *Alb.* *Germanice*, FROEMMDER-VOGEL. *Anglice*, HORTULANE.

Emberizæ crassitie cedit. Ipsius longitudo $6\frac{1}{4}$ pollices æquat. Rostrum 5 lineas longum est; cauda $2\frac{5}{12}$ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales multo sunt breviores; posticus laterales nonnihil superat. Extremitatum alarum distantia est 9 pollicum; alæ complicatæ ad tertiam caudæ partem protenduntur. Rostrum, pedes, unguesque flavicant.

Fæ-

Fœmina a *mare* difcrepat capite & collo paulo magis ad cinereum inclinantibus, & lineolis nigricantibus, notatis.

Hujus fpeciei varietates funt

A. Hortulanus flavus.

l'Ortolan jaune.

Aldrov. Jonft. Willugb. Paffer flavefcens, uropygio rotundo. *Barr.*

Præcedentem magnitudine adæquat; ab illo autem colore difcrepat. Per univerfum enim corpus flavefcente imbuitur colore paleari, exceptis alarum marginibus & remigum pennarum extremitatibus, quæ albæ funt. Roftrum, pedesque rubicundi.

B. Hortulanus candidus.

l'Ortolan blanc.

Hortulanus albus. *Aldrov. Jonft. Willugb.*

A præcedente differt colore in toto corpore, *Cygni* inftar, candidiffimo.

C. Hortulanus albicilla.

l'Ortolan a queue blanche.

Aldrov. Jonft. Hortulanus cauda alba. *Willugb.*

Ab *Hortulanis vulgaribus* difcrepat cauda penitus alba. In reliquis cum illis perfecte convenit, nifi quod fit pallidioris coloris.

D. Hortulanus niger.

l'Ortolan noir.

Hortulanus capite & collo viridi. *Aldrov. Willugb.*

In toto corpore nigricat, exceptis capite & collo viridefcentibus. Roftrum rubicundum. Pedes cinerei.

** 5. HORTULANUS ARUNDINACEUS.

Emberiza ſuperne ex nigro, griſeo & rufeſcente varia, inferne albo-rufeſcens; capite nigro (rufescente vario, *fœmina*); tænia ſupra oculos albo-rufeſcente; torque albo (minime conſpicuo, *fœmina*); ex 12 rectricibus, binis utrinque extimis albis, interius in exortu oblique nigricantibus, extima in apice oblique fuſca; cruribus rufeſcentibus. . . . L'ORTOLAN DE ROSEAUX.

Schœniclos. *Linn.* Paſſer arundinarius. *Geſn. Schwenck. Rzac. Charlet.* Paſſer torquatus in arundinetis nidificans. *Willugb. Raj.* Paſſer atricapillus torquatus, *Friſch. hujus icones non ſatis accuratæ.* Paſſer Junco. *Charlet. Geſn.* An Atototl, ſeu Avis aquatilis? *Fern. Raj.* Moineau de Joncs. *Alb. Germanice*, REIDTMEUSZ. *Anglice*, REED-SPARROW.

Emberizam vulgarem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 5¾ pollices explet. Roſtrum 14½ lineas longum eſt; cauda 2½ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales ſuperat paululum. Extremitatum alarum diſtantia eſt 9 pollicum; alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Roſtrum, unguesque fuſci. Pedes ex carneo colore nigricant.

Fœmina a *mare* differt capite ſuperiore rufescente vario; & torque minime conſpicuo; ac collo inferius non ita nigro. In arundinetis nidificant.

†. ** 6. HORTULANUS LUDOVICIANUS.

Emberiza ſuperne ex nigro & rufo varia, inferne albo—rufeſcens; pectore rufo; capite, gutture & collo inferiore rufeſcentibus; macula nigra, ferri equini æmula, in vertice, altera pone oculos; remigibus, rectricibusque 12 nigris. . . . L'ORTOLAN DE LA LOUISIANE.

Craſſitie *Emberizam noſtratem* circiter æmulatur. Ipſius longitudo 5⅙ pollices æquat. Roſtrum 5 lineas

neas longum eſt; cauda 2⅞ pollices; digitorum medius 7½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus laterales æquat. Extremitates alarum 9 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Roſtrum rufeſcens, maculis nigricantibus varium. Pedes, unguesque cinerei. Habitat in *Ludovicia*.

†. ** 7. HORTULANUS CAPITIS BONÆ SPEI.

Emberiza ſuperne ex nigro, ſordide griſeo, & rufeſcente varia, inferne ſordide griſea; genis & gutture ſordide albis; tænia duplici nigricante in utraque gena; remigibus, rectricibusque 12 fuscis, oris exterioribus rufis. . . . L'ORTOLAN DU CAP DE BONNE ESPÉRANCE.

Cum præcedente craſſitie circiter convenit. Ipſius longitudo 5¾ pollices æquat. Roſtrum 5 lineas longum eſt; cauda 2½ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus laterales nonnihil ſuperat. Extremitatum alarum distantia eſt 8⅞ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Roſtrum, pedes, unguesque ex cinereo nigricant. Habitat in *Capite Bonæ Spei*.

†. ** 8. HORTULANUS CAROLINENSIS.

Emberiza ſuperne ex nigro & rufeſcente varia, inferne nigra; uropygio cinereo—olivaceo; pennis ſcapularibus & tectricibus alarum minoribus ſordide albis; rectricibus 12 mucronatis, nigris, in apice ſuperius fuſcis, ſubtus cinereis, oris exterioribus flavicantibus. (*Mas*).

Emberiza rufeſcens; rectricibus mucronatis. (*Fœmina*). . . . L'ORTOLAN DE LA CAROLINE.

Fringilla oryzivora. *Linn.* Emberiza Carolinienſis. *Klein.* Ortolan de la Caroline, ou Oiſeau à Ris. *Catesb. avec d'aſſez bonnes figures.* Ortolan de la Caroline. *Edwards, avec des figures exactes.* *Anglice*, RICE-BIRD.

Montifringillam craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 6¾ pollices explet. Roſtrum 6½ lineas longum eſt; cauda 2½ pollices; digitorum medius 11½ lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales æquat. Extremitates alarum 10⅙ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protenduntur. Cauda bifurca. Roſtrum cinereum ſive plumbeo colore tinctum. Pedes, unguesque fuſci.

Fœmina colore a *mare* diſcrepat. In univerſo fere corpore rufeſcit.

Exeunte æſtate habitat in *Carolina* & *Canada*.

** 9. HORTULANUS NIVALIS.

Emberiza ſuperne nigra, marginibus pennarum candidis, inferne alba; capite, collo & pectore albis, rufeſcente mixtis; remigibus nigro, albo & rufeſcente variis; ex 12 rectricibus, tribus utrinque extimis albis, exterius in apice longa macula nigra notatis. . . . L'ORTOLAN DE NEIGE.

Emberiza nivalis. *Linn.* Emberiza varia. *Schwenck. Klein.* Miliaria nivis. *Friſch. hujus icones accuratæ.* Nivalis Avis; Paſſer hybernus; Hortulanus ex albo variegatus; Snegula. *Rzac.* Avis ignota. *Geſn.* Fringilla albicans. *Aldrov.* Montifringilla calcaribus Alaudæ, ſeu major. *Willugb. Raj.* Petit Pinçon-Pie des montagnes. *Alb. avec une aſſez bonne figure.* Oiſeau de neige de la Baye de Hudſon. *Edwards, avec une figure exacte.* *Germanice*, GESCHECKTER EMMERLING. *Anglice*, GREATER-BRAMBLING.

Craſſitie *Emberizam noſtratem* æmulatur. Ipſius longitudo 6⅓ pollices æquat. Roſtrum 5 lineas longum eſt; cauda 2½ pollices; digitorum medius 9 lineas; laterales multo ſunt breviores; poſticus medium fere adæquat; ungue enim donatur longiori & minus arcuato quam in reliquis hujus generis ſpeciebus. Extremitatum alarum diſtantia eſt 11⅚ pollicum; alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes

partes extenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque griſeo-fuſci. Habitat in *Septentrionalibus* regionibus.

Hujus ſpeciei varietates ſunt

A. Hortulanus nivalis nævius.

l'Ortolan de neige tacheté.

Miliaria albo & cano varia. *Friſch. hujus icon accurata. Germanice*, Weiss Fleckige Ammer.

Magnitudine & craſſitie præcedentem æmulatur. Ab illo autem diſcrepat colore albo, aliquid lutei admixtum habente. Guttur & collum inferius minutiſſimis variegantur maculis fuſcis.

B. Hortulanus nivalis pectore nigro.

l'Ortolan de neige a poitrine noire.

Fringilla ſublutea & ſubnigra. *Aldrov.* Fringilla ſublutea. *Jonſt.*

Cum præcedentibus magnitudine & craſſitie convenit; ab illis colore differt. Superne ex albo luteſcit. Pennæ baſin roſtri & partem corporis inferiorem ambientes, ſunt ſubnigræ. Alæ & cauda ex ſubnigro & albo mixtæ.

C. Hortulanus nivalis niger.

l'Ortolan de neige noir.

Fringilla hyemalis. *Linn.* Paſſer nivalis, cervice alba. *Klein.* Moineau de neige. *Catesb. avec une figure exacte. Anglice*, Snow-Bird.

Craſſitie præcedentem æquat. Corporis partem ſuperiorem tingit nigredo, quibusdam in locis ad plumbeum colorem inclinans. Inferne albet. Remiges & caudæ rectrices ſunt nigræ. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum candidum. Pedes, unguesque griſei. Per hiemem habitat in *Virginia* & *Carolina*.

D. HORTULANUS NIVALIS TORQUATUS.

L'ORTOLAN DE NEIGE A COLLIER.

Fringilla capite albo. *Klein.* Pinçon-Pie. *Alb.* *Anglice*, PIED-CHAFFINCH.

Cum præcedente craſſitie circiter convenit. Caput habet, guttur & collum alba: collum infimum ambiunt tres circuli, torquium adinſtar, quorum ſuperior plumbeo–cœruleſcente colore tingitur: proxime ſequens albet; tertius cœruleus eſt. Maxima pars corporis ex fuſco rubeſcit, & flavo–virideſcente maculatur. Medium pectus macula inſignitur cœruleſcente, quaſi denticulata. Superiores alarum tectrices, ſicut & remiges, albent, & aliquid flavo-virideſcentis admixtum habent, quibusdam quoque pennis nigris intermixtis. Cauda 12 conflatur rectricibus, candidis aut nigris. Oculorum pupilla, & palpebræ nigræ: irides candidæ. Roſtrum rubeſcit, & in medio tænia variegatur plumbeo–cœruleſcente, ipſum ambiente. Pedes unguesque ex carneo colore rubeſcunt. In *Anglia* reperta fuit hæc varietas.

** 10. CYNCHRAMUS.

Emberiza ſuperne ex ſaturate fuſco & rufeſcente varia, inferne alba, ad ſulphureum colorem inclinans; oculorum ambitu & gutture dilute rufis; rectricibus 12 fuſcis, marginibus dilute rufeſcentibus. (*Mas*).

Emberiza ſuperne ex ſaturate fuſco & griſeo–rufeſcente varia, inferne alba, ad ſulphureum colorem inclinans; oculorum ambitu & gutture concoloribus; rectricibus fuſcis, marginibus albidis. (*Fœmina*). . . . LE PROYER.

Calandra. *Linn.* Emberiza alba. *Geſn. Jonſt. Charlet. Aldrov. Willugh. Raj. Sibbald. Barr. Klein.* Cynchramus. *Jonſt. Charlet. Aldrov.* Hordeola. *Schwenck.* Miliaria cana. *Friſch. hujus icon accurata.* Spinus. *Moehr.*

Moehr. Passer sylvestris magnus. *Gesn.* Alaudæ congener. *Aldrov. Jonst.* Alauda non cristata, rostro denticulato. *Barr.* Strillozzo. *Olina*, *hujus icon accurata.* Proyer, Preyer ou Pruyer. *Bel.* Traquet blanc. *Alb.* *Germanice*, GERST-HAMMER. *Anglice*, BUNTING.

Alaudam cristatam crassitie nonnihil antecellit. Ipsius longitudo 7½ pollices æquat. Rostrum 7 lineas longum est; cauda 2½ pollices; digitorum medius 12 lineas: laterales multo sunt breviores; posticus laterales nonnihil superat. Extremitates alarum 11⅓ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Cauda nonnihil bifurca. Rostrum, pedes, unguesque griseo-fusci.

Fœmina coloribus paululum a *mare* discrepat. Summis arborum & fruticum ramis insidet, & statim cantat.

†. ** 11. EMBERIZA CANADENSIS.

Emberiza superne ex fusco & castaneo varia, paululum griseo admixto, inferne sordide alba, castaneo maculata; tectricibus caudæ superioribus & inferioribus sordide albo-rufescentibus; remigibus, rectricibusque 12 fuscis, oris exterioribus griseo-castaneis. . . . LE BRUANT DE CANADA.

Cum *Emberiza nostrate* crassitie convenit. Ipsius longitudo 5½ pollices æquat. Rostrum 5½ lineas longum est; cauda 2½ pollices; digitorum medius 8½ lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus laterales æquat. Extremitatum alarum distantia est 8⅙ pollicum; alæ complicatæ ad tertiam caudæ partem extenduntur. Rostrum, pedes, unguesque griseo-fusci. Habitat in *Canada.*

†. ** 12. EMBERIZA CANADENSIS COERULEA.

Emberiza ex rufo & cœruleo varia; capitis vertice obscure rufo; remigibus rectricibusque 12 fuscis, oris

oris exterioribus griſeo-cœruleis. . . . LE BRUANT BLEU DE CANADA.

Præcedenti multum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 4½ pollices explet. Roſtrum 5 lineas longum eſt; cauda unum pollicem; digitorum medius 7½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus intimo æqualis. Extremitates alarum 7¼ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque griſeo-fuſci. Habitat in *Canada*.

13. EMBERIZA BRASILIENSIS.

Emberiza ſuperne ex vireſcenti, flavo & fuſco varia, inferne flava; capite ſuperius & gutture luteis; remigibus, rectricibusque dorſo concoloribus. . . . LE BRUANT DU BRESIL.

Paſſer Braſilienſis Guira Nheemgatu. *Willugh.* Guira Nheemgatu Tupinambis. *Marcgr. Jonſt. Raj.*

Magnitudine *Paſſerem* æmulatur. Oculi nigri. Roſtrum quoque nigrum. Pedes, unguesque fuſci. *Fœmina* a *mare* colore diſcrepat. Per univerſum corpus pennis veſtitur plumis *Paſſerinis* æmulis. *Mas* egregie canit, ut *Fringilla*. Habitant in *Braſilia*.

†. ** 14. EMBERIZA DOMINICENSIS.

Emberiza ſuperne viridi-olivacea, inferne griſeo-alba, olivaceo admixto; (macula roſtrum inter & oculos, & gutture flavo-aurantiis; collo inferiore nigricante, *mas*); marginibus alarum dilute luteis: remigibus interius fuſcis; rectricibus 12 viridi-olivaceis. . . . LE BRUANT DE S. DOMINGUE.

Craſſitie *Regulum* non multum ſuperat. Ipſius longitudo 3¼ pollices æquat. Roſtrum 4½ lineas longum eſt; cauda 1 7/12 pollicem; digitorum medius 6½ lineas:

lineas: laterales multo sunt breviores; posticus laterales paululum superat. Extremitatum alarum distantia est 6 pollicum; alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam extenduntur. Rostrum, pedes, unguesque griseo–fusci.

Fœmina a *mare* discrepat in eo quod colores non ita sint vividi, & maculis flavis in capite, gutturеque, & nigricante in collo inferiore destituatur. Habitant in *Dominicensi Insula*.

15. EMBERIZA SURINAMENSIS.

Emberiza dilute grisea; tectricibus alarum superioribus & pectore rubello mixtis; remigibus exterius griseis, rubro mixtis, interius albis; rectricibus griseis, superne rubello mixtis. . . . LE BRUANT DE SURINAM.

Avis Gonambucho, Americana. *Seb. hujus icon satis accurata.*

Alaudam crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo 5 pollices explet. Rostrum 5 lineas longum est; cauda 1¼ pollicem. Alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam extenduntur. *Lusciniæ* instar, suavissime canit. *Frumento Indico*, *Mays* dicto, vescitur & delectatur. Habitat in *Surinamo*.

SECTIO II.

Eæ quæ mandibula donantur superiore adunca.

Duo Avium genera sectionem istam constituunt. Aliæ rostro donantur superne convexo, subtus planiusculo, ut *Colius*: aliæ vero rostro superne & inferne convexo, ut *Pyrrhula*.

XXXVI. *Genus Colii.*

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet

 antici,

antici, posticus unus; omnes circiter usque ad exortum discreti:
Crura ad calcaneum usque plumosa:
Rostrum conico-attenuatum, superne convexum, subtus planiusculum:
Mandibula superior adunca.

†. ** 1. Colius Capitis Bonæ spei.

Colius superne cinereus, inferne sordide albus; pectore dilute vinaceo; tectricibus caudæ superioribus castaneo-purpureis; remigibus interius fuscis; rectricibus cinereis, duabus utrinque extimis exterius albis, omnibus longitudine inæqualibus.... Le Coliou du Cap de Bonne Espérance.

Crassitie *Montifringillam* circiter æmulatur. Ipsius longitudo $10\frac{1}{4}$ pollices æquat. Rostrum 6 lineas longum est; cauda $6\frac{3}{4}$ pollices; digitorum medius 10 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus omnium brevissimus. Extremitatum alarum distantia est $10\frac{5}{6}$ pollicum; alæ complicatæ ad 15 lineas ultra caudæ exortum protenduntur. Rostrum griseum, in apice nigricans. Pedes grisei; ungues vero nigricantes. Habitat in *Capite Bonæ Spei.*

†. ** 2. Colius Senegalensis cristatus.

Colius cristatus, griseus, dorso saturatiore; occipitio beryllino; remigibus exterius griseo-fuscis, interius rufis, oris exterioribus griseis; rectricibus griseis, ad cœruleum vergentibus, scapis fuscis, omnibus longitudine inæqualibus.... Le Coliou hupé du Sénégal.

Præcedentem crassitie circiter adæquat. Ipsius longitudo $12\frac{5}{12}$ pollices explet. Rostrum $7\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $8\frac{1}{4}$ pollices; digitorum medius 10 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus omnium brevissimus. Extremitates alarum $9\frac{3}{4}$ pol-

pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad 14 lineas ultra caudæ exortum protenduntur. Mandibula inferior nigra, superior in exortu grisea, in apice nigra. Pedes grisei; ungues vero fusci. Habitat in *Senegalensi* regione.

XXXVII. *Genus Pyrrhulæ.*

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; omnes circiter usque ad exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum conico—attenuatum, superne & inferne convexum:

Mandibula superior adunca.

** 1. PYRRHULA.

Pyrrhula superne cinerea, inferne rubra (*mas*), cinereo–vinacea (*fœmina*); capitis vertice, & pennis basis rostri, splendide nigris; uropygio & imo ventre candidis; remigibus ex nigro, violaceo, rubro, ac albo variis; rectricibus 12 nigro-violaceis, lateralibus interius cinereo–nigricantibus, utrinque extima macula albida interius notata. . . . LE BOUVREUIL.

Pyrrhula. *Linn.* Pyrrhula, sive Rubicilla. *Aldrov. Jonst. Moebr. Gesn. hujus icon satis accurata. Willugb. Raj. Sibbald. Rzac. Charlet.* Rubrica. *Gesn.* Coccothraustes sanguinea. *Klein.* Fringilla sanguinea. *Schwenck.* Fringilla Rubecula. *Frisch. hujus icones satis accuratæ.* Cifolotto, o Ciufolotto. *Olina, hujus icon satis accurata.* Pivoine. *Alb.* Pivoine, nommé par aucuns, Siffleur, Groulard. *Bel. avec une figure passable. Germanice*, BLUT-FINCK. *Anglice*, BUL-FINCH.

Cum *Passere domestico* crassitie convenit. Ipsius longitudo $5\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 5 lineas longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum medius $7\frac{1}{2}$ li-

7½ lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus intimum æquat. Extremitates alarum 9¼ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Cauda nonnihil bifurca. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum, unguesque nigricantes; pedes vero fuſci.

Fœmina a *mare* diſcrepat colore.

Habitant in Silvis.

Hujus ſpeciei varietates ſunt

** A. PYRRHULA NIGRA.

LE BOUVREUIL NOIR.

Loxia panicivora. *Linn.* Coccothrauſtes atricilla. *Klein.* Rouge-queuë noire. *Alb. avec une figure paſſable.* *Anglice*, BLACK BULL-FINCH.

Magnitudine & craſſitie cum præcedente convenit; ab illa autem discrepat colore in univerſo corpore nigerrimo.

In illa ab *Albino* deſcripta quarumdam ventris plumularum extremitates erant rubræ; quinque priorum remigum oræ exteriores candidæ; oculorum irides albicantes; roſtrum ſaturate cinereum; pedes vero incarnato colore tincti. In reliquis penitus nigra.

B. PYRRHULA CANDIDA.

LE BOUVREUIL BLANC.

Pyrrhula candida. *Schwenck.*

Per univerſum corpus pennis veſtitur prorſus candidis, paucis tamen in dorſo nigriusculis elucentibus plumulis.

2. PYRRHULA HAMBURGENSIS.

Pyrrhula ſuperne fuſco—flavicans, maculis longitudinalibus nigris varia, inferne alba; pectore dorſo concolore; capite ſuperius ex fuſco ruſeſcente, cum quadam purpurei mixtura; tænia trans-

transversa in collo inferiore fusca; duplici tænia in alis transversa candida; rectricibus 12 superne obscure fuscis, inferne candidis. . . . LE BOUVREUIL DE HAMBOURG.

Grimpereau d'Hambourg. *Alb.* *Anglice*, HAMBURG TREE-CREEPER.

Præcedentem crassitie paululum antecellit. Ipsius longitudo 5¾ pollices circiter æquat. Rostrum 6 lineas longum est; cauda 1¾ pollicem; digitorum medius 6½ lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus laterales circiter æquat. Alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Oculorum irides flavæ. Rostrum nigrum. Arborum truncos, ramosque, *Parorum* instar, scandit. *Insectis* victitat. Habitat circa *Hamburgum*.

3. PYRRHULA MEXICANA NIGRA.

Pyrrhula in toto corpore nigra; marginibus alarum candidis; remigibus nigris, pennulis exterioribus duarum priorum remigum ab exortu remigis ad medietatem usque albis; rectricibus 12 penitus nigris. . . . LE BOUVREUIL NOIR DU MEXIQUE.

Loxia nigra. *Linn.* Coccothraustes nigra. *Klein.* Petit Rouge-queuë noir. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice*, LITTLE BLACK BUL-FINCH.

Serinum Canarium crassitie fere æquat. Ipsius longitudo 5⅛ pollices circiter explet. Rostrum 5 lineas longum est; cauda 2 pollices; digitorum medius 7½ lineas: laterales multo sunt breviores; posticus intimum æquat. Alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Rostrum, pedes, unguesque concolores. Mandibula superior est utrinque profonde emarginata. Habitat in *Mexico*.

** 4. PYRRHULA AFRICANA NIGRA.

Pyrrhula in toto corpore nigra; macula in alis candida;

dida; remigibus, rectricibusque 12 nigris. . . . Le Bouvreuil noir d'Afrique.

Coccothrauſtem noſtratem craſſitie circiter adæquat. Ipſius longitudo 7$\frac{1}{4}$ pollices explet. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda 2$\frac{7}{12}$ pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus his æqualis. Extremitates alarum 11$\frac{1}{4}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam circiter caudam pertingunt. Oculi nigri. Roſtrum cinereo—album. Pedes, unguesque cinerei. Habitat in *Africæ* litoribus.

†. ** 5. Pyrrhula Africana nigra minor.

Pyrrhula ſuperne nigro—virideſcens, inferne alba; capite tribus maculis albis inſignito; remigibus nigris, a quarta ad ſeptimam prima medietate albis, minoribus in exortu interius albis; rectricibus 12 ſuperne nigro—virideſcentibus, inferne nigris. . . . Le petit Bouvreuil noir d'Afrique.

Linariam minimam craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 4$\frac{1}{3}$ pollices explet. Roſtrum 4 lineas longum eſt; cauda 1$\frac{3}{4}$ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus hos longitudine nonnihil antecellit. Extremitatum alarum diſtantia eſt 7$\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ paulo ultra tertiam caudæ partem extenduntur. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque cinerei. Habitat in *Africæ* litoribus.

†. ** 6. Pyrrhula Brasiliensis coerulea.

Pyrrhula ſaturate cœrulea; macula nigra roſtrum inter & oculos utrinque poſita; tectricibus alarum ſuperioribus minoribus ſplendide cœruleis; remigibus, rectricibusque 12 nigris, oris exterioribus ſaturate cœruleis. . . . Le Bouvreuil bleu du Brésil.

Pyr-

Pyrrhulam nostratem crassitie paululum antecellit. Ipsius longitudo 6 pollices æquat. Rostrum 7 lineas longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus extimum æquat. Extremitates alarum $9\frac{7}{12}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad mediam caudam pertingunt. Rostrum nigricans. Pedes, unguesque grisei. Habitat in *Brasilia.*

7. Pyrrhula Carolinensis coerulea.

Pyrrhula saturate cœrulea; basi rostri nigro circumdata; tænia in alis transversa rubra; remigibus, rectricibusque 12 fuscis, aliqua viriditate mixtis. (*Mas*).
Pyrrhula saturate fusca, cœruleo mixta. (*Fœmina*).... Le Bouvreuil bleu de la Caroline.

Loxia cœrulea. *Linn.* Coccothraustes cœrulea. *Klein.* Gros-bec bleu. *Catesb. avec une figure pas assez exacte. Anglice*, Blew Gross-beak.

Præcedentem crassitie circiter adæquat. Ipsius longitudo 6 circiter pollices explet. Rostrum $6\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales multo sunt breviores; posticus laterales paululum superat. Alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam extenduntur. Rostrum fuscum. Pedes, unguesque nigri.

Fœmina a *mare* colore differt.

Rarissima est & maxime solitaria hæc Avis. Duæ simul, nec plures unquam videntur, *mas* scilicet & *fœmina.* Habitat in *Carolina*, sed æstate tantum.

8. Pyrrhula Carolinensis violacea.

Pyrrhula obscure violacea; ventre candido; remigibus interius fuscis; rectricibus 12 in prima medietate obscure violaceis, altera fuscis. (*Mas*).
Pyrrhula fusca; pectore albis maculis vario. (*Fœmina*).... Le Bouvreuil violet de la Caroline.

Pinçon

Pinçon violet. *Catesb. avec une figure exacte du mâle.* *Anglice*, PURPLE FINCH.

Craſſitie *Fringillam* circiter æmulatur. Ipſius longitudo 5⅔ pollices circiter æquat. Roſtrum 5 lineas longum eſt; cauda 2 1/12 pollices; digitorum medius 8½ lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus intimo æqualis. Alæ complicatæ duas tertias caudæ partes attingunt. Cauda bifurca.

Fœmina a *mare* colore discrepat.

Habitant in *Carolina*, in quam circa menſem Novembrem tendunt.

9. PYRRHULA BAHAMENSIS VIOLACEA.

Pyrrhula ſaturate violacea (*mas*) fuſca (*fœmina*); tænia ſupra oculos, gutture & rectricibus caudæ inferioribus rubris. . . . LE BOUVREUIL VIOLET DE BAHAMA.

Loxia violacea. *Linn.* Coccothrauſtes purpurea. *Klein.* Gros-bec violet. *Catesb. avec une figure exacte du mâle.* *Anglice*, PURPLE GROSS-BEAK.

Cum *Paſſere domeſtico* craſſitie circiter convenit. Ipſius longitudo 5⅙ pollices circiter æquat. Roſtrum 5½ lineas longum eſt; cauda 2½ pollices; digitorum medius 9 lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus intimum æquat. Alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque griſei.

Fœmina per univerſum corpus fuſca eſt; maculis tamen rubris, ſicut *mas*, inſignitur.

Habitant in *Bahamenſibus Inſulis*.

10. PYRRHULA AMERICANA CRISTATA.

Pyrrhula criſtata, ſuperne coccinea, inferne cyanea; macula in collo inferiore & criſta nigris; remigibus, rectricibusque coccineis.... LE BOUVREUIL HUPÉ D'AMÉRIQUE.

Coccothrauſtes, Phœnicuri ſpecies. *Klein.* Avis Americana,

ricana, Rubicilla, ſeu Phœnicuri ſpecies. *Seb. hujus icon minimè accurata.*

Craſſitie *Pyrrhulam noſtratem* multum ſuperat. Ipſius longitudo $5\frac{5}{8}$ pollices circiter explet. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda $1\frac{7}{12}$ pollicem; digitorum medius 7 lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales circiter æquat. Alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes protenduntur. Roſtrum candidum. Habitat in *America*.

SECTIO III.

Eæ quæ mandibula donantur utraque adunca, apicibus ſe decuſſantibus.

In hac ſectione unicum continetur genus, ſcilicet *Loxiæ*.

XXXVIII. *Genus Loxiæ.*

Hujus character eſt

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti:

Crura ad calcaneum usque plumoſa:

Roſtrum conico-attenuatum:

Mandibula utraque adunca, apicibus ſe decuſſantibus.

†. ** 1. LOXIA.

Loxia verſicolor; remigibus, rectricibusque 12 fuſcis; oris exterioribus viridi-olivaceis. . . . LE BEC-CROISÉ.

Loxia nigricans, pectore & ventre purpureis. *Barr.* Loxia. *Aldrov. Willugh. Raj. Friſch. bujus icones accuratæ.* Loxia, ſeu Curviroſtra. *Charlet. bujus icon ſatis accurata. Sibbald.* Loxia; Curviroſtra; Crucifera; Cruciata; Trogon. *Rzac.* Loxias, vel Curviroſtra. *Geſn. Moebr.* Curviroſtra. *Schwenck. Linn.*

Coccothrauftes Curviroftra. *Klein.* Loxia. *Alb.* Bec croifé. *Edwards, avec des figures exactes.* *Germanice*, KRUTZ-VOGEL. *Anglice*, CROSSE-BILL.

Ipfius longitudo 6¼ pollices æquat. Roftrum 8 lineas longum eft; cauda 2¼ pollices; digitorum medius 10 lineas: laterales multo funt breviores; pofticus laterales paululum fuperat. Extremitates alarum 10½ pollicum intervallo diftant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Multum coloribus variat hæc Avis; non tantum diverfa ejusdem fpeciei individua, fed & unum idemque individuum multoties in anno varii colores adornant. Anno 1753 menfe Januario unum vidi, cujus maximam partem corporis tingebat pallide rofeus color. Venter imus erat candidus; crura grifea. Inferiores caudæ tectrices in medio fufcæ, marginibus albis præditæ, & aliquid rofei coloris admixtum habentes. Dorfum fupremum & tectrices alarum fufcæ. Remiges & rectrices concolores, oris exterioribus viridi—olivaceis. Aliæ hujus fpeciei Aves in partibus quas in fupra defcripta color rofeus adornabat, funt luteæ; aliæ iisdem in locis grifeæ; aliæ viridi—olivaceæ; aliæ tandem omnibus iftis coloribus variegatæ. In iftis Avibus remiges & rectrices folæ coloribus nullo modo variant. Cauda nonnihil bifurca. Oculorum irides ex cinereo ad avellaneum colorem vergunt. Mandibula fuperior nigricans, inferior grifea. Pedes fufci; ungues vero nigri. Mandibulæ binæ non femper eodem latere fe decuffant: in quibusdam fuperior in dextrum latus defcendit, dum inferior in finiftrum affurgit; contra vero in aliis fuperior in finiftrum, inferior in dextrum vertitur. Habitant in filvis *Abietum*, præfertim in *Germania*, in qua per totum annum frequentiffimæ funt iftæ Aves.

Hujus fpeciei varietas eft

** A. LOXIA RUFESCENS.

LE BEC-CROISÉ ROUSSATRE.

Loxia Pyrenaica, e subrufo nigricans, cervice & capite coccineis. *Barr.*

Ab aliis differt colore rufo-nigricante. Capite rubro donatur.

ORDO X.

AVES Digitis quatuor, membranis destitutis, tribus scilicet anticis, uno postico, omnibus circiter usque ad exortum discretis: cruribus ad calcaneum usque plumosis: & rostro subulato donatæ.

Omnium hujus Ordinis Avium digitus trium anticorum medius, ab exortu ad primum usque articulum, cum extimo arcte cohæret.

Aliæ naribus donantur detectis: aliæ vero naribus plumis basis rostri coopertis. In duas sectiones dividuntur: in prima continentur eæ quæ nares habent detectas, ut *Alauda*, *Ficedula*: & in secunda illæ quarum nares plumis basis rostri cooperiuntur, ut *Parus*.

SECTIO I.

Eæ quæ nares habent detectas.

Duobus Avium generibus constituitur hæc sectio. In aliis unguis digiti postici subrectus est, digitumque longitudine superat, ut in *Alauda*: in aliis vero unguis digiti postici arcuatus est, digitumque longitudine non superat, ut in *Ficedula*.

XXXIX. *Genus Alaudæ.*

Hujus character eſt

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti:

Crura ad calcaneum usque plumoſa:

Roſtrum ſubulatum:

Nares detectæ:

Unguis digiti poſtici ſubrectus, digitumque longitudine ſuperans.

** 1. ALAUDA.

Alauda ſuperne nigricante, griſeo-rufeſcente & albido varia, inferne alba, paululum ad rufeſcentem inclinans; collo inferiore maculis longitudinalibus nigricantibus inſignito; tænia ſupra oculos albo—rufeſcente; remigibus minoribus in apice cordatim emarginatis; ex 12 rectricibus, binis utrinque extimis exterius albis, extima interius in ultima medietate oblique alba.... L'ALOUETTE.

Alauda. *Aldrov. Jonſt. Charlet. Moehr.* Alauda ſine criſta. *Barr.* Alauda ſine criſta; non criſtata, vel gregalis. *Geſn. Aldrov.* Alauda arvenſis. *Linn.* Alauda non criſtata; Alauda terrena. *Rzac.* Alauda vertice plano; cœlipeta. *Schwenck.* Alauda vulgaris. *Willugb. Raj. Sibbald.* Alauda ſimpliciter. *Klein.* Alauda arvorum. *Friſch. hujus icon accurata.* Lodola noſtrale. *Olina, hujus icon ſatis accurata.* Alouette. *Bel. Kolbe. Alb.* *Germanice*, LERCH. *Belgice*, LEEWERCKE. *Anglice*, LARK.

Ipſius longitudo 6½ pollices æquat. Roſtrum 6½ lineas longum eſt; cauda 2¼ pollices; digitorum medius 8½ lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus medium ſuperat. Extremitates alarum 12½ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Mandibula ſuperior nigricans ſive corneo colore tincta, inferior ad can-

candicantem inclinans. Pedes griſeo—fuſci; ungues vero nigricantes, albido terminati. Humi nidificat. Habitat in campeſtribus locis.

Hujus ſpeciei varietates ſunt

†. ** A. Alauda candida.

L'Alouette blanche.

Alauda alba. *Friſch bujus icon accurata. Klein.* Alauda alba ſine criſta. *Barr.* *Germanice*, Weiss-Lerche.

Ab *Alauda vulgari* nonniſi colore diſcrepat. Per univerſum corpus albicat, & aliquid lutei admixtum habet. Roſtrum, pedes, unguesque candidi.

B. Alauda nigra.

L'Alouette noire.

Alouette noire. *Alb.* *Anglice*, Black Lark.

Magnitudine præcedentes æmulatur. In toto corpore ex fuſco obſcuro & rubeſcente ad nigrum vergit, excepta poſteriore capitis parte plumulis quibusdam obſcure flavicantibus veſtita. Quædam quoque in ventre pennæ marginibus donantur candicantibus. Roſtrum, pedes, unguesque ſordide flavi. In *Anglia* reperta fuit.

†. ** 2. Alauda arborea.

Alauda ſuperne fuſco & ruſo-flavicante varia, inferne alba; collo inferiore & pectore albo—flavicantibus, maculis fuſcis inſignitis; uropygio griſeo—olivaceo; tænia ſupra oculos candida; remigibus fuſcis, majorum oris exterioribus olivaceis; minoribus cordatim emarginatis; ex rectricibus 12, extima exterius & in apice alba. . . .
L'Alouette de bois ou le Cujelier.

Alauda arborea. *Willugb. Raj. Charlet. Sibbald. Linn. Rzac.* Alauda ſylveſtris pratorum. *Klein.* Alauda non criſtata fuſca. *Barr.* Tottovilla. *Olina*, *bujus icon ſatis accurata.* Alouette de Bois. *Alb.* *Anglice*, Wood-Lark.

Alaudæ vulgari craſſitie multum cedit. Ipſius longitudo 6 pollices explet. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda 2½ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus anticorum medio æqualis. Extremitatum alarum diſtantia eſt 9 pollicum; alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Cauda nonnihil bifurca. Oculorum irides avellaneæ. Mandibula ſuperior fuſca, inferior ad incarnatum colorem inclinans. Pedes carneo colore tincti; ungues vero griſeo-fuſci.

Fœmina a *mare* diſcrepat maculis fuſcis in pectore rarioribus, & remigum majorum oris exterioribus griſeis. Arboribus inſidet.

** 3. Alauda Pratensis.

Alauda ſuperne nigricante & olivaceo varia, inferne ſordide albo—flavicans; collo inferiore & pectore maculis longitudinalibus nigricantibus inſignitis; uropygio olivaceo; tænia ſupra oculos ſordide albo—flavicante; remigibus minoribus cordatim emarginatis; ex 12 rectricibus, extima exterius & in ultima medietate alba, proxime ſequenti in apice albo maculata. . . . L'Alouette de prez ou la Farlouse.

Alauda pratenſis. *Charlet. Linn.* Alauda pratorum. *Jonſt. Sibbald. Aldrov. Willugb. Raj. Friſch. hujus icon ſatis accurata.* Spipola altera. *Aldrov. Jonſt. Willugb. Raj.* Lodola di prato. *Olina.* Alouette de prez. *Alb.* Farlouſe, Fallope ou Alouette de pré. *Bel.* *Germanice*, Wiesen-Lerche. *Anglice*, Tit Lark.

Alaudæ vulgari multum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 5½ pollices æquat. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda 1-½ pollicem; digitorum medius 9 lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus medium adæquat. Extremitates alarum 8½ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad duas circiter

circiter tertias caudæ partes protenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Oculorum irides avellaneæ. Mandibula superior nigricans, inferior incarnato colore tincta. Pedes flavicantes; ungues vero fusci. Prata frequentat, & in eis nidificat. Ut præcedens, arboribus insidet.

Hujus speciei varietas est

A. ALAUDA PRATENSIS CANDIDA.

LA FARLOUSE BLANCHE.

Spipola alba, sive Boarina. *Aldrov.* Spipola tertia. *Jonst. Willugb. Raj. Rzac.*

Magnitudine præcedentem æmulatur. Per universum corpus ex albo lutescit, in alis intensius. Rostrum, pedesque fuscescunt. Habitat in *Italia* circa *Bononiam.*

4. ALAUDA SEPIARIA.

Alauda superne nigricante & olivaceo varia, inferne albo-flavicans; pectore & ventre maculis longitudinalibus nigricantibus insignitis; remigibus minoribus in apice cordatim marginatis; ex 12 rectricibus, extima exterius & in ultima medietate alba, proxime sequenti in apice albo maculata. . . . . L'ALOUETTE DE BUISSON.

Alauda trivialis. *Linn.* Alauda minima Locustæ voce. *Raj.* Locustella Avicula D. Johnson. *Willugb.* Piep-Lerche. *Frisch. hujus icon accurata.* Spipola sive Anthus. *Aldrov.* Anthus. *Jonst.* Petite Alouette. *Alb.* *Germanice*, PIEP-LERCHE. *Anglice*, SMALL LARK; PIPPIT.

Præcedenti crassitie cedit. Ipsius longitudo $5\frac{1}{2}$ pollices circiter explet. Rostrum 6 lineas longum est; cauda 2 circiter pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales multo sunt breviores; pollicus medium circiter æquat. Extremitatum alarum distantia est $8\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ul-

tra mediam caudam extenduntur. Roſtrum fuſco-flavicans. Pedes obſcure flavi; ungues vero nigricantes. Loca Erica conſita & planities frequentat. Inter volandum ſive ſepibus inſidens cantat. Circa medium Septembrem in *Anglia* reperitur.

** 5. ALAUDA CAMPESTRIS.

Alauda ſuperne griſeo–fuſca ad olivaceum inclinans, inferne ſordide albo—flavicans; collo inferiore & pectore maculis longitudinalibus fuſcis inſignitis; tænia ſupra oculos ſordide albo—flavicante; remigibus minoribus in apice cordatim emarginatis; ex 12 rectricibus, extima exterius & in ultima medietate alba, proxime ſequenti in apice albo maculata. . . . L'ALOUETTE DE CHAMP.

Alauda campeſtris. Spipoletta. *Linn.* Alauda minor campeſtris. *Willugb. Raj.* Alauda novalium. *Friſch*, *hujus icon accurata.* Spipoletta. *Willugb. Raj.* Muſcicapa tertia. *Jonſt.* Stoparola. *Schwenck.* Stoparola; Glariana; Acredula. *Rzac.* Guckerlin; Gickerlin; Grien-Voegelin; Latine Glareana. *Geſn.* Glareana. *Aldrov. Willugb. Raj.* *Germanice*, GICKERLIN.

Alaudam pratenſem craſſitie paululum antecellit. Ipſius longitudo $6\frac{1}{2}$ pollices æquat. Roſtrum $6\frac{1}{3}$ lineas longum eſt; cauda $2\frac{7}{12}$ pollices; digitorum medius $8\frac{1}{2}$ lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus medium paululum ſuperat. Extremitates alarum $11\frac{1}{4}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Cauda nonnihil bifurca. Mandibula ſuperior nigricans, inferior carneo colore imbuta. Pedes, unguesque fuſci. Habitat in novalibus & locis Erica conſitis.

†. ** 6. ALAUDA MAJOR SIVE CALANDRA.

Alauda ſuperne fuſco & griſeo varia, inferne alba; gutture candicante tænia nigra inſignito torquis adinſtar; collo inferiore & pectore nigro maculatis;

tis; remigibus minoribus in apice albis, & cordatim emarginatis; ex 12 rectricibus, extima exterius & in ultima medietate alba, duabus proxime sequentibus in apice albis. . . . LA GROSSE ALOUETTE OU LA CALANDRE.

Alauda non cristata, cinerea, pectore albo, maculoso. *Barr.* Alauda non cristata major. *Gesn.* Alauda, quæ Calandra Bellonii. *Klein.* Calandra. *Gesn. Jonst. Willugb. Charlet.* Calandra, seu Alauda maxima. *Aldrov.* Tetrax parva. *Gesn.* Calandra. *Olina.* Calandre. *Bel. Edwards, avec une figure assez exacte. Germanice*, KALANDER. *Anglice*, CHALANDRA.

Alaudam cristatam multum crassitie superat. Ipsius longitudo $7\frac{1}{4}$ pollices explet. Rostrum, quod quidem majorem obtinet crassitiem quam reliquarum omnium hujus generis specierum rostra, 9 lineas longum est; cauda $2\frac{1}{3}$ pollices; digitorum medius $10\frac{1}{3}$ lineas: laterales multo sunt breviores; posticus medium fere adæquat. Extremitatum alarum distantia est $13\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. In quibusdam hujus speciei individuis torquis & minutæ maculæ nigræ desiderantur; sed collum inferius majuscula macula nigra insignitur: hac forsan nota *mas* & *fœmina* inter se distinguuntur. Rostrum, pedes, unguesque cinereo-albi. Habitat in *Italia* & circa *Pyrenæos montes.*

7. ALAUDA ITALICA.

Alauda superne fusco-castanea, marginibus pennarum dilutioribus, inferne alba; tænia transversa albicante, occipitium cingente; ex 12 rectricibus, extima alba, proxime sequenti in apice alba. . . . L'ALOUETTE D'ITALIE.

Giarola vulgo. *Aldrov. hujus icon satis accurata. Jonst. Raj. Willugb.*

Crassitie *Alaudam nostratem* adæquat. Ipsius longi-

gitudo 8 circiter pollices explet. Cauda bifurca; hanc dicit admodum brevem *Aldrovandus*: sed verisimiliter hujus speciei juniorem vidit. Rostrum rubicundum. Pedes carneo colore tincti; ungues albescentes. Habitat in *Italia*.

** 8. Alauda cristata.

Alauda cristata, superne grisea, paululum ad rufescentem inclinans, pennis in medio obscurioribus, inferne albo–rufescens; crista nigricante, griseo rufescente marginata; collo inferiore maculis saturate fuscis insignito; tænia supra oculos albo-rufescente; ex rectricibus 12 extima in utroque latere, proxime sequenti in latere exteriore fulvis . . . . L'Alouette hupée ou le Cochevis.

Alauda cristata. *Aldrov. Linn. Schwenck Willugb. Sibbald.* Alauda cristata major. *Jonst. Raj.* Alauda cristata albicans. *Gesn. Barr.* Alauda cristata, Cassita, Galerita, Galericus. Alauda capellata; Alauda viarum. *Rzac.* Alauda capitata cristata, viarum. *Klein.* Alauda sylvestris Gallerita. *Frisch. hujus icon accurata.* Alauda Galerita, Cassita, cristata. *Charlet.* Lodola cappelluta. *Olina, hujus icon accurata.* Alouette hupée. *Alb.* Cochevis. *Bel.* *Germanice*, Kommanick. *Anglice*, Crested Lark.

Crassitie *Alaudam vulgarem* antecellit. Ipsius longitudo 6¼ pollices æquat. Rostrum 8¼ lineas longum est; cauda 2½ pollices; digitorum medius 8½ lineas: laterales multo sunt breviores; posticus anticorum medium paululum superat. Extremitatum alarum distantia est 10¾ pollicum; alæ complicatæ ad mediam circiter caudam extenduntur. Oculorum irides ex cinereo ad avellaneum vergunt. Mandibula superior fusca, inferior candicans. Pedes, unguesque cinereo—albi. Habitat in campestribus locis; vias quoque sæpissime frequentat.

9.

9. ALAUDA CRISTATA MINOR.

Alauda criſtata, ſuperne ſubfuſca, inferne albicans; criſta longiori; remigibus, rectricibusque ſubfuſcis; pedibus ſubrubris. . . . LA PETITE ALOUETTE HUPÉE.

Aldrov. Jonſt. Raj. Willugb. Alauda criſtata cinerea. *Barr.* Alauda arborea. *Schwenck.* Alauda arborea, ſeu ſylvatica; Alauda criſtata minor; Calandra. *Rzac.* Aliud Galeritæ genus. *Geſn. Germanice,* COPER. *Anglice,* LESSER CRESTED LARK.

Præcedenti craſſitie multum cedit. Pedes ſubrubri. Habitat in ſilvoſis, planis & Erica conſitis locis, ubi & nidificat. In *Italia* circa *Bononiam* frequens.

†. ** 10. ALAUDA SENEGALENSIS CRISTATA.

Alauda criſtata, ſuperne fuſco & griſeo varia, inferne albicans; collo inferiore maculis fuſcis inſignito; remigibus interius in exortu rufeſcentibus; ex 12 rectricibus, binis utrinque extimis exterius albo—rufeſcentibus. . . . L'ALOUETTE HUPÉE DU SÉNÉGAL.

Alaudam vulgarem craſſitie circiter æmulatur. Ipſius longitudo 6½ pollices æquat. Roſtrum 9½ lineas longum eſt; cauda 2⅛ pollices; digitorum medius 8½ lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus cum medio æqualis. Extremitates alarum 11 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad tres quartas caudæ partes protenduntur. Cauda nonnihil bifurca. In ſummo capite quædam ſunt plumulæ cæteris longiores, exiguam criſtam efformantes. Roſtrum corneo colore imbutum. Pedes, unguesque griſei. Habitat in *Senegalenſi* regione.

†. ** 11. ALAUDA CAPITIS BONÆ SPEI.

Alauda ſuperne fuſco & griſeo varia, inferne ex rufo ad aurantium inclinans; gutture aurantio, linea fuſca circumdato; tænia ſupra oculos flavo-

aa-

aurantia; alarum marginibus pro parte aurantiis; ex 12 rectricibus, quatuor utrinque extimis in apice albis. . . . L'ALOUETTE DU CAP DE BONNE ESPÉRANCE.

Alaudam cristatam nostratem multum crassitie superat. Ipsius longitudo 7½ pollices explet. Rostrum 10 lineas longum est; cauda 2 $\frac{7}{12}$ pollices; digitorum medius 15 lineas: laterales multo sunt breviores; & posticus medium paululum superat. Extremitatum alarum distantia est 11½ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Cauda nonnihil bifurca. Rostrum, pedes, unguesque griseo–fusci. Habitat in *Capite Bonæ Spei.*

12. ALAUDA VIRGINIANA.

Alauda superne subfusca, inferne albo–flavicans; tænia in qua oculi sunt siti, gutture & collo inferiore luteis; tænia utrinque longitudinali nigra infra oculos; tænia transversa lunulata in summo pectore nigra; remigibus, rectricibusque subfuscis. . . . L'ALOUETTE DE VIRGINIE.

Alauda alpestris. *Linn.* Alauda gutture flavo, Virginiæ & Carolinæ *Klein.* Alauda hiemalis, sive nivalis. *Frisch. hujus icon accurata.* Allouette. *Catesb. avec une figure exacte.* *Germanice*, SCHNEE-LERCHE. *Anglice*, LARK.

Crassitie *Alaudam nostratem* æmulatur. Ipsius longitudo 6½ pollices circiter æquat. Rostrum 7 lineas longum est; cauda 2 $\frac{7}{12}$ pollices; digitorum medius 10 lineas: laterales multo sunt breviores; & posticus medium nonnihil superat. Alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes protenduntur. Cauda paululum bifurca. Rostrum, unguesque nigri; pedes vero grisei. Cantu ad *Alaudam nostratem* accedit. Per hiemem habitat in *Virginia* & *Carolina.*

13.

13. ALAUDA PENSILVANICA.

Alauda ſuperne obſcure fuſca, inferne fulvo-rufeſcens, maculis fuſcis varia; genis nigricantibus; tænia utrinque ſupra oculos rufeſcente; ex 12 rectricibus, extima alba, proxime ſequenti in apice alba. . . . L'ALOUETTE DE PENSILVANIE.

Alouette de Penſilvanie. *Edwards, avec une figure exacte.* *Anglice*, LARK FROM PENSILVANIA.

Magnitudine & craſſitie cum *Alauda campeſtri* circiter convenit. Roſtrum nigricans, excepta mandibulæ inferioris baſi flavicante. Pedes, unguesque ſaturate fuſci. Habitat in *Septentrionalibus Europæ* & *Americæ* regionibus.

XL. *Genus Ficedulæ.*

Hujus character eſt

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti:

Crura ad calcaneum usque plumoſa:

Roſtrum ſubulatum:

Nares detectæ:

Unguis digiti poſtici arcuatus, digitumque longitudine non ſuperans.

** 1. FICEDULA.

Ficedula ſuperne griſeo-fuſca, inferne cinereo—alba; ventre & oculorum ambitu albo—rufeſcentibus; tænia in alis transverſa albo-rufeſcente; remigibus cinereo-fuſcis, oris exterioribus griſeo-fuſcis, exceptis tribus albo fimbriatis; 12 rectricibus nigricantibus, oris exterioribus griſeo-fuſcis, binis utrinque extimis exterius ab exortu fere ad apicem albis. . . . LE BECFIGUE.

Ficedula roſtro & pedibus luteis. *Barr.* Ficedula. *Geſn.*

Aldrov. Jonst. Charlet. Rzac. Linn. Ficedula quarta. *Willugb. Raj.* Curruca fusca, alba macula in alis. *Frisch. maris icon accurata.* Sylvia rectricibus alarum macula alba. *Klein.* Beccafico ordinario. *Olina.* *Germanice*, GRASZ-MUGG.

Muscicapæ nostrati craffitie multum cedit. Ipsius longitudo $4\frac{11}{12}$ pollices æquat. Roftrum $6\frac{1}{2}$ lineas longum eft; cauda $1\frac{3}{4}$ pollicem; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo funt breviores; pofticus extimo æqualis. Extremitates alarum $7\frac{1}{4}$ pollicum intervallo diftant; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes usque protenduntur. Roftrum, pedes, unguesque nigricant. *Ficis* delectatur.

** 2. CURRUCA.

Ficedula fuperne grifeo—fufca, inferne alba, cum aliqua rufefcentis mixtura; tænia fupra oculos albicante; rectricibus 12 fufcis, oris exterioribus grifeo—fufcis, extima oblique plusquam dimidiatim fordide alba. . . . LA FAUVETTE.

Hippolais. *Linn.* Ficedula feptima. *Willugb. Raj.* Scatarello vulgo. *Aldrov.* *Anglice*, PETTICHAPS.

Ad *Pafferis domeftici* craffitiem accedit. Ipsius longitudo 6 pollices æquat. Roftrum $8\frac{1}{2}$ lineas longum eft; cauda $2\frac{1}{4}$ pollices; digitorum medius $7\frac{1}{2}$ lineas; laterales paulo funt breviores; & pofticus extimum æquat. Extremitatum alarum diftantia eft $8\frac{1}{4}$ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra tertiam caudæ partem extenduntur. Roftrum nigricans, mandibulæ inferioris exortu dilute fufco. Pedes, unguesque fufci. *Infectis* victitat.

** 3. CURRUCA MINOR.

Ficedula fuperne grifea, inferne cinereo—alba, cum aliqua rufefcentis mixtura; ventre albo; remigibus fufcis, oris exterioribus grifeis; 12 rec-

rectricibus superne griseo-fuscis, subtus dilute cinereis. . . . LA PETITE FAUVETTE.

Borin Genuensibus. *Aldrov. Jonst.* Muscicapa secunda, seu Borin. *Willugb. Raj.* An Hortulano similis, Spipolæ congener? *Aldrov. Willugb.*

Præcedenti crassitie cedit. Ipsius longitudo 5¼ pollices explet. Rostrum 7 lineas longum est; cauda 2 pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus lateralibus æqualis. Extremitates alarum 8 circiter pollicum intervallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Rostrum fuscum. Pedes, unguesque griseo-fusci.

†. ** 4. CURRUCA CINEREA SIVE CINERARIA.

Ficedula superne grisea, inferne alba, cum aliqua rufescentis mixtura; remigibus fuscis, oris interioribus rufescentibus, majorum exterioribus ex griseo ad rufum vergentibus; ex 12 rectricibus, decem intermediis fuscis, marginibus griseis, extima exterius albo-rufescente, interius dilute cinerea, ora candida. . . . LA FAUVETTE GRISE OU LA GRISETTE.

Sylvia. *Linn.* Stoparola vulgo. *Aldrov. Jonst. Willugb. Raj.* Motacilla subcinerea. *Barr.*

Ficedulam crassitie paululum antecellit. Ipsius longitudo 5$\frac{7}{12}$ pollices æquat. Rostrum 7 lineas longum est; cauda 2⅓ pollices; digitorum medius 7½ lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus extimo æqualis. Extremitatum alarum distantia est 8⅓ pollicum; alæ complicatæ non ultra tertiam caudæ partem extenduntur. Rostrum fuscum. Pedes, unguesque griseo-fusci.

** 5. CURRUCA ARUNDINACEA.

Ficedula superne grisea, ad olivaceum inclinans, inferne flavicans; tænia supra oculos flavicante;

rec-

rectricibus 12 cinereo-fuscis, oris exterioribus griseo-olivaceis. . . . LA FAUVETTE DE ROSEAUX.

Salicaria. *Gesn. Aldrov. Willugb. Raj. Rzac. Linn.* Luscinia Salicaria. *Klein.* Wydengückerlin. *Gesn.* Stoparola altera. *Jonst.* Avis consimilis Stoparolæ & Magnaninæ. *Aldrov. Sibbald.* Petronella. *Schwenck.* Oiseau de Sauge. *Alb.* *Germanice*, WEIDERICH. *Anglice*, SEDGE BIRD.

Craffitie *Currucam Atricapillam* æmulatur. Ipsius longitudo $5\frac{1}{7}$ pollices explet. Rostrum $7\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 2 pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus extimum adæquat. Extremitates alarum $8\frac{2}{3}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Rostrum fuscum, attamen nonnihil ad rubescentem colorem inclinans. Pedes flavo-aurantii; ungues vero grisei. *Insectis* victitat. In paludosis locis habitat.

** 6. CURRUCA ATRICAPILLA.

Ficedula superne griseo-fusca, ad olivaceum inclinans, inferne grisea; ventre cinereo-albo; capite superius nigro (*mas*), dilute castaneo (*fœmina*); rectricibus 12 cinereo-fuscis, oris exterioribus fusco-olivaceis. . . . LA FAUVETTE A TESTE NOIRE.

Atricapilla. *Gesn. Schwenck. Bell. Jonst. Linn.* Atricapilla, seu Ficedula. *Aldrov. Willugb. Raj. Rzac.* Atricapilla alia castaneo vertice. *Aldrov. Jonst.* Curruca Atricapilla. Curruca vertice subrubro. *Frisch. hujus icones accuratæ.* Sylvia Atricapilla. Sylvia vertice subrubro. *Klein.* Capinera. *Olina, maris icon accurata.* *Germanice*, GRASZ-MUCKLE. *Anglice*, BLACK-CAP.

Curruca vulgari paululum craffitie cedit. Ipsius longitudo $5\frac{5}{12}$ pollices æquat. Rostrum 7 lineas longum est; cauda $2\frac{1}{4}$ pollices; digitorum medius 7 lineas; laterales paulo sunt breviores; & posticus la-

laterales nonnihil ſuperat. Extremitates alarum 8½ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum fuſcum. Pedes plumbeo colore imbuti; ungues vero nigricantes.

Fœmina a *mare* diſcrepat capite ſuperius dilute caſtaneo, quod in mare nigrum.

Hujus ſpeciei varietas eſt

A. CURRUCA ALBO ET NIGRO VARIA.

LA FAUVETTE NOIRE ET BLANCHE.

Ficedula varia. *Aldrov.* Atricapilla quarta. *Jonſt.*

A præcedente differt colore: in univerſo enim corpore ex albo & nigro variat.

** 7. CURRUCA GARRULA.

Ficedula ſuperne cinereo—fuſca, inferne alba cum aliqua rufeſcentis mixtura; vertice cinereo; tænia infra oculos ſaturate cinerea; 12 rectricibus fuſcis, marginibus griſeis, extima exterius & in apice alba, interius cinerea, margine alba prædita. . . . LA FAUVETTE BABILLARDE.

Ficedula cannabina. *Jonſt. Willugh.* Curruca. *Geſn. Schwenck. Bell. Sibbald.* Curruca; Philomela. *Linn.* Curruca; Andithia; Hypolais; Paſſer ſepiarius. Paſſer Gramineus. *Rzac.* Curruca cantu Luſciniæ. *Friſch. hujus icon accurata.* Hypolais, ſeu Curruca. *Aldrov. Jonſt.* Luſcinia fuſca. Luſcinia altera. *Klein.* Parus ſubviridis, ſeu Curruca. *Barr.* Cannevarola Bononienſibus. *Aldrov. Jonſt. Charlet.* Beccafico canapino. *Olina, hujus icon ſatis accurata.* Fauvette noire ou brune. *Bel. avec une figure paſſable.* *Germanice*, GRASS-MUCK. *Belgice*, GRASZ-MUSCHE. *Anglice*, TITLING.

Craſſitie *Ficedulam* æmulatur. Ipſius longitudo 5 pollices æquat. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda 2 pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus extimo æqualis. Extre-

tremitatum alarum diſtantia eſt 6$\frac{5}{12}$ pollicum; alæ complicatæ ad tertiam caudæ partem protenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum nigricans. Pedes, unguesque fuſci.

** 8. CURRUCA RUFA.

Ficedula ſuperne griſeo—rufa, inferne dilute rufeſcens; tænia ſupra oculos dilute rufeſcente; remigibus, & 12 rectricibus griſeo—rufis, oris exterioribus dilute rufeſcentibus. . . . LA FAUVETTE ROUSSE.

Muſcipeta minimus. *Friſch. hujus icon accurata.* Paſſer Troglodytes Bellonii. *Aldrov. Jonſt.* Petite Fovette ou Fauvette rouſſe. *Bel.* *Germanice*, WEIDEN ZEISIG.

Ficedulæ nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo 4$\frac{2}{3}$ pollices æquat. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda 1$\frac{2}{3}$ pollicem; digitorum medius 6$\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus extimum æquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 6$\frac{5}{6}$ pollicum; alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Roſtrum griſeo—fuſcum. Pedes, unguesque fuſci. Sepes frequentat.

9. CURRUCA NÆVIA.

Ficedula ſuperne fuſco—rufeſcente, flavicante & cinereo varia, inferne alba; pectore flavicante, maculis nigris inſignito; remigibus, & 12 rectricibus nigricantibus, oris exterioribus albis.... LA FAUVETTE TACHETÉE.

Boarola, ſive Boarina. *Aldrov.* Boarina. *Jonſt. Willugh.* Muſcicapa prima Aldrovandi. *Raj.* Becafigue. *Alb.* *Anglice*, FIG-EATER.

Currucam minorem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 5$\frac{1}{2}$ pollices explet. Roſtrum 7$\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda duos pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus late-

lateralibus circiter æqualis. Alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum ex fuſco rubeſcit. Pedes rubeſcunt; ungues vero nigricant. In paſcuis habitat, ibique Pecora perſequitur. Circa *Bononiam* in *Italia* frequens.

†. ** 10. Curruca nævia Capitis Bonæ Spei.

Ficedula ſuperne nigro & rufo aut rufeſcente varia, inferne ſordide albo—rufeſcens; capitis vertice rufo, maculis nigricantibus vario; tænia utrinque ſub gutture nigra; 12 rectricibus ſtrictioribus & acutis, quatuor intermediis in medio fuſcis, circa margines rufis, quatuor utrinque extimis rufis, ad ſcapos tantum fuſcis. . . . La Fauvette tachetée du Cap de Bonne Espérance.

Craſſitie *Montifringillam* circiter æmulatur. Ipſius longitudo $7\frac{1}{4}$ pollices æquat. Roſtrum 8 lineas longum eſt; cauda $3\frac{7}{12}$ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus laterales paululum ſuperat. Extremitates alarum $9\frac{1}{2}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ non niſi ad 10 linearum diſtantiam ultra caudæ exortum protenduntur. Roſtrum corneo colore tinctum. Pedes, unguesque griſeo—fuſci. Habitat in *Capite Bonæ Spei*.

11. Curruca sylvestris sive Lusciniola.

Ficedula ſuperne fuſco & rufo varia, inferne rufeſcens; pectore dorſo concolore; remigibus fuſcis, oris exterioribus rufis; rectricibus penitus fuſcis. . . . La Fauvette de bois ou la Rousſette.

Luſciniola. *Aldrov. Jonſt. Charlet.* Luſciniola, ſeu Rouſſette Bellonii. *Willugb. Raj.* Schœnobœnus. *Linn.* Rouſſette. *Bel.*

Currucam craſſitie circiter æquat. Roſtrum nigricans. Pedes candicantes. Habitat in ſylvis.

** 12. CURRUCA SEPIARIA.

Ficedula ſuperne nigricante & rufo varia; collo inferiore & pectore plumbeis; ventre candido; uropygio ſordide virideſcente; tectricibus alarum majoribus apice exterius ſordide albo maculatis; macula ad aures ſemicirculari rufeſcente; rectricibus 12 fuſcis, oris exterioribus ſordide virideſcentibus. . . . LA FAUVETTE DE HAYE OU LA PASSE-BUSE.

Curruca Eliotæ. *Willugb. Raj.* Curruca fuſca. *Friſch. hujus icon accurata.* Curruca, Hypolais, Paſſer ſepiarius. *Charlet.* Motacilla modularis. *Linn.* Sylvia gula plumbea. *Klein.* Paſſer rubi. Magnanina vulgo dicta. *Aldrov.* Magnanina Aldrovandi. *Willugb.* Muſcicapa altera. Muſcicapa quinta. *Jonſt.* Prunella. *Geſn. Jonſt. Rzac.* Moucet ou Mouchet petit, Moineau de haye, & Gobe-mouche. *Bel.* Verdon. *Alb.* *Germanice*, BRAUN FLECKIGE GRASMUCKE. *Anglice*, HEDGE-SPARROW.

Cum *Rubecula* craſſitie circiter convenit. Ipſius longitudo 5¼ pollices æquat. Roſtrum 6½ lineas longum eſt; cauda 1½ pollicem; digitorum medius 7½ lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales paululum ſuperat. Extremitates alarum 8 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum nigricat. Pedes ex carneo colore flavicant; ungues vero ſunt fuſci. Quinque ova pallide cœrulea uno incubitu ponit. Sepes maxime frequentat.

** 13. LUSCINIA.

Ficedula ſuperne griſeo—fuſca, ad rufum inclinans, inferne cinereo—albà; tectricibus caudæ ſuperioribus fuſco—rufis, inferioribus albo—rufeſcentibus;

bus; rectricibus 12 fusco—rufis, lateralibus interius spadiceis. . . . LE ROSSIGNOL.

Ficedula tota fulva canora. *Barr.* Luscinia. *Gesn. Aldrov. Schwenck. Bell. Jonst. Charlet. Frisch. hujus icon non satis accurata. Linn. Moebr.* Luscinia, seu Philomela. *Willugh. Raj. Sibbald.* Luscinia, seu Phylomela; Aedon; Acredula; Luscinia minor, seu Montana. *Rzac.* Luscinia simpliciter. *Klein.* Philomela, Luscinia & Lusciola, *Bellonii.* Rusignuolo. *Olina, hujus icon accurata.* Rossignol, Roussignol. *Bel. Germanice*, NACHTGALL. *Belgice*, NACHTEGAEL. *Anglice*, NIGHTINGALE.

Currucam crassitie circiter adæquat. Ipsius longitudo $6\frac{1}{6}$ pollices explet. Rostrum 8 lineas longum est; cauda $2\frac{2}{3}$ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales multo sunt breviores; posticus laterales nonnihil superat. Extremitates alarum $9\frac{1}{3}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Oculorum irides avellaneæ. Mandibula superior saturate fusca, inferior griseo-fusca, basi nonnihil ad incarnatum colorem vergente. Pedes, unguesque pariter ex fusco ad carneum colorem inclinant. Peregregie & suavissime sibilat. In sepibus nidificat.

Hujus speciei varietates sunt

A. LUSCINIA MAJOR.

LE GRAND ROSSIGNOL.

Luscinia major. *Schwenck. Rzac.* *Germanice*, GROSSE NACHTIGALLE.

Præcedentem magnitudine paululum antecellit. In toto fere corpore cinerea est; parum enim rufi obtinet. Cantus suavitate & voce modo descriptam antecellit. In locis planis versatur semper, nec ad montes volat. Habitat in *Silesia*.

B. LUSCINIA CANDIDA.

LE ROSSIGNOL BLANC.

Luſcinia alba. *Aldrov.*

Magnitudine & craſſitie *Luſciniam vulgarem* æmulatur; ab illa autem diſcrepat colore in toto corpore candido.

†. ** 14. Luscinia Madagascariensis.

Ficedula ſuperne fuſco-olivacea; capite rufo; gutture albo; pectore dilute rufo; ventre ex fuſco ad rufum & olivaceum inclinante; macula utrinque pone oculos fuſca; rectricibus 12 ſuperne fuſco-olivaceis, ſubtus viridi-olivaceis. . . . Le Rossignol de Madagascar.

Craſſitie *Luſciniam noſtratem* circiter æquat. Ipſius longitudo $6\frac{1}{12}$ pollices explet. Roſtrum 9 lineas longum eſt; cauda $2\frac{1}{2}$ pollices; digitorum medius $8\frac{2}{3}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus laterales nonnihil ſuperat. Extremitatum alarum diſtantia eſt $8\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ non niſi ad 9 linearum diſtantiam ultra caudæ exortum protenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque ſaturate fuſci. Habitat in *Madagaſcaria.*

** 15. R u t i c i l l a.

Ficedula ſuperne cinerea, inferne rufa; ſyncipite candido; baſi roſtri, genis, gutture & collo inferiore nigris; uropygio rufo; imo ventre albo; remigibus, & ex 12 rectricibus, binis intermediis griſeo-fuſcis, lateralibus rufis. (*Mas*).

Ficedula ſuperne griſea, inferne dilute rufa; ſyncipite aliquando albicante, uropygio rufo; rectricibus binis intermediis griſeo-fuſcis, lateralibus rufis. (*Fœmina*). . . . Le Rossignol de muraille.

Ficedula. ſeu Rubecula phœnicurus. *Barr.* Ruticilla. *Bell. Willugb. Raj. Sibbald.* Ruticilla, ſeu Phœnicurus. *Geſn. Charlet. Aldrov. Jonſt.* Rubicilla. *Schwenck.* Rubicilla; Ruticilla; Rubecula domeſtica æſtiva; Luſcinia murorum. *Rzac.* Phœnicurus media penna caudæ ſubnigra. *Friſch. bujus icon non ſatis*

ſatis accurata. Rebecula gula nigra. *Friſch. maris icon accurata.* Rubecula Phœnicurus. Titys. *Linn.* Sylvia Ruticilla. Sylvia thorace argentata. *Klein.* Codiroſſo ordinario. *Olina, hujus icon ſatis accurata.* Roſſignol de mur ou de muraille. *Bel.* Roſſignol de muraille ou Rouge-queuë. *Alb.* *Germanice*, HAUS-ROETELE. *Anglice*, REDSTART.

Luſciniæ vulgari multum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 5¼ pollices æquat. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda 2 pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus extimum æquat. Extremitates alarum 8 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Cauda biſurca. Oculorum irides avellaneæ. Oris anguli flavent. Roſtrum, pedes, unguesque nigri.

Fœmina a *mare* ſolis coloribus differt. Oris anguli flavi. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque nigricantes. In murorum foraminibus nidificat.

Hujus ſpeciei varietates ſunt

A. RUTICILLA CINEREA.

LE ROSSIGNOL DE MURAILLE CENDRÉ.

Phœnicuros alter. *Aldrov.* Ruticilla tertia Aldrovandi. *Willugb. Raj.*

Hæc eſt hujus ſpeciei *maris* varietas. Illi enim per omnia ſimillima eſt, niſi quod in hac alba illa ſyncipitis macula in longam lineam ſit immutata. Dorſum quoque magis videtur cinereum; imus autem venter non albet.

B. RUTICILLA PECTORE MACULATO.

LE ROSSIGNOL DE MURAILLE A POITRINE TACHETÉE.

Phœnicurus pectore rubris maculis conſperſo. *Friſch. hujus icon accurata.* Sylvia thorace argentata. *Klein.* *Germanice*, ROTH-SCHWCENTZLEIN.

Hæc est hujus speciei *fœminæ* varietas. Ab illa enim non discrepat nisi pectore maculis rufis insignito.

16. Ruticilla Gibraltariensis.

Ficedula cinerea; syncipite candido; basi rostri, genis, gutture & collo inferiore nigris; uropygio rufo; imo ventre albo; in alis, griseo—fuscis, macula longa alba; ex 12 rectricibus, binis intermediis fuscis, lateralibus rufis, fusco terminatis, utrinque extima penitus rufa. . . . Le Rossignol de muraille de Gibraltar.

Sylvia, s. Ruticilla corpore griseo, gutture nigro. *Klein.* Rouge-queuë gris. *Edwards, avec une figure exacte.*

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo 5 circiter pollices æquat. Rostrum 6 lineas longum est; cauda 1' pollicem; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus extimum æquat. Alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Rostrum obscure fuscum. Pedes, unguesque fusci. Habitat circa *Gibraltariam.*

** 17. Phoenicurus.

Ficedula superne grisea, inferne cinereo—alba, rufescente admixto; remigibus griseo—fuscis; oris exterioribus griseo—rufescentibus; uropygio, rectricibusque 12 rufis. . . . Le Rouge—queue.

Erithacus. Phœnicurus. *Linn.* Phœnicurus, Rubicilla. *Frisch. hujus icon accurata.* Phœnicuri species altera. *Gesn. Aldrov.* Pyrrhulas, Rubecula, seu Phœnicurus. *Jonst.* Sylvia gula grisea, thorace longa, cauda tota rubra. *Klein.* Rot-Schwentzel. *Gesn. Willugb. Raj.* *Germanice*, Roth-Schwcentzlein.

Ruticillam crassitie paululum antecellit. Ipsius longitudo $5\frac{1}{2}$ pollices æquat. Rostrum 7 lineas longum est; cauda $1\frac{6}{12}$ pollicem; digitorum medius 7 lineas:

lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus extimo æqualis. Extremitatum alarum distantia est 8¼ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Rostrum, pedes, unguesque nigricant.

18. PHOENICURUS TORQUATUS.

Ficedula superne fusca, inferne sordide alba, maculis fuscis in pectore & lateribus varia; collo inferiore macula fusca, ferri equini æmula, insignito; in utroque capitis latere exigua macula etiam fusca; uropygio rufo; ex 12 rectricibus, binis intermediis fuscis, lateralibus in exortu rufis, in apice fuscis. . . . LE ROUGE-QUEUE A COLLIER.

Phœnicurus inferiore parte caudæ nigra. *Frisch. hujus icon accurata.* Sylvia gula grisea fimbriata. *Klein. Germanice*, ROTH-SCHWCENTZLEIN.

Præcedenti nonnihil crassitie cedit. Ipsius longitudo 5 circiter pollices explet. Rostrum 7 lineas longum est; cauda 1¾ pollicem; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus extimum æquat. Alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam extenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Rostrum nigricans. Pedes, unguesque fusci. Habitat in *Germania.*

** 19. CYANECULA.

Ficedula superne cinereo-fusca, inferne sordide griseo-rufescens; tænia supra oculos sordide albo-rufescente, quam superat altera saturate fusca; macula inter rostrum & oculos nigra; collo inferiore splendide cœruleo, macula in medio argentata insignito; tænia transversa in pectore nigra; ex 12 rectricibus, binis intermediis in medio fusco-nigricantibus, circa margines griseis, lateralibus in exortu rufis, in apice nigricantibus. . . . LA GORGE—BLEUE.

Phœnicurus pectore cœruleo. *Frisch. hujus icones accuratæ.* Phœnicurus alter. *Jonst.* Ruticilla Wegflecklin. *Raj.* Sylvia gula cœrulea; thorace ex albo variegata. *Klein.* Motacilla Suecica. Avis Carolina. *Linn.* Motacilla Pyrenaica, cinerea, jugulo & pectore cœsiis. *Barr.* Wegflecklin. *Gesn, Aldrov. Willugh.* *Germanice*, WEGFLECKLIN.

Crassitie *Phœnicurum* circiter æquat. Ipsius longitudo 5$\frac{1}{2}$ pollices explet. Rostrum 8 lineas longum est; cauda 2$\frac{1}{12}$ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales multo sunt breviores; posticus laterales paululum superat. Extremitates alarum 8$\frac{1}{4}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Rostrum nigricans. Pedes, unguesque fusci. Habitat circa *Argentoratum*, ibique prope vias & agros versatur.

20. CYANECULA GIBRALTARIENSIS.

Ficedula superne fusca, marginibus pennarum dilutioribus, inferne alba; tænia infra oculos dilute cœrulea, supra quam duæ aliæ dantur fuscæ; collo inferiore tænia transversa lunulata cœrulea insignito; remigibus, & ex 12 rectricibus, binis intermediis obscure fuscis, lateralibus in exortu rufis, in apice nigricantibus. . . . LA GORGE-BLEUE DE GIBRALTAR.

Sylvia, s. Ruticilla gutture albo, zona cœrulea fimbriato. *Klein.* Rossignol de mur ou Rouge-queuë à gorge bleue. *Edwards, avec une figure exacte.*

Cum præcedente crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo 5$\frac{1}{3}$ pollices circiter æquat. Rostrum 6$\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 1$\frac{1}{12}$ pollicem; digitorum medius 7 lineas: laterales multo sunt breviores; & posticus laterales paululum superat. Alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque fusci. Circa *Gibraltariam* habitat.

** 21. RUBECULA.

Ficedula ſuperne griſeo-fuſca, ad olivaceum inclinans; ſyncipite, oculorum ambitu gutture, collo inferiore & pectore ſupremo rufis; ventre albo; remigibus minoribus macula rufeſcente terminatis; rectricibus 12 griſeo-fuſco—olivaceis, lateralibus interius griſeo—fuſcis. . . . LA ROUGE—GORGE.

Ficedula fulva, pectore rubro. *Barr.* Rubecula. *Schwenck. Jonſt. Sibbald Friſch. hujus icon accurata.* Rubecula, Erithacus. *Charlet. Gesn. Linn. Aldrov. Willubg. Raj* Erithacus; Phœnicurus; Rubrica; Rubecula & Ruticilla; Silvia. *Rzac.* Sylvia ſylvatica. *Klein.* Petti roſſo. *Olina, hujus icon accurata.* Rouge-gorge ou Rouge-bourſe *Alb.* Rubeline, Gorge-rouge, Gadrille, Rouppie, Berée, Rouge-bourſe. *Bel.* *Germanice*, ROETELE, *Anglice*, ROBIN-RED-BREAST.

Phœnicurum craſſitie circiter æmulatur. Ipſius longitudo 5¾ pollices æquat. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda 2½ pollices; digitorum medius 9 lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus laterales paululum excedit. Extremitatum alarum diſtantia eſt 8 pollicum; alæ complicatæ mediam caudam pertingunt. Cauda nonnihil bifurca. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum nigricans. Pedes, unguesque fuſci. Appropinquante hieme ad nos advolat.

22. RUBECULA BONONIENSIS.

Ficedula ſuperne cinerea, inferne albo & rufo varia; gutture albo, pectore rufo; remigibus majoribus, & 12 rectricibus nigris, oris exterioribus albis. . . . LA ROUGE-GORGE DE BOLOGNE.

Spipola major. *Aldrov.* Spipola prima. *Jonſt. Willugb. Raj.*

Craſſitie præcedentem antecellit. Roſtrum fuſcum

cum. Pedes lutei; ungues vero nigri. Habitat in *Italia* circa *Bononiam*.

** 23. RUBECULA CAROLINENSIS COERULEA.

Ficedula ſuperne ſplendide cœrulea, inferne rufa; ventre candido; gutture rufo, maculis cœruleis vario; remigibus cœruleis, in apice fuſcis; rectricibus 12 cœruleis, ſuperne ſaturatius, inferne dilutius. . . . LA ROUGE-GORGE BLEUE DE LA CAROLINE.

Sylvia gula cœrulea; Rubecula Americana cœrulea. Sylvia thorace rubro, ſupero corpore & cauda cœruleis. *Klein*. Rouge-gorge bleu. *Edwards*, *avec une figure aſſez exacte*. Rouge-gorge de la Caroline. *Catesb. avec une figure exacte*. *Anglice*, BLEW-BIRD.

Rubeculam noſtratem craſſitie paululum ſuperat. Ipſius longitudo 6¼ pollices explet. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda 2½ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus laterales paululum excedit. Extremitatum alarum diſtantia eſt 10¾ pollicum; alæ complicatæ ad caudam extremam, excepta 8 linearum diſtantia, pertingunt. Roſtrum nigricat. Pedes, unguesque fuſci ſunt. In arborum foraminibus nidificat; & *Inſectis* tantum victitat. Habitat in univerſa *Septentrionali America*.

** 24. REGULUS.

Ficedula ſuperne fuſco-rufa, inferne fuſco-rufeſcens, lineolis fuſcis transverſim ſtriata, apicibus pennarum albidis; collo inferiore & pectore ſordide albo—rufeſcentibus; tænia ſupra oculos, & maculis in genis, ſordide albo—rufeſcentibus; rectricibus 12 fuſco—rufis, lineolis fuſcis transverſim ſtriatis. . . . LE ROITELET.

Troglodytes. *Linn. Klein.* Paſſer Troglodytes. *Geſn. hujus icon ſatis accurata. Aldrov. Jonſt. Schwenck. Charlet. Willugb. Raj. Sibbald.* Paſſer Troglodytes; Paſſer

Paſſer ſepiarius; Trochilus. *Rzac.* Trochilus, ſive Paſſer Troglodytes. *Friſch. hujus icon accurata.* Trochilus fulvus. *Barr.* Reattino. *Olina, hujus icon accurata.* Roitelet ordinaire. *Alb.* Roytelet, Bœuf de dieu, Berichot, Roy Bertaud. *Bel.* *Germanice*, ZUN-SCHLIPFFLE. *Belgice*, KUNINGSEN. *Anglice*, WREN.

Inter Aves *Europeas* hæc eſt ex minimis. Ipſius longitudo $3\frac{3}{4}$ pollices æquat. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda 15 lineas; digitorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil ſuperat. Extremitates alarum $5\frac{2}{3}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Caudam erectam plerumque gerit hæc Avis. Oculorum irides avellaneæ. Os intus flavum. Mandibula ſuperior nigricans, inferior fuſca. Pedes, unguesque griſeo—fuſci. Sepes, & arborum murorumque foramina frequentat, & in eis nidificat. Breves volatus facit.

†. ** 25. RUBETRA.

Ficedula ſuperne nigricante & rufeſcente varia, inferne rufa; genis & gutture nigris; marginibus pennarum in apice rufeſcentibus; tænia infra guttur transverſa albida; macula in alis candida; tectricibus caudæ ſuperioribus albis, rufo terminatis, & exigua macula nigra notatis; 12 rectricibus nigricantibus, apicis margine albo—rufeſcente, oris exterioribus extimæ albo—rufeſcentibus. . . . LE TRAQUET.

Rubetra. *Aldrov. Jonſt. Charlet. Linn.* Oenanthe tertia. *Sibbald. Willugb. Raj.* Muſcipeta. *Aldrov.* Muſcicapa. *Jonſt. hujus icon ſatis accurata.* Traquet, Groulard, Tarier, Thyon. *Bel. Alb.* *Anglice*, STONE-SMICH.

Craſſitie *Ficedulam* paululum antecellit. Ipſius longitudo $4\frac{1}{6}$ pollices æquat. Roſtrum $7\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $1\frac{1}{4}$ pollicem; digitorum medius $8\frac{1}{2}$ lineas;

lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus extimo æqualis. Extremitates alarum 7¼ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum nigricans. Pedes, unguesque nigri.

Fœmina a *mare* diſcrepat gutture dilute rufeſcente. Genæ inſuper reliquo capiti concolores; ſuperiores caudæ tectrices penitus rufæ; omnium autem rectricum oræ exteriores ſunt albo-rufeſcentes. Sepes frequentant.

†. ** 26. RUBETRA MAJOR SIVE RUBICOLA.

Ficedula ſuperne nigricante & rufeſcente varia, inferne rufeſcens; ventre albo-rufeſcente; tænia ſupra oculos candida; gutture albo; macula duplici in alis candida: ſuperioribus caudæ tectricibus rufis, verſus apicem exigua macula nigricante notatis; ex 12 rectricibus, lateralibus in prima medietate albis, altera nigricantibus, apicis margine griſeo—rufeſcente, extima exterius albo fimbriata. . . . LE GRAND TRAQUET OU LE TARIER.

Oenanthe ſecunda. *Willugh. Raj.* Rubetra. *Linn.* Curruca major altera *Friſch. hujus icon accurata.* Sylvia petrarum. *Klein.* Montanellus Bononienſium. *Aldrov.* Muſcicapa quarta. *Jonſt.* Muſcipeta tertia. *Schwenck.* Muſcipeta quarta. *Rzac.* Paſſerculi genus ſolitarium. Avicula parva. *Geſn.* Tarier. *Bel.* *Germanice*, FLUGEN-STAECHERLE. *Anglice*, WHIN-CHAT.

Præcedentis craſſitiem paululum excedit. Ipſius longitudo 5¼ pollices æquat. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda 1¾ pollicem; digitorum medius 8½ lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus extimo æqualis. Extremitatum alarum diſtantia eſt 8½ pollicum; alæ complicatæ duas fere tertias caudæ partes attingunt. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum, pedes, unguesque nigri.

Fœmina

Fœmina a *mare* differt coloribus multo pallidioribus, & maculis alarum candidis multo minus conspicuis. Uno incubitu quinque ova ponit sordide alba, nigro punctulata.

27. RUBETRA ANGLICANA.

Ficedula superne nigra, inferne alba; uropygio albo & nigro variegato; macula in syncipite candida, in alis alba; remigibus majoribus fuscis, minoribus exterius albis, interius nigris; rectricibus 12 nigris, extima exterius alba (*Mas*).

Ficedula superne sordide fusco-virescens, inferne alba; macula in alis albo-flavicante; remigibus minoribus exterius albo-flavicantibus, interius nigricantibus; rectricibus nigricantibus, extima exterius albo fimbriata. . . . LE TRAQUET D'ANGLETERRE.

Luscinia alis variegatis. *Klein.* Becfigue. *Edwards, avec des figures exactes.*

Rubetram nostratem crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo 5⅝ pollices circiter explet. Rostrum 6 lineas longum est; cauda 1¾ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus extimo æqualis. Alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Oculorum irides avellaneæ. Rostrum, pedes, unguesque nigri.

Fœmina coloribus a *mare* discrepat.

Habitant in *Anglia*.

†. ** 28. RUBETRA MADAGASCARIENSIS.

Ficedula superne nigra, pennis in apice rufescente fimbriatis, inferne alba; pectore rufo; macula in alis candida; rectricibus 12 nigris. . . . LE TRAQUET DE MADAGASCAR.

Crassitie *Rubetram nostratem* paululum antecellit. Ipsius longitudo 5¼ pollices æquat. Rostrum 8 lineas longum est; cauda 1¾ pollicem; digitorum medius

medius $8\frac{1}{2}$ lineas: laterales multo ſunt breviores; & poſticus laterales nonnihil ſuperat. Extremitates alarum $8\frac{1}{2}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam pertingunt. Roſtrum, pedes, unguesque aterrimi. Egregie ſibilat. Habitat in *Madagaſcaria*.

†. ** 29. Rubetra Senegalensis.

Ficedula ſaturate fuſca; remigibus interius rufis; rectricibus 12 nigris, lateralibus in apice albis.... Le Traquet du Sénégal.

Currucam minorem craſſitie circiter æmulatur. Ipſius longitudo $5\frac{1}{4}$ pollices æquat. Roſtrum 8 lineas longum eſt; cauda $1\frac{3}{4}$ pollicem; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus extimum circiter æquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt $7\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Roſtrum, pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Senegalenſi* regione.

†. ** 30. Rubetra Lucionensis.

Ficedula fuſco-nigricans; macula in alis candida; tectricibus caudæ ſuperioribus & inferioribus albis; rectricibus 12 nigricantibus. (*Mas*).

Ficedula ſuperne fuſca, inferne fuſco-rufeſcens; gutture ad albidum vergente; uropygio & rectricibus caudæ ſuperioribus dilute rufis, inferioribus ſordide albo-rufeſcentibus; rectricibus fuſcis. (*Fœmina*).... Le Traquet de l'Isle de Luçon.

Rubetræ noſtrati craſſitie cedit. Ipſius longitudo $4\frac{3}{4}$ pollices æquat. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda $1\frac{5}{6}$ pollicem; digitorum medius 8 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus extimum circiter æquat. Extremitates alarum $7\frac{2}{3}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam pertingunt. Baſis roſtri quibusdam obſita eſt plu-

mulis

mulis nigris, rigidis, pilorum æmulis, antrorſum verſis. Roſtrum, pedes, unguesque nigri.

Fœmina a *mare* coloribus diſcrepat. Sicut in *mare*, baſis roſtri plumulis obſita eſt rigidis. Roſtrum ſaturate fuſcum. Pedes, unguesque fuſco-nigricantes.

Habitant in *Lucionenſi Inſula.*

†. ** 31. RUBETRA PHILIPPENSIS.

Ficedula ſuperne nigricans, marginibus pennarum nigro-violaceis, inferne nigro-violacea, caſtaneo in imo ventre admixto; capite & collo nigro-violaceis; macula in alis candida; tectricibus caudæ inferioribus dilute caſtaneis; rectricibus 12 ſplendide nigricantibus. . . . LE TRAQUET DES PHILIPPINES.

Cum *Curruca* craſſitie circiter convenit. Ipſius longitudo $6\frac{1}{4}$ pollices explet. Roſtrum 9 lineas longum eſt; cauda $2\frac{1}{3}$ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus laterales paululum ſuperat. Extremitatum alarum diſtantia eſt $8\frac{2}{3}$ pollicum; alæ complicatæ tertiam caudæ partem non attingunt. Roſtrum, pedes, unguesque nigricant. Habitat in *Philippenſibus Inſulis.*

†. ** 32. RUBETRA PHILIPPENSIS MAJOR.

Ficedula ſuperne nigro-violacea, inferne ſordide albo-rufeſcens; capite ſordide albo—rufeſcente; collo inferius & ad latera dilute caſtaneo; pectore cinereo—fuſco; macula in alis ſordide alba; rectricibus 12 nigro—virideſcentibus, lateralibus interius nigris, extima exterius ſordide albo—rufeſcente.... LE GRAND TRAQUET DES PHILIPPINES.

Præcedentem craſſitie paululum antecellit. Ipſius longitudo 6 pollices æquat. Roſtrum $8\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $1\frac{1}{4}$ pollicem; digito-

rum medius 10 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus extimum æquat. Extremitates alarum $11\frac{2}{3}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ caudam fere extremam pertingunt. Roſtrum ſordide flavicans. Pedes, unguesque nigri. Habitat in *Philippenſibus Inſulis.*

** 33. VITIFLORA.

Ficedula ſuperne griſea, fulvo adumbrata, inferne rufeſcens; baſi mandibulæ ſuperioris, ſyncipite & tænia ſupra oculos albo—rufeſcentibus; (tænia infra oculos nigra, *mas*); remigibus ex fuſco nigricantibus; rectricibus 12 in prima medietate albis, altera nigricantibus. . . . LE CUL—BLANC OU VITREC, OU MOTEUX.

Oenanthe. *Geſn. Jonſt. Linn.* Oenanthe, ſive Vitiflora. *Aldrov. Raj. Willugh. Charlet.* Curruca major pectore ſubluteo. *Friſch. fœminæ icon accurata.* Sylvia buccis nigris. *Klein.* Cul-blanc ou Vitrec. *Bel.* Cou-blanc. *Alb.* *Anglice*, FALLOW-SMICH.

Paſſeris domeſtici craſſitiem paululum excedit. Ipſius longitudo $5\frac{1}{2}$ pollices æquat. Roſtrum $8\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $1\frac{11}{12}$ pollicem; digitorum medius $8\frac{1}{2}$ lineas: laterales multo ſunt breviores: & poſticus laterales paululum ſuperat. Extremitates alarum $9\frac{5}{6}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protenduntur. Os intus nigrum. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum, pedes, unguesque nigri.

Fœmina a *mare* differt in eo quod tænia infra oculos nigra careat. *Inſectis* victitat hæc Avis.

†. ** 34. VITIFLORA GRISEA.

Ficedula ſuperne griſea, albido varia, dorſo fulvo adumbrato, inferne albo-rufeſcens; collo inferiore minutiſſimis maculis griſeis vario; remigibus fuſco-nigricantibus, oris exterioribus fulvis; ex 12 rectricibus binis intermediis nigricantibus, in apice dilute

dilute fulvo fimbriatis, lateralibus in prima medietate albis, altera nigricantibus, exterius & in apice dilute fulvo fimbriatis. . . . LE CUL-BLANC GRIS.

Motacilla fubtus pallida, rectricibus introrfum albis, dorfo undulato. *Linn.*

Craffitie præcedentem circiter æmulatur. Ipfius longitudo 5⅞ pollices æquat. Roftrum 8½ lineas longum eft; cauda 2 pollices; trium digitorum medius 8 lineas: laterales multo funt breviores; & pofticus laterales paululum fuperat. Extremitatum alarum diftantia eft 9½ pollicum; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protenduntur. Roftrum, pedes, unguesque fufci. Habitat in campeftribus locis.

†. ** 35. VITIFLORA CINEREA.

Ficedula fuperne cinereo-alba, grifeo—fufco admixto, inferne alba; uropygio grifeo—fufco; collo inferiore albo—rufefcente; fyncipite candido; macula infra oculos nigra; ex 12 rectricibus binis intermediis in prima medietate albis, altera nigricantibus, lateralibus albis, nigricante terminatis, tribus utrinque extimis in apice albido fimbriatis. . . . LE CUL—BLANC CENDRÉ.

Præcedentis craffitiem paululum excedit. Ipfius longitudo 5⅚ pollices explet. Roftrum 8 lineas longum eft; cauda 2¼ pollices; digitorum medius 7½ lineas: laterales multo funt breviores; pofticus laterales nonnihil fuperat. Extremitates alarum 10 pollicum intervallo diftant; alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes protenduntur. Roftrum, pedes, unguesque nigri. Ut præcedens, in campeftribus locis habitat.

†. ** 36. VITIFLORA RUFESCENS.

Ficedula alba; vertice, dorfo fuperiore & pectore dilute rufefcentibus; tænia per oculos nigra; cru-

ribus ex albo & fusco variegatis; remigibus exterius nigricantibus; ex 12 rectricibus, duabus intermediis nigris, lateralibus albis, utrinque versus apicem nigro fimbriatis. . . . LE CUL-BLANC ROUSSATRE.

Strapazino vulgo. *Aldrov. Willugb. Raj.*

Vitifloræ nostrati nonnihil crassitie cedit. Ipsius longitudo $6\frac{1}{4}$ pollices æquat. Rostrum 8 lineas longum est; cauda $2\frac{1}{4}$ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales multo sunt breviores; & posticus laterales paululum superat. Extremitates alarum $10\frac{3}{4}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protenduntur. Rostrum, pedes, unguesque nigri. Habitat circa *Nemausum*, & in *Italia* circa *Bononiam*.

37. VITIFLORA RUFA.

Ficedula rufo-flavescens; uropygio & imo ventre albis; (genis & gutture nigris, & linea candicante circumdatis, *mas*); (tænia per oculos nigra; gutture albo, *fœmina*); remigibus nigricantibus; & ex 12 rectricibus, duabus intermediis nigris, lateralibus albis, nigro fimbriatis. . . . LE CUL—BLANC ROUX.

Motacilla Hispanica. *Linn.* Oenanthe altera. *Aldrov. Willugb. Raj.* Sylvia, s. Nigricilla gutture nigro, nigrisque alis, corpore æruginoso. *Klein.* Cul-blanc rouge ou Rousseau. *Edwards, avec une figure exacte.*

Crassitie cum *Vitiflora nostrate* circiter convenit. Ipsius longitudo $5\frac{3}{4}$ pollices circiter æquat. Rostrum $7\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda 2 circiter pollices; digitorum medius $7\frac{1}{2}$ lineas: laterales multo sunt breviores; & posticus laterales nonnihil excedit. Alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam extenduntur. Rostrum, pedes, unguesque nigri.

Habitat circa *Gibraltariam*, & in *Italia* circa *Bononiam.*

** 38. MOTACILLA.

Ficedula ſuperne cinerea, inferne alba; occipitio & collo ſuperiore nigris; collo inferiore vel candido, macula nigra, ferri equini æmula, inſignito, vel totaliter nigro; remigibus cinereo—fuſcis, oris exterioribus griſeis; ex 12 rectricibus, octo intermediis nigris, oris exterioribus griſeis, binis utrinque extimis plusquam dimidiatim exterius albis. . . . LA LAVANDIERE.

Linn. Friſch. hujus icon accurata. Moehr. Motacilla, quam noſtri albam cognominant. *Geſn. Aldrov.* Motacilla alba. *Schwenck. Jonſt. Willugb. Raj. Sibbald. Linn. Barr. Charlet.* Motacilla alba, ſeu Codatremula; Cnipologus, Cinclus. *Rzac.* Culicilega. *Bell.* Sylvia pectore nigro. *Klein.* Budyta. *Geſn.* Ballarina. *Olina, hujus icon ſatis accurata.* Lavandiere, Battequeue, Batteleſſive; Hauſſequeue. *Bel.* Bergeronette. *Alb.* *Germanice*, WYSSE WASSER-STERTZ. *Belgice*, QUICK STERTZ. *Anglice*, WAGTAIL.

Paſſeri domeſtico craſſitie cedit; ſed corpore donatur magis elongato. Ipſius longitudo 7 pollices æquat. Roſtrum 8 lineas longum eſt; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus laterales paululum ſuperat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 9 pollicum; alæ complicatæ ad tertiam caudæ partem protenduntur. Os intus nigrum. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Circa aquas verſatur, ubi *Muſcas* & *Vermiculos* captat.

†. ** 39. MOTACILLA CINEREA.

Ficedula ſuperne cinerea, inferne alba; (tænia transverſa in collo inferiore cinereo—fuſca, torquis adinſtar, *mas*); remigibus fuſcis, in apice albido fimbriatis; ex 12 rectricibus, octo intermediis penitus nigricantibus, extima alba, interius in exortu nigricante fimbriata, proxime ſequenti

 in

in exortu albo & nigricante longitudinaliter varia, in apice alba. . . . La Bergeronette grise.

Barr. Mufcipeta prima. *Schwenck.* Autre forte de Lavandiere. *Bel.* *Germanice*, Fliegenstecher.

Præcedenti paululum craffitie cedit. Ipfius longitudo $6\frac{3}{4}$ pollices explet. Roftrum $7\frac{1}{2}$ lineas longum eft; cauda $3\frac{1}{6}$ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales paulo funt breviores; pofticus intimo æqualis. Extremitates alarum $8\frac{5}{6}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ultra tertiam caudæ partem non multum protenduntur. Roftrum, pedes, unguesque fufci.

Fœmina a *mare* difcrepat in eo quod torque cinereo-fufco careat.

Circa fluminum ripas & rivulos verfatur.

** 40. Motacilla verna.

Ficedula fuperne obfcure viridi—olivacea, inferne flava; capite cinereo; (maculis infra genas & in collo inferiore lunulatis nigris, *mas*); tænia fupra oculos flava (*mas*), albida (*fœmina*); tænia in alis flavicante, remigibus fufcis, oris exterioribus albidis; ex 12 nigricantibus rectricibus, duabus utrinque extimis plusquam dimidiatim oblique albis. . . . La Bergeronette du Printemps.

Motacilla flava. *Willugh. Raj. Linn.* Motacilla flava altera. *Aldrov. Jonft.* Motacilla lutea. *Frifch. hujus icon accurata.* Sylvia lutea capite nigro. *Klein.* Mufcipeta fecunda. *Schwenck.* Bergeronette jaune. *Edwards, avec une figure exacte du mâle.* *Germanice*, Gelber Sticherling. *Anglice*, Yellow Water-Wagtail.

Motacillam craffitie circiter æquat. Ipfius longitudo $6\frac{1}{2}$ pollices explet. Roftrum $7\frac{1}{2}$ lineas longum eft; cauda $2\frac{5}{6}$ pollices; digitorum medius 9 lineas: laterales multo funt breviores; pofticus medium fere ad-

adæquat; ungue enim longissimo armatur. Extremitatum alarum distantia est 9¼ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Oculorum irides avellaneæ. Rostrum nigricans, excepta basi mandibulæ inferioris ad incarnatum colorem vergente. Pedes, unguesque nigricantes.

Campestria loca frequentat.

†. ** 41. MOTACILLA FLAVA.

Ficedula superne ex cinereo ad olivaceum inclinans, inferne pallide flava; uropygio flavo—olivaceo; tænia supra oculos albida; palpebris candicantibus; (macula in gutture nigra, *mas*); remigibus majoribus fuscis, minoribus in exortu candidis; ex 12 rectricibus, sex intermediis nigricantibus, extima alba, sequentibus binis interius & in apice albis, exterius nigricantibus, margine interiore tertiæ nigricante. . . . LA BERGERONETTE JAÛNE.

Gesn. Aldrov. Schwenck. Jonst. Charlet. Sibbald. Barr. Motacilla flava, seu Motacilla minor; Florus. *Rzac.* Motacilla cinerea. *Willugh. Raj.* Sylvia flava. *Klein.* Boarula Arist. *Klein.* Bergeronette jaune. *Alb.* Bergerette ou Bergeronnette jaulne. *Bel.* Bergeronette grise. *Edwards, avec une figure exacte du mâle.* *Germanice*, GAELBE WASSER-STELTZ. *Anglice*, YELLOW WATER-WAGTAIL.

Motacillæ paululum crassitie cedit. Ipsius longitudo 7½ pollices æquat. Rostrum 7½ lineas longum est; cauda 3½ pollices, digitorum medius 7½ lineas: laterales multo sunt breviores; & posticus laterales paululum superat. Extremitates alarum 8½ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ultra quartam caudæ partem non protenduntur. Rostrum fuscum. Pedes, unguesque fusco—flavicantes.

Circa rivulorum ripas versatur; prata quoque frequentat, Pecora sequens.

†. ** 42. Motacilla Javensis.

Ficedula superne ex cinereo-fusco ad olivaceum inclinans, inferne flava; collo inferiore & pectore sordide griseis, flavicante admixto in pectore; ex 12 rectricibus sex intermediis nigricantibus, extima alba, duabus proxime sequentibus interius & in apice albis. . . . La Bergeronette de Java.

Præcedenti nonnihil crassitie cedit. Ipsius longitudo 7 pollices æquat. Rostrum 6 lineas longum est; cauda $3\frac{1}{3}$ pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus laterales æquat. Extremitatum alarum distantia est $8\frac{1}{3}$ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra tertiam caudæ partem extenduntur. Rostrum, pedes, unguesque grisei. Habitat in *Java Insula.*

†. ** 43. Motacilla Capitis Bonæ Spei.

Ficedula superne fusca, inferne sordide alba; tænia transversa nigricante in pectore; lineola supra oculos sordide alba; ex 12 rectricibus octo intermediis nigris, duabus utrinque extimis, oblique dimidiatim albis. . . . La Bergeronette du Cap de Bonne Espérance.

Crassitie *Motacillam* circiter æquat. Ipsius longitudo 7 pollices explet. Rostrum 9 lineas longum est; cauda $3\frac{1}{2}$ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus laterales nonnihil excedit. Extremitates alarum $9\frac{1}{2}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ ad tertiam circiter caudæ partem pertingunt. Rostrum, pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Capite Bonæ Spei.*

44. Motacilla Maderaspatana.

Ficedula nigra (*mas*), cinerea (*fœmina*); ventre albo; tænia in alis longitudinali candida; rectri-

cibus

cibus binis intermediis nigris, lateralibus albis.... La Bergeronette de Madrast.

Motacilla Maderaſpatana nigro alboque mixta. *Raj. hujus icones non ſatis accuratæ. Anglice*, Black and White Wagtail: Forked Wagtail.

Ipſius craſſities & magnitudo prorſus me latent. Cauda bifurca. Roſtrum, pedes, unguesque nigri.

Fœmina a *mare* colore diſcrepat. Quidquid enim in *mare* nigrum, in *fœmina* cinereum eſt.

Habitant circa *Maderaſpatanum*.

** 45. ASILUS.

Ficedula ſuperne dilute olivacea, inferne flavicans; (imo ventre albo, *fœmina*); tænia ſupra oculos flavicante; remigibus & 12 rectricibus cinereo-fuſcis, oris exterioribus dilute olivaceis. . . . Le Pouillot ou Chantre.

Aſilus. *Geſn. Jonſt. Charlet. Moehr. Aldrov. Willugb.* Regulus alius non criſtatus. *Aldrov. Jonſt. Willugb. Raj. Rzac.* Regulus cinereus. Trochilus. Acredula. *Linn.* Trochilus ex flavo cinereus, capite nigro. *Barr.* Trochilus capite lævi. *Klein.* Chantre ou Chanteur. *Bel.* Roitelet non hupé. *Alb. Anglice*, Green Wren.

Regulum craſſitie non multum ſuperat. Ipſius longitudo 4$\frac{2}{3}$ pollices explet. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda 1$\frac{1}{4}\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus extimum æquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 6$\frac{2}{3}$ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam pertingunt. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum, unguesque fuſci; pedes vero flavicantes.

Fœmina a *mare* diſcrepat corpore ſuperiore non ita dilute olivaceo, imo ventre albo, & pedibus nigricantibus. Uno incubitu quinque ova ponit alba, maculis rubris aſperſa.

Inſectis victitant. Habitant in ſylvis.

Hujus ſpeciei varietas eſt

A. ASILUS MAJOR.

LE GRAND POUILLOT.

Regulus non criſtatus major. *Willugb.*

Præcedenti exacte ſimilis eſt; ſed duplo major.

†. ** 46. FICEDULA MADAGASCARIENSIS MAJOR.

Ficedula viridi—olivacea, ſuperne ſaturatius, inferne dilutius; gutture flavo; collo inferiore & pectore flaveſcentibus; remigibus interius fuſcis; rectricibus 12 viridi—olivaceis.... LE GRAND FIGUIER DE MADAGASCAR.

Alaudam craſſitie circiter æmulatur. Ipſius longitudo 7½ pollices æquat. Roſtrum 13 lineas longum eſt; cauda 2⅔ pollices; digitorum medius 9½ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus extimo æqualis. Extremitates alarum 10¼ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Mandibula ſuperiore paululum in apice adunca donatur. Roſtrum fuſcum. Pedes, unguesque griſei. Habitat in *Madagaſcaria.*

47. FICEDULA BENGALENSIS.

Ficedula ſuperne viridi—olivacea, inferne flava, pauco viridi adumbrata; tænia duplici transverſa in alis candida; remigibus nigricantibus, oris quarumdam exterioribus flavis; rectricibus 12 viridi—olivaceis.... LE FIGUIER DE BENGALE.

Tiphia. *Linn.* Luſcinia Bengalenſis. *Klein.* Moucherolle verte des Indes. *Edwards, avec une figure exacte.*

Ficedulæ nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo 4⅔ pollices circiter æquat. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda 1⅔ pollicem; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus laterales nonnihil

nihil ſuperat. Alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Roſtrum, pedes, unguesque nigricantes, baſi tamen roſtri nonnihil ad flavum vergente. Habitat in *Bengalenſi* Regno.

** 48. Ficedula Carolinensis.

Ficedula ſuperne viridi-olivacea, inferne flava; remigibus fuſcis, marginibus exterius viridi-olivaceis, interius ſulphureis; ex 12 rectricibus, lateralibus interius dimidiatim luteis. . . . Le Figuier de la Caroline.

Oenanthe fuſco-lutea minor. *Sloane. Raj.* Motacilla ſubolivacea, gula, pectore & remigibus exterioribus luteis. *Browne.* Parus luteus Caroliniensis. *Klein.* Méſange jaune. *Catesb. avec une aſſez bonne figure.* Roitelet jaune. *Edwards, avec une figure exacte. Anglice*, Yellow Titmouse.

Craſſitie *Ficedulam* æmulatur. Ipſius longitudo 4½ pollices explet. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda 1⅙ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales paululum ſuperat. Extremitates alarum 6½ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam pertingunt. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum corneo colore tinctum. Pedes, unguesque griſeo-fuſci. Colores autem in *fœmina* non ita ſunt quam in *mare* vividi. Habitant in *Carolina*, *Jamaïca* & *Dominicenſi Inſula.*

49. Ficedula Pensilvanica erythrocephalos.

Ficedula ſuperne viridi-olivacea, inferne flava, maculis longitudinalibus rubeſcentibus variegata; vertice rubro; remigibus fuſcis, luteis marginibus; 12 rectricibus ſuperne fuſcis, marginibus luteis, inferne penitus luteis. . . . Le Figuier a teste rouge de Pensilvanie.

Tête rouge au corps jaune. *Edwards, avec une figure exacte. Anglice*, Yellow Red-pole.

Cum

Cum *Curruca Atricapilla* craſſitie circiter convenit. Ipſius longitudo $4\frac{3}{4}$ pollices circiter æquat. Roſtrum 6 lineas longum eſt ; cauda 18 lineas ; digitorum medius 6 lineas : laterales paulo ſunt breviores ; & poſticus intimum æquat. Alæ complicatæ ad tertiam circiter caudæ partem extenduntur. Roſtrum nigrum. Pedes carneo colore ſaturato tincti.

Fœmina a *mare* differt coloribus non ita vividis. Habitat in *Penſilvania.*

†. ** 50. FICEDULA MARTINICANA.

Ficedula ſuperne viridi—olivacea, inferne flava ; collo inferiore & pectore maculis longitudinalibus rufis variegatis ; ventre luteo ; vertice rufo ; remigibus & rectricibus 12 fuſcis, oris exterioribus viridi-olivaceis ; ſed rectricibus binis utrinque extimis interius dilute luteis. . . . LE FIGUIER DE LA MARTINIQUE.

Oiſeau appellé Eritachus, ſive Chloris Eritachoïdes. *Feuillée.*

Ficedulæ noſtrati craſſitie cedit. Ipſius longitudo $4\frac{1}{8}$ pollices explet. Roſtrum $6\frac{1}{2}$ lineas longum eſt ; cauda $1\frac{5}{12}$ pollicem ; digitorum medius 6 lineas : laterales paulo ſunt breviores ; poſticus extimo æqualis. Extremitatum alarum diſtantia eſt $5\frac{5}{8}$ pollicum ; alæ complicatæ mediam caudam pertingunt. Roſtrum fuſcum. Pedes griſei ; ungues vero nigri. Habitat in *Martinica.*

†. ** 51. FICEDULA CANADENSIS.

Ficedula ſuperne viridi—olivacea, inferne & in ſyncipite flava ; collo inferiore & pectore maculis longitudinalibus rubeſcentibus variegatis ; remigibus fuſcis, exterius viridi—olivaceo, interius ſulphureo marginatis ; ex 12 rectricibus, lateralibus interius luteis. . . . LE FIGUIER DE CANADA.

Ficedulam craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo $4\frac{3}{4}$ pollices explet. Roſtrum $6\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $1\frac{11}{12}$ pollicem ; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; posticus anticorum extimum æquat. Extremitates alarum $7\frac{1}{2}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum corneo colore tinctum. Pedes, unguesque griſeo-fuſci. Habitat in *Canada*.

†. ** 52. Ficedula Dominicensis.

Ficedula ſuperne viridi—olivacea, inferne ſulphurea; collo inferiore & pectore ſordide albo—flavicantibus, maculis longitudinalibus rubeſcentibus variegatis; remigibus fuſcis, exterius viridi-olivaceo, interius ſulphureo marginatis; ex 12 rectricibus, lateralibus interius dimidiatim ſulphureis. . . . Le Figuier de S. Domingue.

Præcedentem craſſitie circiter æmulatur. Ipſius longitudo $4\frac{3}{4}$ pollices æquat. Roſtrum $6\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $1\frac{11}{12}$ pollicem; digitorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus extimo æqualis. Extremitatum alarum diſtantia eſt 7 pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum corneo colore tinctum. Pedes, unguesque griſeo-fuſci.

Fœmina a *mare* diſcrepat pauco colore cinereo in parte colli ſuperiore admixto.

Habitant in *Dominicenſi Inſula*.

†. ** 53. Ficedula Dominicensis minor.

Ficedula ſuperne viridi-olivacea, inferne ſordide albo-flavicans; capite & collo ſuperiore cinereis, olivaceo-flavicante mixtis; remigibus fuſcis, oris exterioribus viridi-olivaceis, interioribus ſulphureis; ex 12 rectricibus, lateralibus interius plusquam dimidiatim luteis. . . . Le petit Figuier de S. Domingue.

Fice-

Ficedulæ craſſitie cedit. Ipſius longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices æquat. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda $1\frac{2}{3}$ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus intimo æqualis. Extremitatum alarum diſtantia eſt $6\frac{3}{4}$ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam pertingunt. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum corneo colore imbutum. Pedes, unguesque griſeo-fuſci.

Fœmina a *mare* diſcrepat coloribus non ita vividis, & ventre minus flavicante.

Habitant in *Dominicenſi Inſula*.

†. ** 54. FICEDULA MADAGASCARIENSIS MINOR.

Ficedula ſuperne viridi-olivacea, inferne cinereo-alba; oculorum ambitu candido; gutture & tectricibus caudæ inferioribus ſulphureis; remigibus & ex 12 rectricibus, lateralibus dilute fuſcis, oris exterioribus viridi-olivaceis. . . . LE PETIT FIGUIER DE MADAGASCAR.

Aſilum craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo $3\frac{2}{3}$ pollices explet. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda 15 lineas; digitorum medius $5\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus extimo æqualis. Extremitates alarum $5\frac{2}{3}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Roſtrum griſeo-fuſcum. Pedes, unguesque cinerei. Habitat in *Franciæ Inſula* & *Madagaſcaria*.

†. ** 55. FICEDULA LUDOVICIANA.

Ficedula ſuperne viridi—olivacea, inferne alba, luteo admixto; collo inferiore & pectore flavis, (pectore maculis rubeſcentibns vario, *mas*); tænia duplici transverſa in alis candida; remigibus ex fuſco—nigricantibus, exterius dilute viridi—olivaceo, interius albido marginatis; ex 12 rectricibus, binis intermediis cinereo—cœruleſcentibus, duabus utrinque extimis in apice interius albis,

albis, proxime ſequenti macula rotunda alba interius notata. . . . LE FIGUIER DE LA LOUISIANE.

Grimpereau de ſapin. *Edwards*, *avec une figure exacte. Anglice*, PINE CREEPER.

Regulum craſſitie non multum antecellit. Ipſius longitudo $4\frac{1}{4}$ pollices æquat. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda $1\frac{7}{12}$ pollicem; digitorum medius $5\frac{6}{8}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus laterales nonnihil excedit. Extremitatum alarum diſtantia eſt $6\frac{1}{3}$ pollicum; alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes protenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Mandibula ſuperior fuſca, inferior griſea. Pedes, unguesque ſimiliter griſei.

Fœmina a *mare* diſcrepat in eo quod maculis in pectore rubeſcentibus careat. Secundum *Edwardum* in utroque capitis latere lineola donatur nigra, ad oculum usque producta.

Habitant in *Ludovicia* & *Dominicenſi Inſula.*

56. FICEDULA PENSILVANICA NÆVIA.

Ficedula ſuperne viridi—olivacea, maculis nigris in dorſo variegata, inferne alba; collo inferiore & pectore luteis, maculis nigris variegatis; capite cinereo; tænia duplici transverſa in alis candida; remigibus cinereis; ex 12 rectricibus, binis intermediis nigris, lateralibus nigricantibus, interius in medio candidis. . . . LE FIGUIER TACHETÉ DE PENSILVANIE.

Moucherolle au croupion jaune. *Edwards*, *avec une figure exacte. Anglice*, YELLOW-RUMPED FLY-CATCHER.

Craſſitie *Ficedulam* circiter æmulatur. Ipſius longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices circiter explet. Roſtrum $5\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $1\frac{5}{12}$ pollicem; digitorum medius $5\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus intimo æqualis. Alæ complicatæ mediam circiter

citer caudam attingunt. Roſtrum, pedes, ungueſque fuſci. Habitat in *Penſilvania.*

57. FICEDULA PENSILVANICA AURO—CAPILLA.

Ficedula ſuperne olivacea, inferne alba; collo inferiore & pectore maculis nigris variegatis; vertice aureo; tænia ſupra oculos nigra; remigibus, & 12 rectricibus ſuperne olivaceis, inferne cinereis. . . . LE FIGUIER A TESTE D'OR DE PENSILVANIE.

Grive couronnée d'or. *Edwards, avec une figure exacte. Anglice*, GOLDEN-CROWNED THRUSH.

Currucam craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo $5\frac{1}{4}$ pollices circiter explet. Roſtrum $6\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $1\frac{3}{4}$ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus intimum æquat. Alæ complicatæ mediam circiter caudam pertingunt. Roſtrum obſcure fuſcum, excepta tamen mandibulæ inferioris baſi carneo colore imbuta. Pedes fuſco—flavicantes. Humi nidificat, idque ſemper in montis meridionali parte. Uno incubitu quinque ova ponit alba, fuſco punctulata. Habitat æſtate in *Penſilvania.*

58. FICEDULA MARILANDICA.

Ficedula ſuperne ſaturate olivacea, inferne albo-flavicans; gutture & pectore luteis; ſyncipite & tænia per oculos nigris; vertice fuſco—rubeſcente; remigibus, & 12 rectricibus ſuperne ſaturate olivaceis; circa margines & ſubtus olivaceo-flavicantibus. . . . LE FIGUIER DE MARILAND.

Avis Marylandica, gutture luteo. *Petiv. hujus icon non ſatis accurata.* Gorge jaune de Maryland. *Edwards, avec une figure exacte. Anglice*, MARYLAND YELLOW-THROAT.

Cum *Ficedula* craſſitie circiter convenit. Ipſius longitudo $4\frac{5}{6}$ pollices circiter æquat. Roſtrum 6 lineas

lineas longum eſt; cauda 1¼ pollicem; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus extimum æquat. Alæ complicatæ mediam circiter caudam attingunt. Roſtrum fuſcum. Pedes obſcure carneo colore imbuti. Sepes & rivulos frequentat. Habitat in *Carolina*, *Marilandia* & *Penſilvania.*

†. ** 59. FICEDULA CANADENSIS MAJOR.

Ficedula ſuperne olivacea, inferne flava; uropygio cinereo; collo inferiore & pectore flavo—aurantiis; imo ventre ſordide albo; remigibus fuſcis, oris exterioribus cinereis, interioribus candicantibus; ex 12 rectricibus, binis intermediis cinereis, lateralibus exterius & in apice nigricantibus, interius albis. . . . LE GRAND FIGUIER DE CANADA.

Craſſitie *Currucam Atricapillam* circiter æmulatur. Ipſius longitudo 5 1/12 pollices æquat. Roſtrum 7½ lineas longum eſt; cauda 1⅖ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus laterales nonnihil antecellit. Extremitates alarum 8 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Mandibula ſuperior fuſca, inferior in exortu candicans, in apice vero fuſca. Pedes, unguesque griſei.

Fœmina a *mare* differt in eo quod luteo tingatur minus vivido & non ita ad aurantium vergente.

Habitant in *Canada.*

†. ** 60. FICEDULA BORBONICA.

Ficedula ſuperne griſeo-fuſca, inferne ſordide cinereo-albo-flavicans; remigibus, & 12 rectricibus fuſcis, oris exterioribus griſeo-fuſcis. . . . LE FIGUIER DE L'ISLE DE BOURBON, OU LE PETIT SIMON.

Regulum craſſitie non ſuperat. Ipſius longitudo $3\frac{2}{3}$ pollices explet. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda $1\frac{5}{12}$ pollicem; digitorum medius $5\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus medium fere adæquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt $5\frac{5}{12}$ pollicum; alæ complicatæ duas fere tertias caudæ partes attingunt. Roſtrum, pedes, unguesque griſeo-fuſci. Habitat in *Madagaſcaria* & *Borbonica Inſula.*

61. FICEDULA JAMAICENSIS.

Ficedula ſuperne dilute fuſca, inferne nigricante & griſeo-rufeſcente varia; tænia per oculos & gutture obſcure fuſcis; remigibus, & 12 rectricibus dilute fuſcis. . . . LE FIGUIER DE LA JAMAIQUE.

Muſcicapa pallide fuſca. *Sloane, hujus icon minus accurata. Raj.* Luſcinia, Muſcicapa pallide fuſca, Raji, Sloane, *Klein.* *Anglice*, WORM-EATER.

Ficedulam noſtratem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 5 circiter pollices explet. Roſtrum 6 lineas longum eſt. Extremitates alarum 10 circiter pollicum intervallo diſtant. Roſtrum dilute fuſcum. Habitat in *Jamaïca.*

†. ** 62. FICEDULA DOMINICENSIS FUSCA.

Ficedula ſuperne fuſca, inferne albo-flavicans; collo inferiore & pectore maculis longitudinalibus fuſcis variegatis; remigibus, & 12 rectricibus fuſcis.... LE FIGUIER BRUN DE S. DOMINGUE.

Cum *Curruca* craſſitie circiter convenit. Ipſius longitudo $5\frac{1}{3}$ pollices æquat. Roſtrum 10' lineas longum eſt; cauda $1\frac{2}{3}$ pollicem; digitorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus intimo æqualis. Extremitates alarum $8\frac{1}{4}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes protenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum, pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Dominicenſi Inſula.*

†. **

†. ** 63. FICEDULA CANADENSIS FUSCA.

Ficedula ſuperne fuſco & viridi-olivaceo varia, inferne flava; collo inferiore & pectore maculis nigricantibus variegatis; ventre ſordide albo-flavicante; macula pone oculos rufa; tænia transverſa in alis candida; ex 12 rectricibus, duabus utrinque extimis apice interius albis. . . . LE FIGUIER BRUN DE CANADA.

Moucherolle tachetée de jaune. *Edwards, avec une figure exacte.* *Anglice*, SPOTTED YELLOW FLY-CATCHER.

Craſſitie *Ficedulam* circiter æmulatur. Ipſius longitudo 4½ pollices æquat. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda 1$\frac{7}{12}$ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus intimo æqualis. Extremitates alarum 7$\frac{7}{12}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Canada*.

†. ** 64. FICEDULA CANADENSIS ICTEROCEPHALOS.

Ficedula ſuperne nigro & olivaceo-flavicante varia, inferne ſordide alba; vertice luteo; macula utrinque roſtrum inter & oculos nigra, pone quam alia macula candicans; tænia duplici transverſa in alis flavicante; ex 12 rectricibus, tribus utrinque extimis in ultima medietate interius albo-flavicantibus. . . . LE FIGUIER A TESTE JAUNE DE CANADA.

Ficedulæ multum craſſitie cedit. Ipſius longitudo 4⅓ pollices æquat. Roſtrum 5½ lineas longum eſt; cauda 1⅔ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus extimum æquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt 7 pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Roſtrum nigricans. Pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Canada*.

†. ** 65. Ficedula Dominicensis cinerea.

Ficedula ſuperne cinerea, inferne alba; gutture & collo inferiore flavis; macula utrinque roſtrum inter & oculos lutea, infra oculos nigra, pone oculos alba; tænia duplici transverſa in alis candida; remigibus, & 12 rectricibus, cinereo-fuscis, exterius cinereo-fimbriatis, harum tamen duabus utrinque extimis in apice interius albis. . . . . Le Figuier cendré de S. Domingue.

Luſcinia diverſicolor. *Klein.* Muſcicapa e cœruleo, cinereo, fuſco & luteo varia. *Sloane.*

Præcedentem nonnihil craſſitie ſuperat. Ipſius longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices explet. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda $1\frac{5}{6}$ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus intimo æqualis. Extremitatum alarum diſtantia eſt $6\frac{7}{12}$ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum, pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Jamaïca & Dominicenſi Inſula.*

** 66. Ficedula Carolinensis cinerea.

Ficedula ſuperne cinereo-cœrulea, inferne alba; dorſo ſuperiore viridi-olivaceo-flavicante; collo inferiore & pectore flavis; tænia transverſa cinereo-cœruleſcente in ſummo pectore; tænia duplici transverſa in alis candida; remigibus nigricantibus, exterius cinereo-cœruleis; ex 12 rectricibus lateralibus concoloribus, duabus utrinque extimis in apice interius albo notatis. . . . . Le Figuier cendré de la Caroline.

Parus Americanus. *Linn.* Méſange-Pinçon. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice*, Finch-Creeper.

Præcedentem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo $4\frac{1}{3}$ pollices explet. Roſtrum $5\frac{1}{4}$ lineas longum eſt; cauda $1\frac{2}{3}$ pollicem; digitorum medius $5\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus ex-

extimo æqualis. Extremitates alarum $6\frac{2}{3}$ pollicum intervallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Mandibula superior fusca, inferior flavicans. Pedes, unguesque similiter flavicantes. Habitat in *Carolina* & *Canada.*

†. ** 67. Ficedula Canadensis cinerea.

Ficedula superne saturate cinereo-cœrulea (*Mas*) fusca (*Fœmina*), inferne alba; collo inferiore & pectore maculis longitudinalibus fuscis variegatis; macula lutea in vertice; tænia in genis, & oculorum ambitu, candidis; tænia transversa lutea in pectore infimo; tænia duplici transversa in alis candida; remigibus fuscis, oris exterioribus griseis, interioribus candicantibus; caudæ tectricibus luteis; 12 rectricibus nigricantibus, sed duabus utrinque extimis in apice interius albis.... Le Figuier cendré de Canada.

Cum *Ficedula Atricapilla* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo 5 pollices æquat. Rostrum 6 lineas longum est; cauda 2 pollices; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus intimum æquat. Extremitatum alarum distantia est $7\frac{1}{4}$ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam protenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque fusci.

Fœmina a *mare* differt in eo quod fusco tingatur omnibus in locis in quibus *mas* saturato cinereo-cœruleo imbuitur; ab illo quoque discrepat tectricibus caudæ superioribus nequaquam luteis.

Habitant in *Canada.*

†. ** 68. Ficedula Canadensis cinerea minor.

Ficedula superne saturate cinereo—cœrulea, inferne alba; gutture & collo inferiore nigris; macula in alis candida; remigibus fuscis, cinereo—cœruleo

& albo variis; 12 rectricibus nigricantibus, exterius cinereo—cœruleis, ſed tribus utrinque extimis in exortu & in apice interius albis, duabus proxime ſequentibus in apice interius albo notatis.... LE PETIT FIGUIER CENDRÉ DE CANADA.

Moucherolle bleuë. *Edwards, avec une figure exacte. Anglice*, BLUE FLY-CATCHER.

Ficedulam craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 4½ pollices æquat. Roſtrum 5½ lineas longum eſt; cauda 1⅝ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus extimo æqualis. Extremitatum alarum diſtantia eſt 6⅞ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Canada*.

†. ** 69. FICEDULA DOMINICENSIS VARIA.

Ficedula albo & nigro varia; in genis macula nigra; tænia duplici transverſa in alis candida; remigibus, & 12 rectricibus nigricantibus oris exterioribus cinereis, harum duabus utrinque extimis in apice interius albis, tribus proxime ſequentibus in apice interius albo notatis. . . . . LE FIGUIER VARIÉ DE S. DOMINGUE.

Muſcicapa e fuſco & albo varia. *Sloane, hujus icon minime accurata Raj.* Luſcinia, quæ Muſcicapa ex fuſco & albo varia, Sloane. *Klein.* Grimpereau noir & blanc. *Edwards, avec une figure exacte. Anglice*, SMALL BLACK AND WHITE CREEPER.

Præcedenti craſſitie cedit. Ipſius longitudo 4¾ pollices explet. Roſtrum 5½ lineas longum eſt; cauda 1 11/12 pollicem; digitorum medius 7 lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus medium fere adæquat. Extremitates alarum 7¼ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum nigricans. Pedes ex fuſco ad viride vergentes;

tes; ungues vero flavicantes. Habitat in *Jamaïca* & *Dominicensi Insula*.

†. ** 70. SYLVIA VIRIDIS.

Ficedula splendide viridis; capite & tectricibus alarum superioribus minimis cœruleis; gutture cinereo-cœrulescente; 12 rectricibus subtus cinereo-cœrulescentibus, lateralibus, & remigibus, superne fuscis, oris exterioribus viridibus. . . . . LE PIPIT VERD.

Cum *Ficedula* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo 4¼ pollices æquat. Rostrum 6 lineas longum est; cauda 1 7/12 pollicem; digitorum medius 5 lineas: laterales multo sunt breviores; & posticus laterales paululum superat. Extremitatum alarum distantia est 7¼ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Rostrum fuscum. Pedes, unguesque cinereo-albi. Habitat in *Cayena*.

71. SYLVIA BRASILIENSIS VIRIDIS.

Ficedula dilute viridis; collo inferiore, imo ventre & uropygio luteo—aureis; gutture nigro; remigibus, & 12 rectricibus dilute viridibus. . . . . LE PIPIT VERD DU BRÉSIL.

Guira-perea. *Pison.* Guira-guacu-beraba Brasiliensibus. *Marcgr. Jonst. Willugb. Raj.*

Cum *Carduele* magnitudine convenit. Rostrum flavum, attamen superna parte paululum nigricans. Pedes, unguesque fusci. Habitat in *Brasilia*.

†. ** 72. SYLVIA CAYENENSIS COERULEA.

Ficedula splendide cœrulea; basi rostri nigro circumdata; dorso superiore nigro; remigibus nigris, oris exterioribus viridi—cœruleis; 12 rectricibus penitus nigris. . . . . LE PIPIT BLEU DE CAYENNE.

Elotototl. *Fern.* Elotototl quarta. *Raj.* Manaquin bleu. *Edwards, avec une figure exacte.* *Anglice,* BLUE MANAKIN.

Ficedulam craſſitie non antecellit. Ipſius longitudo $4\frac{7}{12}$ pollices æquat. Roſtrum $6\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus laterales æquat. Extremitates alarum $7\frac{5}{12}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Roſtrum in exortu griſeo—fuſcum, verſus apicem nigricans. Pedes, unguesque griſei. Habitat in *Cayena.*

** 73. SYLVIA SURINAMENSIS COERULEA.

Ficedula ſuperne ſplendide nigra, viridi-cœruleo admixto, inferne dilute cœrulea; fronte & uropygio aureis; imo ventre caſtaneo; genis viridibus, cœruleo-violaceo variantibus; baſi mandibulæ ſuperioris gutture & tectricibus alarum ſuperioribus cœruleo-violaceis, viridi variantibus; rectricibus 12 nigris, oris exterioribus cœruleis. . . . LE PIPIT BLEU DE SURINAM.

Velia. *Linn.* Luſcinia ex cœruleo & rubro varia. *Klein.* Oiſeau bleu au ventre rouge. *Edwards, avec une figure exacte.*

Præcedentem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 5 pollices explet. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda $1\frac{5}{6}$ pollicem; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus laterales nonnihil excedit. Extremitatum alarum diſtantia eſt $7\frac{2}{3}$ pollicum; alæ complicatæ paulo ultra mediam caudam extenduntur. Roſtrum, pedes, unguesque tingit plumbeus color ſaturatiſſimus. Habitat in *Surinamo & Cayena.*

74. CURRUCA SEPIARIA JAMAÏCENSIS.

Ficedula ſuperne fuſco—rufeſcens, inferne alba, fus-

fuſceſcente adumbrata; capite & collo cinereo-vireſcentibus; remigibus, & 12 rectricibus ſuperne fuſco-rufeſcentibus, ſubtus cineraſcentibus. . . . La Fauvette de haye de la Jamaïque.

Motacilla campeſtris. *Linn.* Moineau de buiſſon de l'Amérique. *Edwards, avec une figure exacte.*

Craſſitie *Currucam ſepiariam noſtratem* circiter æmulatur. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Jamaïca.*

75. Ficedula Jamaïcensis major.

Ficedula ſuperne obſcure fuſco—olivacea, inferne rufa; duplici utrinque tænia, una per oculos, altera infra oculos fuſca; 12 rectricibus obſcure fuſco—olivaceis, lateralibus, & remigibus, interius rufis. . . . Le grand Figuier de la Jamaique.

Calidris. *Linn.* Roſſignol de l'Amérique. *Edwards, avec une figure aſſez exacte.*

Magnitudine & craſſitie *Ficedulam Canadenſem majorem* circiter æquat. Mandibula ſuperior nigricans; inferior carneo colore tincta. Pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Jamaïca.*

76. Ficedula Pensilvanica.

Ficedula ſuperne ſaturate viridi—olivacea, inferne albida, capite, collo inferiore & pectore aurantiis; duplici utrinque tænia, una per oculos, altera ſupra oculos nigra, faſcia flavicante intermedia; remigibus, & 12 rectricibus ſuperne ſaturate viridi—olivaceis, ſubtus cinereis. . . . Le Figuier de Pensilvanie.

Mangeur de vers. *Edwards, avec une figure exacte. Anglice*, Worm-Eater.

Præcedentem paululum craſſitie ſuperat. Mandibula ſuperior fuſca; inferior carneo colore imbuta. Pe-

Pedes ſunt quoque carneo colore tincti. Habitat in *Penſilvania.*

77. Ficedula Pensilvanica gutture nigro.

Ficedula ſuperne viridi—olivacea, inferne alba; genis, collo ad latera & pectore ſupremo luteis; gutture & collo inferiore nigris; lateribus nigro variegatis; tænia duplici transverſa in alis candida; remigibus, & 12 rectricibus ſaturate cinereis, tribus utrinque extimis, & remigibus, interius albo maculatis. . . . Le Figuier a gorge noire de Pensilvanie.

Moucherole verte à gorge noire. *Edwards, avec une figure exacte.* *Anglice*, Black-throated Green Fly-Catcher.

Magnitudine & craſſitie cum *Ficedula* circiter convenit. Roſtrum nigrum. Pedes fuſci. Habitat in *Penſilvania.*

78. Ficedula Pensilvanica icterocephalos.

Ficedula ſuperne viridi—olivacea, (nigricante maculata, *mas*), inferne alba; vertice luteo; faſcia utrinque infra oculos nigra; (capite poſteriore nigro, *mas*); tænia duplici transverſa in alis albida; ſummo pectore, & lateribus ſaturate rubris; remigibus majoribus nigricantibus, ſubtus cinereis; 12 rectricibus nigricantibus, utrinque extima interius albo maculata. . . . . Le Figuier a teste jaune de Pensilvanie.

Moucherole à gorge rouge. *Edwards, avec des figures aſſez exactes.* *Anglice*, Red-throated Fly-Catcher.

Magnitudine & craſſitie cum præcedente circiter convenit. Roſtrum, pedes, unguesque nigri.

Fœmina a *mare* diſcrepat capite poſteriore nequaquam nigro, dorſo nullo modo nigricante maculato, & lateribus non multum rubris.

Habitant in *Penſilvania.*

79.

79. Ficedula Pensilvanica cinerea.

Ficedula ſuperne cinereo—cœrulea, inferne alba; (tænia utrinque ſupra oculos nigra, *mas*); palpebris candidis; remigibus ſuperne cinereo—fuſcis; ex 12 rectricibus octo intermediis cinereo—cœruleis (*mas*) cinereo—fuſcis (*fœmina*), harum binis utrinque extimis candidis, proxime ſequenti in apice alba. . . . . Le Figuier cendre de Pensilvanie.

Petite Moucherole gris de fer. *Edwards, avec des figures exactes. Anglice*, Little Blue-grey Fly-Catcher.

Præcedenti nonnihil craſſitie cedit; ſed cauda donatur, ſervata proportione, magis elongata. Roſtrum nigrum, excepto mandibulæ inferioris exortu rubeſcente. Pedes, unguesque nigri.

Fœmina a *mare* diſcrepat in eo quod tænia nigra ſupra oculos careat, & octo rectrices intermediæ ſint cinereo—fuſcæ.

Habitant in *Penſilvania*.

80. Ficedula Pensilvanica cinerea gutture nigro.

Ficedula ſuperne cinereo-cœruleſcens, inferne alba; vertice & in alis macula luteis; faſcia per oculos, gutture & collo inferiore nigris; remigibus, & 12 rectricibus cinereis, harum utrinque extima interius albo maculata. . . . . Le Figuier cendre a gorge noire de Pensilvanie.

Moucherole aux aîles dorées. *Edwards, avec une figure exacte. Anglice*, Golden-winged Fly-Catcher.

Craſſitie præcedentem paululum antecellit. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque fuſci. Habitat in *Penſilvania*.

81. Ficedula Pensilvanica cinerea nævia.

Ficedula superne cinereo-cœrulea (*mas*) fusco-rufescens (*fœmina*), maculis nigricantibus variegata, inferne alba, nigricante ad latera maculata; vertice, pectore ad latera & uropygio luteis; (tænia utrinque per oculos nigra; summo pectore nigro, cinereo-cœrulescente vario, *mas*); tænia duplici transversa in alis candida; remigibus, & 12 rectricibus superne nigricantibus, inferne griseis, harum tribus utrinque extimis interius albo maculatis. . . . . Le Figuier cendré tacheté de Pensilvanie.

Moucherole couronnée d'or. *Edwards, avec des figures exactes.* *Anglice*, Golden crowned Fly-Catcher.

Magnitudine & crassitie *Currucam* circiter æmulatur. Rostrum, pedes, unguesque nigricant.

Fœmina a *mare* differt in eo quod fusco-rufescente tingatur iis in locis in quibus *mas* est cinereo-cœruleus. Tænia nigra per oculos ducta caret; & nigro in pectore nullo modo notatur.

Habitant in *Pensilvania.*

†. ** 82. Curruca grisea nævia.

Ficedula superne griseo-olivacea, mediis pennarum obscure fuscis, inferne fulvescens; oculorum ambitu, gutture & medio ventre candicantibus; lateribus dorso concoloribus; remigibus superne dilute fuscis, subtus cinereis; 12 rectricibus superne fusco-fulvescentibus, inferne cinereis. . . . La Fauvette grise tachetée.

Cum *Ficedula* crassitie circiter convenit; sed corpore magis elongato donatur. Ipsius longitudo 5¼ pollices æquat. Rostrum 7 lineas longum est; cauda 2⅓ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales mul-

multo ſunt breviores; poſticus laterales paululum ſuperat. Extremitates alarum 7 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ nonnihil ultra tertiam caudæ partem extenduntur. Mandibula ſuperior fuſca; inferior griſea. Pedes, unguesque griſeo quoque tincti. Rariſſima eſt hæc ſpecies. Habitat in *Gallia*.

SECTIO II.

Eæ quæ nares habent plumis baſis roſtri coopertas.

Unico genere, *Pari* ſcilicet, conſtituitur hæc ſectio.

XLI. *Genus Pari.*

Hujus character eſt

Digiti quatuor, membranis deſtituti; tres ſcilicet antici, poſticus unus; omnes circiter usque ad exortum diſcreti:

Crura ad calcaneum usque plumoſa:

Roſtrum ſubulatum:

Nares plumis baſis roſtri coopertæ.

Omnes hujus generis Alites, *Picorum* norma, truncos & ramos arborum ſcandunt.

** 1. Parus major sive Fringillago.

Parus ſuperne viridi—olivaceus, inferne pallide flavus; uropygio cinereo—cœruleo; imo ventre albo; capite & gutture nigris; macula infra oculos candida, nigro circumdata; faſcia nigra a collo ad imum ventrem protenſa; tænia transverſa in alis albo—flavicante; remigibus cinereo—fuſcis, oris interioribus albis, majorum plerarumque cinereo—cœruleis, 12 rectricibus, cinereo—cœruleis, & nigricantibus; extima exterius & in apice alba, proxime ſequenti macula alba terminata.... La grosse Mésange ou la Charbonniere.

Parus. *Moehr. Charlet.* Parus major. *Gesn. Aldrov. Jonst. Sibbald. Linn. Klein.* Parus major; Fringillago. *Frisch. hujus icones accuratæ.* Parus, vel Aegithalus major. *Gesn.* Parus Carbonarius. *Schwenck. Rzac.* Fringillago, seu Parus major. *Willugb. Raj.* Spernuzzola. *Olina, hujus icon satis accurata.* Première espèce de Mésange. Mésange, Nonette. *Bel.* Grand Mésange. *Alb.* *Germanice*, SPIEGEL-MEISS. *Belgice*, MAES *ou* COEL-MAES. *Anglice*, TITMOUSE.

Crassitie *Fringillam* circiter æmulatur. Ipsius longitudo 5⅚ pollices æquat. Rostrum 6½ lineas longum est; cauda 2½ pollices; digitorum medius 8 lineas: laterales multo sunt breviores; posticus medium fere adæquat. Extremitatum alarum distantia est 8⅓ pollicum; alæ complicatæ ad unius pollicis distantiam ultra caudæ exortum protenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Rostrum nigricans. Pedes, unguesque plumbeo colore tincti. In sylvis & hortis habitat.

**, 2. PARUS COERULEUS.

Parus superne dilute viridi—olivaceus, inferne luteus; genis & medio ventre candidis; vertice & torque cœruleis; tænia alba verticem cingente; fascia per oculos & gutture nigris; tænia transversa in alis candida; remigibus superne extus cœruleis, intus cinereis; 12 rectricibus cœruleis, extima exterius albo fimbriata. . . . . LA MÉSANGE BLEUE.

Parus cœruleus. *Gesn. Aldrov. Schwenck. Jonst. Willugb. Raj. Sibbald. Frisch. hujus icon satis accurata. Linn.* Parus cœruleus minimus. *Barr.* Parus cœruleus; Parus montanus. *Rzac.* Parus minor. *Charlet.* Marenge, Mésange bleuë. *Bel.* Mésange Nonette. *Alb.* *Germanice*, PIMPEL-MEISS. *Anglice*, BLEW-TITMOUSE.

Præcedenti multum crassitie cedit. Ipsius longitudo 4⅓ pollices æquat. Rostrum 4½ lineas longum est;

est; cauda $2\frac{1}{12}$ pollices; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus medium fere adæquat. Extremitates alarum 7 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Rostrum nigricans, dilutius tamen in utriusque mandibulæ marginibus. Pedes, unguesque plumbeo colore tincti. In sylvis & hortis habitat.

3. Parus coeruleus major.

Parus superne dilute cœruleus, inferne candidus, macula utrinque pone oculos nigra; remigibus, rectricibusque 12 intense cœruleis. . . . La grosse Mesange bleue.

Parus Indicus. *Aldrov. Jonst. Willugb. Raj.*

Parum majorem seu *Fringillaginem* crassitie circiter æquat. Caudam habet totum corpus longitudine æquantem. Oculorum pupilla nigra, irides luteæ. Pedes exigui sunt & nigerrimi. Secundum *Aldrovandum* habitat in *India Orientali*

4. Parus cinereus.

Parus superne cinereo-rufescens; inferne albo-rufescens; capite cinereo; gutture albo; ex 12 rectricibus, octo intermediis nigris, oris exterioribus leucophæis, & rectrice utrinque extima plusquam dimidiatim alba, proxime sequenti in apice tantum alba. . . . La Mesange cendrée.

Ficedulæ Adfinis. *Raj.* White-Throat. *Willugb.* Oiseau à gorge blanche. *Alb. avec une figure passable.* *Anglice*, White-Throat.

Parum palustrem crassitie circiter æmulatur; sed corpore donatur aliquanto productiore. Ipsius longitudo 6 circiter pollices explet. Digitorum anticorum laterales medio multo sunt breviores; posticus ad

ad anticorum medii longitudinem accedit. Extremitates alarum 8 circiter pollicum intervallo diſtant. Oculorum irides avellaneæ. Os intus flavum. Mandibula ſuperior nigricans, inferior alba. Pedes in quibusdam ex fuſco–flaveſcentes, in aliis ex plumbeo colore nigri.

Fœmina a *mare* diſcrepat pectore penitus candido. *Inſectis* victitant. Habitant æſtate in *Anglia*.

** 5. Parus atricapillus.

Parus ſuperne cinereus, inferne albus, cum aliqua rufeſcentis mixtura; capite & collo inferiore nigris; macula infra oculos candida, nigro circumdata; macula in occipitio alba; tænia duplici transverſa in alis candida; remigibus, & 12 rectricibus ſuperne cinereo–fuſcis, oris exterioribus griſeis, inferne cinereis. . . . La Mésange a teste noire.

Parus ater. *Geſn. Aldrov. Schwenck. Linn. Willugh. Raj.* Parus ater, qui Carbonarius. *Barr. Jonſt.* Parus Carbonarius minor; Parus caninus. *Rzac.* Parus minor atris tractibus. *Friſch. bujus icon accurata.* Parus ſylvaticus. *Klein.* Parus major, Carbonarius, Ater. *Charlet.* *Germanice*, Kol-meiss. *Anglice*, Colemouse.

Paro cœruleo multum craſſitie cedit. Ipſius longitudo $4\frac{1}{12}$ pollices æquat. Roſtrum $4\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $1\frac{2}{3}$ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus ad medii longitudinem accedit. Extremitates alarum $6\frac{2}{3}$ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ mediam circiter caudam pertingunt. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque plumbeo colore tincti. In ſylvis & hortis habitat.

†. ** 6. Parus Canadensis atricapillus.

Parus ſuperne ſaturate cinereus, inferne albus; capite ſuperiore & gutture nigris; remigibus fuſcis, ex-

extus cinereo-albis, intus candicantibus; ex 12 rectricibus, binis intermediis saturate cinereis, lateralibus exterius cinereis, oris cinereo—albis, interius fuscis. . . . . La Mesange a teste noire de Canada.

Cum *Paro palustri* crassitie circiter convenit. Ipsius longitudo 4½ pollices æquat. Rostrum 5 lineas longum est; cauda 2⅛ pollices; digitorum medius 5½ lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus medium fere adæquat. Extremitatum alarum distantia est 7¼ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque nigricantes. Habitat in *Canada*.

** 7. PARUS PALUSTRIS.

Parus superne griseus, inferne albus, cum aliqua rufescentis mixtura; capite superiore & gutture nigris; genis & collo inferiore candidis; remigibus, & 12 rectricibus superne cinereo-fuscis, oris exterioribus griseis, inferne cinereis. . . . La Mesange de Marais ou la Nonette cendrée.

Parus cinereus vertice nigro. *Frisch. hujus icon accurata.* Parus palustris. *Gesn. Aldrov. Jonst. Charlet. Linn. Willugh. Raj.* Parus fuscus. *Schwenck.* Parus fuscus, cinereus, palustris, atricapillus. *Klein. Rzac.* An Passer arundinaceus minor? *Willugh. Raj.* Quatriéme espèce de Mésange. *Bel.* Oiseau à bonnet noir. *Alb. avec une figure passable. Germanice*, Mur-meiss. *Anglice*, Marsh-Titmouse.

Paro cœruleo nonnihil crassitie cedit. Ipsius longitudo 4¾ pollices explet. Rostrum 4 lineas longum est; cauda 2 pollices; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus ad medii longitudinem accedit. Extremitates alarum 7 pollicum intervallo distant; alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque

que plumbeo colore tincti. In paludoſis locis habitat.

** 8. PARUS CRISTATUS.

Parus criſtatus, ſuperne griſeo—rufeſcens, inferne candicans; criſta ex albido & nigro varia, tænia pone oculos nigra; tænia arcuata nigra genarum partem infimam cingente; gutture nigro; remigibus, & 12 rectricibus griſeis, oris exterioribus griſeo—rufeſcentibus. . . . LA MÉSANGE HUPÉE.

Parus criſtatus. *Geſn. Aldrov. Schwenck. Jonſt. Charlet. Friſch. hujus icon accurata. Linn. Willugh. Raj. Rzac. Klein. Barr.* Méſange huppé. *Alb. Germanice*, KOBEL-MEISS. *Anglice*, CRESTED TITMOUSE.

Cum *Paro cœruleo* craſſitie circiter convenit. Ipſius longitudo 4¾ pollices æquat. Roſtrum 5½ lineas longum eſt; cauda 1⅝ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus medio æqualis. Extremitates alarum 7¼ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum nigricans. Pedes plumbeo colore tincti; ungues vero griſei. Habitat in ſylvis. In *Normania* frequens.

9. PARUS CAROLINENSIS CRISTATUS.

Parus criſtatus, criſta in acumen deſinente, ſuperne ſaturate griſeus, inferne albus, cum aliqua rubedinis mixtura; macula in ſyncipite nigra; remigibus, & 12 rectricibus ſaturate griſeis. . . . LA MÉSANGE HUPÉE DE LA CAROLINE.

Parus criſtatus, pectore rubro. *Klein.* Méſange huppée. *Catesb. avec une figure paſſable. Anglice*, CRESTED TITMOUSE.

Parum majorem noſtratem ſeu *Fringillaginem* craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 6 circiter pollices

ces explet. Roſtrum 5½ lineas longum eſt; cauda 2½ pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus ad medii longitudinem accedit. Alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque plumbeo colore imbuti.

Fœmina in omnibus cum *mare* perfecte convenit.

Inſectis victitant. Habitant in *Carolina*, & *Virginia*; ibique prolem educant. Sylvas præcipue frequentant.

10. Parus Carolinensis griseus.

Parus ſuperne griſeus, inferne albus; (ſyncipite & tænia utrinque per oculos & ſecundum colli latera nigris: gutture, collo inferiore & macula exigua ad baſim mandibulæ ſuperioris ſplendide luteis, *mas*); tænia duplici tranſverſa in alis candida; remigibus griſeo—fuſcis; 12 rectricibus nigris; lateralibus interius albis. . . . La Mesange grise de la Caroline.

Parus Americanus, gutture luteo. *Klein.* Méſange de l'Amérique à la gorge jaune. *Catesb. avec une figure exacte. Anglice*, Yellow throated Creeper.

Præcedentem craſſitie circiter æmulatur. Ipſius longitudo 5½ pollices circiter explet. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda 2½ pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus ad medii longitudinem accedit. Alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque fuſci.

Fœmina a *mare* diſcrepat in eo quod neque luteo neque nigro inſigniatur.

In *Carolina* frequentiſſima eſt hæc ſpecies.

†. ** 11. Parus Polonicus, sive Pendulinus.

Parus ſuperne griſeus, cum aliqua in dorſo ſupremo ru-

rufeſcentis mixtura, inferne albo-rufeſcens; collo ſuperiore cinereo; collo inferiore & pectore albo-cinereis; vertice albido; ſyncipite, naribus & tænia per oculos nigris; remigibus, & 12 rectricibus fuſcis, albo fimbriatis. . . . LA MESANGE DE POLOGNE OU LE RÉMIZ.

Pendulinus. *Linn.* Parus minimus, Polonorum Remiz, Bononienſium Pendulinus. *Dan. Titius.* Parus nidum ſuſpendens. Remiz. *Rzac.* Parus Lithuanicus, nidum ſuſpendens. *Klein.* Méſange de montagne. *Alb.* *Anglice*, MOUNTAIN TITMOUSE.

Cum *Paro cœruleo* craſſitie circiter convenit. Ipſius longitudo $4\frac{7}{12}$ pollices æquat. Roſtrum 5 lineas longum eſt; cauda $1\frac{1}{4}$ pollicem; digitorum medius 6 lineas; laterales paulo ſunt breviores; & poſticus medium fere adæquat. Extremitatum alarum distantia eſt $7\frac{1}{4}$ pollicum; alæ complicatæ mediam caudam non attingunt. Roſtrum cinereum. Pedes ex rubro cinerei; ungues vero nigricantes. Habitat in *Polonia.*

** 12. PARUS BARBATUS.

Parus ſuperne rufus, inferne cinereo—albus, cum aliqua rubedinis mixtura; vertice dilute cinereo; pennis utrinque ſecundum maxillas nigris, longiſſimis, barbulæ æmulis; gutture albo; remigibus fuſcis, intus albo rufeſcentibus, majoribus extus albis, minoribus rufis; 12 rectricibus rufis, extima exterius in exortu nigricante, verſus apicem griſeo—rufeſcente, intermediis longiſſimis. (*Mas*).

Parus ſuperne rufus; maculis longitudinalibus nigricantibus varius, inferne cinereo—albus; vertice obſcure fuſco; rectricibus binis intermediis rufis, lateralibus nigricantibus, in apice albis intermediis longiſſimis. . . . LA MÉSANGE BARBUE OU LE MOUSTACHE.

Pa-

Parus Biarmicus. *Linn.* Parus barba nigra utrinque ab oculis dependente. *Klein.* Paſſer barbatus Indicus. *Friſch. bujus icon ſatis accurata.* Méſange barbu de Jutland. *Alb.* Petite Pie-griêche. *Edwards, avec des figures pas aſſez exactes. Germanice*, INDIANISCHER SPERLING. *Anglice*, BEARD MANICA FROM JUTELAND.

Parum majorem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 6¼ pollices explet. Roſtrum 5½ lineas longum eſt; cauda 3 pollices; digitorum medius 7 lineas: laterales paulo ſunt breviores: & poſticus ad medii longitudinem accedit. Extremitates alarum 6¼ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ quartam caudæ partem attingunt. Oculorum irides eleganter aurantiæ. Roſtrum flaveſcens. Pedes, unguesque fuſci.

Fœmina coloribus nonnihil a *mare* differt. Roſtrum in apice nigrum.

In *Dania* & *Anglia* habitant, locaque paludoſa frequentant.

** 13. PARUS LONGICAUDUS.

Parus ſordide roſeus, inferne albo confuſe mixtus; capite tæniis longitudinalibus albis & nigris vario; tænia ab occipitio ad uropygium nigra; remigibus majoribus nigricantibus, interius albo fimbriatis, minoribus fuſcis, oris exterioribus albis, interioribus candicantibus; ex 12 rectricibus tribus utrinque extimis oblique exterius albis, interius nigris, intermediis longiſſimis, & nigris. . . . LA MÉSANGE A LONGUE QUEUE.

Parus caudatus. *Geſn. Schwenck. Jonſt. Raj. Charlet. Linn.* Parus caudatus, ſeu Monticola. *Aldrov. Willugh. Rzac.* Parus caudatus capite vario. *Klein.* Parus cauda longa. *Friſch, bujus icon non ſatis accurata.* Orites. *Moebr.* Méſange à queuë longue. *Alb.* Perd-ſa-queuë, Méſange à la longue queuë. *Bel. Germanice*, ZAHL-MEISE. *Anglice*, LONG-TAIL'D-TITMOUSE.

Paro cœruleo nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo $5\frac{2}{3}$ pollices æquat. Roſtrum $3\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $3\frac{1}{6}$ pollices; digitorum medius 5 lineas: laterales paulo ſunt breviores; poſticus medium longitudine fere adæquat. Extremitatum alarum diſtantia eſt $6\frac{1}{2}$ pollicum; alæ complicatæ ad tertiam caudæ partem protenduntur. Rectrices omnes inæqualem obtinent longitudinem, idque ſecundum proportiones inſolitas, binæ enim rectrices intermediæ $3\frac{1}{6}$ pollices longitudine adæquant; utrinque proxime ſequens $3\frac{1}{2}$ pollices; tertia $3\frac{1}{4}$ pollices; quarta 3 pollices; quinta $2\frac{7}{12}$ pollices; utrinque tandem extima $1\frac{5}{6}$ pollicem: ita ut binæ intermediæ duabus utrinque proxime ſequentibus longitudine cedant, & tres utrinque extimas longitudine ſuperent: quod in ulla altera Ave nondum obſervavi. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum nigrum, excepto apice griſeo. Pedes nigricantes, ungues vero nigri. Habitat in ſylvis.

14. PARUS VIRGINIANUS.

Parus ſuperne fuſcus, ad olivaceum inclinans, inferne griſeus; tectricibus caudæ ſuperioribus luteis; remigibus interius penitus fuſcis; 12 rectricibus fuſco-olivaceis. . . . LA MÉSANGE DE VIRGINIE.

Luſcinia uropygio luteo. *Klein.* Méſange au croupion jaune. *Catesb. avec une figure aſſez exacte.* *Anglice*, YELLOW-RUMP.

Currucam minorem craſſitie circiter æmulatur. Ipſius longitudo 5 circiter pollices æquat. Roſtrum 5 lineas longum eſt; cauda $1\frac{3}{4}$ pollicem; digitorum medius 7 lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus medium fere adæquat. Alæ complicatæ ad mediam caudam pertingunt. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum nigricat. Pedes, unguesque fuſci ſunt. Arborum truncos & ramos ſcandit, cæterarum hujus

jus generis ſpecierum inſtar. Inſectis victitat. Habitat in *Virginia.*

15. PARUS AMERICANUS.

Parus ſuperne olivaceus, inferne albus; collo inferiore & pectore luteis; remigibus, & 12 rectricibus fuſcis, harum extima exterius alba. (*Mas*).
Parus in univerſo corpore fuſcus. (*Fœmina*). . . .
LA MÉSANGE D'AMÉRIQUE.

Méſange brune de l'Amérique. *Catesb. avec une figure peu exacte.* *Anglice*, PINE-CREEPER.

Cum *Paro criſtato* craſſitie circiter convenit. Ipſius longitudo $4\frac{2}{3}$ pollices circiter æquat. Roſtrum $5\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda $1\frac{3}{4}$ pollicem; digitorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas: laterales multo ſunt breviores; poſticus medium fere adæquat. Alæ complicatæ mediam caudam attingunt. Cauda nonnihil bifurca. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque fuſci.

Fœmina a *mare* diſcrepat colore in univerſo corpore fuſco.

Arborum, præſertim *Pinorum* & *Abietum* truncos ſcandit hæc ſpecies. *Inſectis* victitat. Habitat in *America.*

16. PARUS CAROLINENSIS TORQUATUS.

Parus ſuperne olivaceus, inferne luteus; capite anterius luteo; torque nigro, caput poſterius & collum cingente; remigibus, & 12 rectricibus olivaceis. . . . LA MESANGE A COLLIER DE LA CAROLINE.

Parus cucullo nigro. *Klein.* Méſange au capuchon noir. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice*, HOODED TITMOUSE.

Carduelem craſſitie circiter æquat. Ipſius longitudo 5 circiter pollices explet. Roſtrum 6 lineas longum eſt; cauda $1\frac{3}{4}$ pollicem; digitorum medius $7\frac{1}{2}$ lineas:

laterales multo sunt breviores; & posticus medium fere adæquat. Alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Cauda nonnihil bifurca. Rostrum nigrum. Pedes, unguesque fusci. Habitat in *Carolina*, ibique silvulas, regionisque desertæ loca silvosa frequentat.

** 17. CALENDULA, REGULUS CRISTATUS VULGO DICTA.

Parus superne olivaceus, (nonnihil ad flavum inclinans, *mas*), inferne griseo-rufescens; vertice aurantio (*mas*), luteo (*fœmina*), fascia nigra utrinque donato; tænia duplici transversa in alis candicante; remigibus griseo—fuscis, oris exterioribus olivaceo-flavicantibus, interioribus albis, quibusdam pro parte nigricante fimbriatis; 12 rectricibus griseo—fuscis, oris exterioribus olivaceis. . . . . LE POUL OU SOUCI, APPELLÉ VULGAIREMENT ROITELET HUPÉ.

Parus nigricans, maculâ rubente in vertice. *Barr.* Parus sylvaticus. *Gesn. Aldrov. Jonst. Raj. Sibbald. Willugb. Rzac.* Regulus. *Aldrov. Schwenck. Jonst. Linn.* Regulus, Trochilus, Rex, Senator, Basiliscus. *Gesn.* Regulus; Regaliolus; Trochilus; Orchillus. *Rzac.* Regulus, Trochilus cristatus. *Frisch. hujus icon accurata.* Regulus cristatus. *Charlet. Willugb. Raj. Klein.* Trochilus cirratus. *Barr.* Tyrannus. *Bell.* Golden-Crowned Wren, Regulus cristatus, Wood-Titmouse of Gesner. *Borl.* Fior Rancio. *Olina, hujus icon satis accurata.* Poul, Soucie, Sourcicle. *Bel.* Roitelet hupé. *Alb.* Roitelet couronné d'or. *Edwards, avec une figure exacte. Germanice.* OCHSEN-EUGLE. *Belgice*, KOENINGKIN. *Anglice*, GOLDEN-CROWN'D WREN.

Omnium *Europearum* Avium hæc est minima. Ipsius longitudo 3½ pollices æquat. Rostrum 5 lineas longum est; cauda $1\frac{5}{12}$ pollicem; digitorum medius 6 lineas: laterales multo sunt breviores; & posticus ad medii longitudinem accedit. Extremitates ala-

rum

rum 6 pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ ad duas tertias caudæ partes protenduntur. Oculorum irides avellaneæ. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque flaveſcentes.

Fœmina a *mare* differt capitis vertice luteo, non vero aurantio; & dorſo nequaquam ad flavum vergente.

In ſummitatibus maximarum arborum, præcipue Quercuum, plerumque verſantur.

18. CALENDULA PENSILVANICA.

Parus ſuperne ſaturate olivaceus, inferne albo—flavicans; (vertice ſplendide rubro, *mas*); tænia duplici transverſa in alis albo-flavicante; remigibus, & 12 rectricibus ſuperne ſaturate fuſcis, inferne cinereis, oris exterioribus olivaceo—flavicantibus. . . . LE POUL OU SOUCI DE PENSILVANIE.

Roitelet couronné de rubis. *Edwards, avec une figure exacte.* *Anglice*, RUBY-CROWNED WREN.

Præcedentem craſſitie paululum antecellit. Ipſius longitudo $4\frac{1}{2}$ pollices circiter æquat. Roſtrum $5\frac{1}{2}$ lineas longum eſt; cauda 18 lineas; digitorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas: laterales multo ſunt breviores; posticus medium fere adæquat. Alæ complicatæ ad duas circiter tertias caudæ partes protenduntur. Roſtrum nigricans. Pedes, unguesque fuſci.

Fœmina a *mare* diſcrepat capitis vertice nullo modo rubro tincto.

Habitant in *Penſilvania*.

ORDO XI.

AVES Digitis quatuor, membranis destitutis, tribus scilicet anticis, uno postico, omnibus circiter usque ad exortum discretis: cruribus ad calcaneum usque plumosis: & rostro cuneiformi donatæ.

Omnium hujus Ordinis Avium digitus trium anticorum medius ab exortu ad primum usque articulum cum extimo arcte cohæret.

In hoc Ordine unicum continetur genus, *Sittæ* scilicet.

XLII. *Genus Sittæ.*

Hujus character est

Digiti quatuor, membranis destituti; tres scilicet antici, posticus unus; omnes circiter usque ad exortum discreti:

Crura ad calcaneum usque plumosa:

Rostrum cuneiforme.

Omnes hujus generis Aves, *Picorum* norma, truncos & ramos arborum scandunt.

†. ** 1. SITTA.

Sitta superne cinerea, inferne dilute rufa; tænia per oculos nigra; gutture & genis candicantibus; remigibus majoribus fuscis, interius albido fimbriatis; ex 12 rectricibus, lateralibus nigris, in apice cinereis, extima tænia transversa alba versus apicem notata, tribus proximis in apice interius albis. . . . . LE TORCHEPOT.

Sitta Europæa. *Linn.* Sitta. *Aldrov. Moebr.* Sitta, seu Picus cinereus. *Willugb. Raj.* Picus cinereus. *Jonst. Sibbald. Frisch.* *hujus icon accurata. Charlet.* Picus cinereus, vel subcœruleus. *Gesn.* Pi-

Picus subcœruleus. *Schwenck. Rzac.* Picus Pyrenaicus, cinereus, pusillus *Barr.* Parus facie Pici. *Klein* Grimpereau, Torchepot. *Bell.* Casse-Noisette. *Alb. avec une figure passable.* *Germanice*, MEY-SPECHT; NUSSZ-HAECKER. *Anglice*, NUT-HATCH.

Alaudam crassitie circiter æquat. Ipsius longitudo $5\frac{11}{12}$ pollices explet. Rostrum $10\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $1\frac{1}{4}$ pollicem; digitorum medius 10 lineas: laterales paulo sunt breviores; posticus ad medii longitudinem accedit. Extremitatum alarum distantia est $9\frac{1}{4}$ pollicum; alæ complicatæ nonnihil ultra tres quartas caudæ partes extenduntur. Rostrum cinereum sive plumbeo colore tinctum. Pedes, unguesque grisei. Habitat in sylvis. Arborum truncos & ramos, *Picorum* more, scandit.

A. SITTA MINOR.

LE PETIT TORCHEPOT.

Seconde espèce de Torchepot. *Bel.*

Forma & coloribus cum præcedente perfecte convenit: ab illa tantum discrepat magnitudine, qua ei cedit. Varietatem istam non novi.

†. ** 2. SITTA CANADENSIS.

Sitta superne cinerea, inferne dilute rufa; tænia supra oculos candida, pone oculos nigricante; gutture & genis candicantibus; remigibus majoribus fuscis, oris exterioribus cinereis, interioribus albidis; ex 12 rectricibus, lateralibus nigris, in apice cinereis, quatuor utrinque extimis in apice interius albis...., LE TORCHEPOT DE CANADA.

Sittæ nostrati crassitie multum cedit. Ipsius longitudo $4\frac{5}{6}$ pollices æquat. Rostrum $7\frac{1}{2}$ lineas longum est; cauda $1\frac{1}{2}$ pollicem; digitorum medius $6\frac{1}{2}$ lineas: laterales paulo sunt breviores; & posticus medium fere adæquat. Extremitates alarum

rum 7¼ pollicum intervallo diſtant; alæ complicatæ nonnihil ultra mediam caudam extenduntur. Roſtrum cinereo—nigricans. Pedes, unguesque griſeofuſci. Truncos quoque & ramos arborum, *Picorum* norma, ſcandit. Habitat in *Canada*.

3. Sitta Jamaïcensis.

Sitta ſuperne cinerea, inferne alba; vertice & naribus nigris; remigibus, & ex 12 rectricibus lateralibus nigricantibus, in apice lineis transverſis albis notatis. . . . Le Torchepot de la Jamaïque.

Sitta, ſeu Picus cinereus major capite nigro. *Sloane, hujus icon peſſima.* Bariſtus major ſubcinereus, capite nigro. *Browne.* Merops Americanus, cinereus, capite nigro. *Barr.* *Anglice*, Loggerhead.

Cum *Sitta noſtrate* craſſitie circiter convenit. Ipſius longitudo $5\frac{5}{12}$ pollices circiter explet. Roſtrum 10 circiter lineas longum eſt; cauda 2¼ pollices: digiti laterales paululum medio longitudine cedunt: poſticus ad medii longitudinem accedit. Extremitates alarum 10 circiter pollicum intervallo diſtant. Roſtrum, pedes, unguesque nigri. Habitat in *Guiana* & *Jamaica*.

A. Sitta Jamaïcensis minor.

Le petit Torchepot de la Jamaïque.

Bariſtus minimus pullus, vertice nigro. *Browne.* *Anglice*, Least Loggerhead.

A præcedente differt magnitudine, qua ei cedit.

4. Sitta Carolinensis.

Sitta ſuperne cinerea, inferne candicans; imo ventre rufeſcente; capite naribus & collo ſuperius nigris; remigibus nigricantibus, exterius cinereis; ex 12 rectricibus lateralibus albo & nigro variis. . . . Le Torchepot de la Caroline.

Sitta

Sitta capite nigro. *Linn.* Bariſtus minor ſubcinereus, vertice nigro, pectore albido. *Browne.* Parus facie Pici. *Klein.* Pivert petit à la tête noire. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice*, NUT-HATCH.

Præcedenti nonnihil craſſitie cedit. Ipſius longitudo $5\frac{1}{3}$ pollices circiter æquat. Roſtrum 9 lineas longum eſt; cauda $1\frac{1}{12}$ pollicem; digitorum medius cum ungue 9 lineas: laterales paulo ſunt breviores; & poſticus ad medii longitudinem accedit. Alæ complicatæ caudam extremam pertingunt. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque fuſci. Truncos & ramos arborum ſcandit. Habitat in *Jamaïca* & *Carolina*, ibique pullos educat & per totum annum manet.

5. SITTA CAROLINENSIS MINOR.

Sitta ſuperne cinerea, inferne ſordide alba; capite naribus & collo ſuperius fuſcis; macula in occipitio ſordide alba; remigibus ſaturate fuſcis; ex 12 rectricibus lateralibus nigris. . . . LE PETIT TORCHEPOT DE LA CAROLINE.

Sitta capite fuſco. *Linn.* Parus facie Pici. *Klein.* An Sitta ſeu Picus cinereus major roſtro curvo. *Sloane, hujus icon peſſima.* Pivert petit à la tête brune. *Catesb. avec une figure exacte.* *Anglice*, SMALL NUT-HATCH.

Præcedentibus multum craſſitie cedit. Ipſius longitudo $4\frac{1}{3}$ pollices æquat. Roſtrum 7 lineas longum eſt; cauda 14 lineas. Alæ complicatæ caudam fere extremam attingunt. Roſtrum nigrum. Pedes, unguesque fuſci. *Inſectis* victitat. Per totum annum in *Carolina* habitat.

FINIS TOMI PRIMI.

INDEX

Avium in primo volumine contentarum, secundum ordinem in quo disponuntur.

ORDO I.

I. *Genus Columbinum.* Gallice. *Genre du Pigeon.*

27. Co-

ORDO II.

SECTIO I.

2. Gal-

VII. *Genus Phaſiani.* Gallice. *Genre du Faiſan.*

ORDO III.

SECTIO I.

VIII. *Genus Accipitrinum.* Gallice. *Genre de l'Epervier.*

ORDO IV.

SECTIO I.

SEC-

SECTIO II.

XVIII. *Genus Galguli.* Gallice. *Genre du Rollier.*

XIX. *Genus Icteri.* Gallice. *Genre du Troupiale.*

30. Xanthornus Capitis Bonæ Spei.
31. Icterus Indicus.
32. Xanthornus ictero-cephalus Americanus.

XX. *Genus Manucodiatæ.* Gallice. *Genre de l'Oiſeau-de-Paradis.*

1. Manucodiata.
2. Manucodiata minor.

ORDO V.

SECTIO I.

XXI. *Genus Lanii.* Gallice. *Genre de la Pie-grièche.*

1. Lanius cinereus.
A. *Lanius albus.*
2. Lanius cinereus major.
3. Lanius rufus.
4. Collurio.
5. Collurio varius.
6. Lanius Cayenenſis cinereus.
7. Lanius Cayenenſis nævius.
8. Lanius Ludovicianus.
9. Lanius Madagaſcarienſis minor.
10. Lanius Senegalenſis cinereus.
11. Lanius Lucionenſis.
12. Lanius Canadenſis.
13. Lanius Bengalenſis rufus.
14. Lanius Bengalenſis fuſcus.
15. Lanius Cayenenſis luteus.
16. Lanius Madagaſcarienſis rufus.
17. Lanius Manillenſis.
18. Lanius Capitis Bonæ Spei.
19. Lanius Bengalenſis niger.
20. Lanius Senegalenſis ruber.
21. Lanius Cayenenſis ſtriatus.
22. Lanius Bengalenſis cauda bifida.
23. Collurio Madagaſcarienſis.
24. Lanius Madagaſcarienſis major viridis.
25. Lanius Madagaſcarienſis minor viridis.
26. Lanius Madagaſcarienſis cœruleus.

XXII. *Genus Turdinum.* Gallice. *Genre de la Grive.*

XXIII. *Genus Cotingæ.* Gallice. *Genre du Cotinga.*

SECTIO II.

XXIV. *Genus Muscicapæ.* Gallice. *Genre du Gobe-mouche.*

ORDO VI.

SECTIO I.

XXV. *Genus Buphagi.* Gallice. *Genre du Pique-bœuf.*

1. Buphagus.

SECTIO II.

XXVI. *Genus Sturni.* Gallice. *Genre de l'Etourneau.*

1. Sturnus.
   A. *Sturnus albus.*
   B. *Sturnus leucomelas.*
   C. *Sturnus leucocephalus.*
   D. *Sturnus cinereus.*
2. Sturnus Capitis Bonæ Spei.
3. Sturnus Novæ Hispaniæ.
4. Sturnus Ludovicianus.

ORDO VII.

SECTIO I.

XXVII. *Genus Upupæ.* Gallice. *Genre de la Hupe.*

1. Upupa.

SECTIO. II.

XXVIII. *Genus Promeropis.* Gallice. *Genre du Promérops.*

1. Promerops.
2. Promerops Mexicanus.
3. Promerops Indicus cristatus.
4. Promerops Barbadensis.
5. Promerops Mexicanus luteus.

ORDO VIII.

XXIX. *Genus Caprimulgi.* Gallice. *Genre du Tette-chévre.*

XXX. *Genus Hirundinis.* Gallice. *Genre de l'Hirondelle.*

ORDO

ORDO IX.

SECTIO I.

XXXI. *Genus Tangaræ.* Gallice. *Genre du Tangara.*

XXXII. *Genus Carduelis.* Gallice. *Genre du Chardonneret.*

XXXIII. *Genus Pafferinum.* Gallice. *Genre du Moineau.*

XXXIV. *Genus Coccothrauſtis.* Gallice. *Genre du Gros-bec.*

XXXV. *Genus Emberizæ.* Gallice. *Genre du Bruant.*

SECTIO II.

XXXVI. *Genus Colii.* Gallice. *Genre du Coliou.*

XXXVII. *Genus Pyrrhulæ.* Gallice. *Genre du Bouvreuil.*

SECTIO III.

XXXVIII. *Genus Loxiæ.* Gallice. *Genre du Bec-croisé.*

ORDO X.

SECTIO I.

XXXIX. *Genus Alaudæ*. Gallice. *Genre de l'Alouette*.

XL. *Genus Ficedulæ*. Gallice. *Genre du Becfigue*.

68. Fi-

SECTIO II.

XLI. *Genus Pari.* Gallice. *Genre de la Mésange.*


ORDO XI.

Finis Indicis Tomi Primi.

ERRATA.

Pag. 1. *lin.* 12. nida *lege* nidos.
—— 351. *lin.* 2. colli *lege* collo.




SMITHSONIAN INSTITUTION LIBRARIES
3 9088 00703 0067